ARCHIVES
37

Faculté
des
Arts.
Université.
39.
Conclusions.
1693-1708.

ARCHIVES
37

(N° 39) Registres
de l'Université

1re Série = 5e Division.

Livre des Conclusions
Nations réunies

de l'an 1693 à l'an 1708.

ab Anno 1693 ad 10um octob. 1706

MOYEN PAPIER DEUX SOLS LAREVILLE

Acta et Conclusiones Vniuersitatis parisiensis Ab Anno Domini millesimo, Sexcentesimo nonagesimo tertio.

Die decimâ Januarij 1693. In Comitijs Deputatorum Vniuersitatis ordinarijs In Collegio Mazarineo habitis apud amplissimum D. Rectorem M. Edmundum Pourchot Electum die decimâ sextâ decembris proximè elapsi, vbi cum eodem D. Rectore interfuerunt DD. MM. Petrus Guichard sacræ Theologiæ, Mongin consultissimus Juris vtriusque, Claudius Berger salubernimæ medicinæ Facultatum Decani, Andreas Sarrazin honorandæ Gallorum Nationis, Petrus Billet fidelissimi Picardorum, Joannes Vadelorge venerandæ Normanorum et Donatus Lery Constantissimi Germanorum Procuratores, atque vnà cum ijs Officiarij ordinarij.

Auditi supplices pro literis Nominationum titulo Magisterij In Artibus et quinquennij Joannes le Marechal Clericus Abrincinus, Renatus Bouquet presbyter Cenomanensis et Nicolaus du Varat acolythus Rothomagensis, rasis illis literas quas petierunt Concedi placuit atque vta ab amplissimo D. Rectore emolumenti fuit.

Rector

Die Sabathi vltima Januarij delati sunt Cerei ad viros proceres, etiam ad D. Bignon primum Magni Concilij Præsidem, ad quem placuerat deferri perinde atque ad cæteros Supremarum Curiarum principes, atque Ille maximâ studij, et grati animi significatione Vniuersitatem excepit. Eo ipso die grandium quos parari Deputatis intrà consuescerat, nullus datus est.

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE BUREAU DES ARCHIVES

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

die Septima februarij 1693. In Comitijs Deputatorum vrsitatis ordrijs apud D. Rectorem in Collegio Mazarinaeo habitis factâ supplicandi potestate accesserunt supplices pro literis nominationum titulo Magisterij In Artibus et Quinquennij Joannes le Comte Clericus Bellouacus, Ambrosius Rabeuf Clericus Suessionensis et Philippus Georgius Quemas Clericus Parisinus, easq; Illis concedi placuit, atq; ita ab ampliss.o D. Rectore conclusum est

Quod DD.i Genest, alter Substitutus D.i procuratoris gñalis, alter causarum cognitor In parlamento cogitantes de emptione quarumdam Aedium In fundo Academico Sitarum postulauerunt, vt aliquid sibi remitteretur de Jure clientelari, placuit remitti tertiam partem ejus pecuniae, quae summo jure exigi possit, idq; in gratiam eorum meriti erga vniuersitatem, ita tamen vt illud In exemplum non trahatur, atq; ita ab ampliss.o Rectore conclusum fuit.

Pourchot
Rector

Die 17. februarij habita sunt comitia Deputatorum vrsitatis apud Maturinenses de more horâ 7.a matutinâ ad aperiendum, vt vocant, Rotulum. Ibi factâ supplicandi potestate, supplicauit pro literis nominaõis Simon Bossard presbyter Constantiensis, titulo Magisterij In Artibus & Quinquennij, easq; Illi concedi placuit. deinde designatus dies lunae proximus ad exigendas à Quaestore Academico accepti et expensi rationes.

Pourchot
Rector

Die 26. febr. In Comitijs Deputatorum vrsitatis apud D. Rectorem In Mazarinaeo habitis ad audiendas, quae à Quaestore Academico Reddebantur accepti et expensi rationes; quod per vnum jam antea diem Integrum ac Solidum, et hodie ab horâ post meridiem primâ ad vesperam examinatae ac dispunctae rationes ad finem tamen et Clausulam perduci non potuerunt, quia minus explicatae viderentur, neque In satis rectum ordinem digestae; Idcirco mandatum est ornatiss.is Gallicanae, et Normanicae Nationum procuratoribus, vt vna cum Quaestore, adhibito etiam, si opus fuerit, viro aliquo Rationum conficiendarum perito, rationes Illas In alium ordinem expeditiorem et paratiorem redigant, earumq; postea Informatio Exemplar ad vrsitatem referant, atq; ita ab ampliss.o D. Rectore conclusum fuit.

Pourchot
Rector

Die 6. martij 1693. natio Gallicana apud Maturinenses
officium magni Nunciij pro ciuitate et dioc. Trecensi vacante per
obitum Benigni Remy contulit petro Bouillerot ciui parisiens.
qui solita Juramenta præstitit.

Die 7. martij In Comitijs Deputatorum visitatis ord.ijs apud R. Rectorem
In Mazarineo habitis, supplicarunt pro literis nominationum
titulo Magisterij In Artib.9 et quinquennij petrus de Vaignon pbr
Cadomensis, petrus petit pbr Abrincensis, Thomas de Carron de Damery
Acolythus ambianensis, Nic. Busnel pbr Sagiensis, Benignus
Le compasseur diaconus lingonensis, David duval clericus
Rothomagensis, Joannes dupont pbr parisiensis, petrus perrotel
clericus Senonensis, eaqs illis omnibus concedi placuit.
Præterea Dionysius de Nourry acolythus Rothomagensis, qui
jam antea pro literis nominatis supplex accesserat, ac repulsam
propterea tulerat, quod libello supplici, Curiæ parlamentæa oblato
ab aliquot Collegij Lexouiensis Bursarijs, subscribisse dicebatur,
postquam sincipto declarauit se prorsus improbare illum libellum
supplicem, in eo omni, quod ad amplissi R. Rectoris et visitatæ
Jurisdictionem spectat, ac planè sanè sicut, iterum pro literis
nominatis supplicauit, eaqs illi quoque concedi placuit, atq ita
ab amplissio R. Rectore conclusum fuit.

L Gurlet
Rect.

Die 13. martij 1693. In Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses, 1mo In singulo
pensylij de more consessum rit, vbi adfuerunt oes Deputati visitatæ
præter R. Berger decanum Medicinæ, factâ supplicandi potestate sr
supplices accesserunt pro literis nominationum, Joannes Previnot clericus
Trecensis, frater Michael de la porte parisinus, et Monachus sti Benedicti,
petrus nepou pbr Rothomagensis, Christophorus Franciscus de Sanginis
clericus parisinus, Franciscus le gron clericus Ambianus, et
Joannes Sattin clericus Senonensis, eaqs illis oes concedi placuit
atq ita à R.o Rectore conclusum fuit. Deinde In Comitio postquam
R.o Rector perorauit, probatis de more quæ gestitissent In his tribus
Magistratu decretis literis commendatitijs, processum est ad ædem Sti Sacrarij
sub Invocatione sti Andreæ de arcubus, vbi R.o Guichard Sacræ facultatis
Theologiæ decanus sacris operatus est, et R.o more Doctor Theol. concionem habuit.

L Gurlet
Rector

Die 25. martij In Comitijs Rectorijs apud Maturinenses horâ decimâ
Matutinâ de more habitis, factâ supplicandi potestate accessit supplex
Franciscus Herbault acolythus Bolonienſis M. Adridij le Blend
Clarissi primi In Marchiano professoris auctoris discipulus, qe postquam
exposuit ac probauit se per Integrum biennium à Clemente 9 anno 1688
ad Idus Maias ibq. assiduam primi operam dedisse, Idcirco tamen

factum fuisse confessus est, ut in priore Logicorum Catalogo nomen suum non scripsisset, petijtque ut sibi nihilominus liceret ad examina Magisterij in Artibus admitti. quâ de re audito M. Gilberto Hebert pro Syndico Vrsitatis, dimissa ad deliberandum Nationes, tres postrà per ornatiss.or procuratores retulerunt sibi placuisse indulgeri praedicto supplici quod petijt, atque ita ex earum placitis ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Confirmati verò singuli à singulis quatuor Nationibus quadrumviri nimirum MM. Carolus Fourel Collegij Augustodunensis primarius, Joannes Langlet humaniorum literarum professor in Mazarinaeo, Joannes Vadelorge exprocurator, et literarum humaniorum professor in Lexoveo, et Augustinus Ô Daly Baccal. Theol. praestito de more sacramento in conclave ingressi, paulò post per Gallicanum renunciaverunt se amplissimo D. Rectori Rectoris fasces prorogasse, quae prorogatio à singulis nationibus probata est et confirmata.

Pourchot
Rector

Die ultimâ Martij 1693. habita est et celebrata de more Syndicus Beneficiariorum Vrsitatis stato die horâ 7.a matutina apud Maturinienses, ibi comparuerunt M. Joannes Choart, et M. Nicolaus Mathieu pastores Ecclesiarum, alter S.ti Germani veteris, alter S.ti Andreae de Arcubus. Item Capellani M. Bernardus Colon, M. Aegidius Roussel, M. Edmundus Chalgrain, M. Petrus Poulet ipsi per se; M. verò Nicolaus Berbis, M. Petrus le Verrier, M. Petrus le Barbier, M. Hugo Nicolaus Cordier Legitimè absentes, probatâ per procuratores absentiae causâ, habiti sunt excusati, eoque magis, quòd huic officio deesse non solent. M. verò Jacobum Gentil Capellanum Cap.nae B. Mariae in Ecclesia S.ti Andreae de Arcubus, quòd ab anno 1669. neque per se neque per procuratorem comparuit, placuit poenâ quotannis infligi solitâ illegitimè absentibus multari, atque adeo totidem nummos aureos ab eo exigi, quot anni jam effluxerunt, ex quibus nullo modo comparuit; in eamque rem annuos dictae suae Capellaniae census et fructus capi pignori, donec multa illa fuerit persoluta, idque negotium datum est ornatiss.o Gallicanae nationis procuratori, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Pourchot
Rector

Die 3. Aprilis fidelissa Picardorum Natio in Scholis suis congregata officium magni Nuncij pro Civitate et Episcopatu Boloniensi, vacans per abdicationem et voluntariam demissionem Jacobi Neron contulit Ludovico Bouchard civi parisiensi qui solita juramenta praestitit.

Die 4. Aprilis 1693. in Comitijs Deputatorum Vrsitatis ordinijs apud D. Rectorem in Mazarinaeo habitis, quibus cum D.o Rectore M. Edmundo

Cum D. Rectore DD. MM. Petrus Guichard Thria, Claudius Berger Medicinæ Doctor, Joannes Andreas Sarrazin Gallicanæ, Petrus Billet Picardiæ, Joannes des Autheux Normaniæ et Joannes Farly Germanicæ nationum Procuratores, atq; mei ejusdem officium Supplicarent pro literis nominationum titulo Magisterij in artibus Et quinquennij Ludcus Rosse de la Bertauderie Andegavensis Ebroicensis, et Claudius Hennecus Charbon Silvanectensis; eatq; utriq; concedi placuit.

D. Oudot causarum in parlamento cognitor admissus, postquam Exposuit D. Tiquet Interesse sententiæ in 2am Requestarum Camera nuper secundum Universitatem latæ, eamq; Interessionem sibi significatam fuisse tanquam Veritatis Procuratori, postulavit quid faciendum videretur, an illud ipsius denunciandum D. Fromont, qua tenetur præstare Universitati des census ac reditus, qui dictæ Veritati debentur pro eâ domo, quæ dicitur L'hoste de Rambure; placuit mandatum id significari dictas D. Fromont ab eodem Ipso Oudot, atq; ita à D. Rectore conclusum fuit.

Rector

Die 2. Maij 1693. In Comitijs Deputatorum Veritatis ordinis, apud D. Rectorem habitis Supplicarent pro literis nominationum titulo Magisterij in artibus et quinquennij Joannes Engerran Clericus Constantiensis, Joannes le Vasseur Clericus Bellovacensis, Et Theodoricus le Febure Subdiaconus Noviomensis, eatq; illis concedi placuit, atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Rector

Die 6. Junij In Comitijs Deputatorum Veritatis ordinis apud D. Rectorem In mazarinæo habitis Supplicarent pro literis nominationum titulo magisterij In artibus et quinquennij Honoratus Coatlez Trecorensis, Paulus Bochet Laudunensis, Petrus Francos Constantiensis, Et Ludcus Frager Parisinus Bacc. Theologus, eatq; illis concedi placuit, atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

M. Gilbertus Ogier Bacc. Theol. et Collegij Augustodunensis provisor porrecto libello Supplici duo postulavit; 1um, ut M. Joannes Fretreau Humaniorum artium Literarum professor In Græcismo, et Galliano nunc Nationis Nunciatum eidem quæstor tenuatur solvere Supplici stipendium cuique decano nationis Nunciatum audienti solvi solitum; alterum ne dicta Natio quemquam ad munera sua gerenda admittat, nisi certum

stabile domicilium habeat intra fines academiæ juxta dictæ Nationis statuta. M. verò Baltazar Gibert Rhetoricis in Collegio Mazarinæo professor dixit litem de Decanatu in parlamento pendere, seq̃ vnâ cum alijs professoribus intercessisse ne conclusio à solis Bituricensis Tribûs Baccalaureis facta quâ dictus Ogier se prodecanum esse contendit, valeret. Quâ de re audito M. Gilberto Hebert pro syndico vrsitatis qui insuper postulauit, nequis sacerdotio ad Residentiam vt vocant, obligatorio præditus ad munera academiæ admittatur. primùm placuit concedi dicto M. Hebert syndico quod postulauit. deinde quoniam lis de decanatu in Gallicana naõe orta in parlamento pendet, nihil eâ de re conclusum fuit. Quia verò patuit dictum Ogier Rationibus Nunciatuum audiendis interfuisse, eisq̃ Rationibus redditis subscripsisse absentibus scilicet et decano, et dicto Gibert, placuit tribui dicto Ogier pretium operæ, eâ tamen conditione, vt dictæ Nationis conclusio ab eo prolata rite atq̃ ordine facta fuerit, Eique decani subscripserint quos subscripsisse oportuit, saluo etiam jure contendentium de Decanatu et prodecanatu, saluisq̃ intercessionibus in eam rem factis atq̃ ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Pourchot Rector

De Controuersiâ, quæ orta erat de procuratoris fidelissimæ picardorum Naõis munere inter M. franciscum Carette Bac. Theologum ex vnâ parte, et M. Jacobum Lauoine Item Bac. Theol. ex alterâ, postquam dictus Carette dixit se esse antiquiorem Magistrum et Tribulem, dictumque Lauoine, præterquam quod debuit exspectare annum suum, esse insuper Canonicum in vrbe Guisianâ atq̃ adeo non posse esse dictæ Naõis procuratorem, postulauitq̃ vt sibi id liceret probare, nimirum dictum M. Lauoine illo Beneficio esse præditum, placuit concedi dicto M. Carette quod postulauit, interim à dicto M. Lauoine geri munus procuratorium, atq̃ ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Accessit vir honestus D. Nourry, postulauitq̃ vt pro domo empta in fundo Academico, vrsitas sibi remitteret aliquam partem pecuniæ debitæ pro jure Clientelari, quâ de re post maturam deliberationem, grauissimis de causis et peculiaribus placuit remitti tertiam partem pretij debiti pro jure Clientelari, atq̃ ita conclusum.

Pourchot Rector

Die vigesimâ Junij hor. In Comitijs Rectorijs apud Maturinenses primum in angulo peristylij facta supplicandi potestate, hi supplex pro literis nominationis auxerunt Franciscus Columbart Catalaunensis, Franciscus Corentinus le Roux subdiaconus Trecorensis, et Franciscus Fauchier Clarimontensis, eaq. illis concedi placuit.

Deinde in Comitio suis Capitulo, postquam D. ? Rector peroravit, probavit de more quas obtulerunt decretis. literis commendatitijs, processit ad Ædem Deo sacram sub invocatione S.ti Petri Celestini, ubi D.r Guichard Flagis Decanus rem sacram fecit.

Rector

Die 23. Junij hor. 7.ª matutina natio Germanica apud Maturinenses officium magni nuncij pro Civitate et diocesi Cadurcensi, suae quod idem rev.dus Hafnienses in Dania, vulgo Copenhaguen, vacans per obitum Joannis Nau contulit Joanni Pilavoyne cuius parisiensi, qui solita juramenta praestitit.

Eadem die 23 Junij in Comitijs Rectorijs apud Maturinenses hor. decimâ matutina de more habitis, facta supplicandi potestate hi supplices auxerunt: 1.us Ægidius Bonneau parisinus postquam exposuit errore quodam factum fuisse, ut pro Agidio, quod verum illius nomen, hactenus vocatus fuerit Joannes, quod et patris nomen, cum tamen pateat et parochi, aliorumque virorum grauissimorum testimonijs, et Baptismatis in publicas tabulas relatorum apographo, ibi tum inditum Agidij nomen fuisse, cum lustralibus aquis tinctus, atq. initiatus est, postulauit, ut pro Joanne, quod supposititium nomen est, in literis Magisterij in archis, Agidius, quod verum ac proprium nomen est constaret

2.us Petrus Serre pbr Nemausensis M.ri Stephani Mallemeni celeberrimi physici in Collegio Plessaeo professoris discipulus, quod nomen in priore Logicorum Catalogo propterea non scripsisset, quia eo ipso tempore, quo ille catalogus conficiebatur à Schola abesse cogebatur graui morbo implicitus, cujus rei fidem fecit duorum medicorum parisiensium testimonijs, petijt, ut sibi nihilominus liceret ad Examina Magisterij in archis admitti.

3.us Petrus Gedeon +aguet Laudunensis M. Guill.i Dagonet celeberrimi physici in Lexicio professoris autâ discipulus, postq. fidem fecit similiter duorum Medicorum parisiensium testimonijs se graui quoq. morbo impeditum non potuisse nomen suum scribere in vltimo Catalogo, petijt ut sibi nihilominus liceret admitti ad examina Magisterij in archis

4.us Alexander Bertrandus Pallu parisinus idem quoq. petijt ut sibi liceret, tametsi per duos menses ab schola morbo stricto impeditus atq. adeo non potuisset nomen suum scribere in vno è quatuor Catalogis

+aguet

M. Egan Hibernus conquestus est quòd cum deberet esse quadrumvir pro natione Germanicâ, ab eo tamen munere excluderetur, quòd esset uxoratus, aliúsq; ejusd nationis magistro quadrumvirali purpurâ ornatus ad staret, petijtq; ut vâ de re in singulis nationibus deliberaretur. Dixit autem ejusdem nationis procurator litem de uxoratis pendere in sanctiori Regis Consilio, nec ullum antea nisi Celibem eo munere functum esse.

6us M. Nicolaus Pansor literarum humaniorum professor in Regiâ Navarrâ conquestus est, quòd à Cancellario Germanorum natione, in quâ Magistrij in artibus prius donatus fuisset, prohiberetur, quo minus stipendium sibi ex Nuncupatuem proventu debitum, solvíq; in aliquo plenij exercitij Collegio pro scholaribus et Gymnasiarchis decreto Regio attributum ipse perciperet, postulavitq; ut pars istius stipendij sibi tributa persolveretur. Audito eâ de re ornatiss. ejusd nationis procuratore, qui dixit id propterea à Germanica natione prohiberi quod dictus Pansor nondum esset unus ex viginti antiquioribus Magistris dictæ nationis. Audito quoq; M. Michaele Morue ejusd nationis decano, qui dixit id, quod dictus Pansor postulavit, deberi quidem ex æquitate, non verò ex Rigore statutorum et Justitiæ; audito item eâ de re M. Gilberto Heber pro hyemali scholastica, et de omnibus alijs supplicationibus, dimissa ad deliberandum nationi, postea per ornatiss. procuratorem referendum de negotio quidem Magistri Egan, serviendum esse consuetudini; de petitione verò M. Nicolai Pansor, Galliana et Picardica, negotium illud remittendum esse ad D. Rectorem, ornatiss. procuratorem et quosdam ex nationibus et eas rem disputatos; Normanica verò huic pronunciatum est. Verùm D. Rector placere istam controversiam dirimi à se, et ornatiss. cæterarum nationum procuratoribus deputatis; atq; ea nationum placitis omnium indulgeri ubi scholasticæ supplicationi petitioni.

Confirmati verò à singulis quatuor nationibus singuli quadrumviri; Nimirum ab honoranda Gallorum M. Stephanus Du Clos literarum humaniorum antea professor Navarricus; à Picardorum M. Petrus Cotler Rhetor Sorbonæ professus; à venerandâ Normanorum M. Franciscus du Bue Baccalaureus Theologiæ et ejusd nationis quæstor, à Cancellariatûs Germanorum M. Thomas Glocker præfecto, ut fieri solet, sacramento, conclave ingressi sunt; et per Gallicanum renunciarunt se prorogasse Rectoris fasces usq; ad D. Rectori, quæ prorogatio à singulis nationibus comprobata et confirmata.

Rector

Die 2. July 1693. In Comitijs Reputatorū proclamatā facultatis artium apud D. Rectorem in Mazarinaeo habitis; quaedam actum jam fuerat apud Maturinenses die 23 Junij proxime superioris nimirum utrum M. Nicolaus Parisot in Regiâ Navarrâ professor particeps esset stipendij, quod provenit ex reditib? Nunciatum, quod negabant caeteri Germanicae Nationis Magistri, quia dictus M. Parisot non esset è numero viginti, antiquiorum Magistrorum; quamqs rem placuerat remitti ad privatum D. Rectoris Tribunal, sic ea res à D. Rectore, ornatissimis procuratoribus et Reputatis Nationum dijudicaretur; ed dere Rogatis, dictisqs sententijs, postquam auditus est M. Gilbertus Leber utilitatis professorius, placuit dictum M. Nicolaum Parisot ex pote professorem in Collegio plenis exercitij, participem ed Reditumq provenientium ex Nunciatibus dictae Nationis Germanicae, atqst ita ab amplissō D. Rectore conclusū fuit

Gilbert Rector

Die 4 July 1693. In Comitijs Reputatorū utilitatis ordinis in Mazarinaeo habitis, supplicaverunt pro literis nominationum apud D. Rectorem M. Petrus de la Noye parisinus titulo Doctoratus in Theologiâ et decennij, titulo verò Magistrij in artibus et quinquennij Franciscus Josephus Fourmer, ambianus; eaqs utriqs concedi placuit atqst ita à D. Rectore conclusū.

Quod D? Lamoine publicus Picardorum Nationis procurator debuit se habere mille libellas apud se reliquas ex majori summa quam percepisset ex mandato visitatorio, postulavit si quid illis mille libellis fieri placeret, conclusum est eas mille Libellas reliquas solvendas in deductionem majoris summae, quae debetur Collegio Ste Barbarae, hisqs solvendas constituebat Tot Gymnasiarchas procurator Bursarij, et Superiores dicti Collegij liberent omnimodas à sortis principalis parte, et reditibus annuis equod parcis; ac praeterea praestent omne damnum tam huic, quàm Collegij nomine; Cujus quidem liberationis mentio fiet tam in authentico quàm in exemplari; atqst ita ab amplesso D. Rectore conclusū fuit

placuit dari à M. Francisco Rocket arrarij academici quadraginta decimus quintus Hujus mensis diem Exemplaria Rationum suarum postea reddentaturus, atqst ita gratis conclusū

Gilbert Rector

Die 1^a. augusti In Comitijs Reputatorū utilitatis ordinis apud D. Rectorem In Mazarinaeo habitis supplicaverunt pro literis nominationum Adrianus Carron Bellovacus, Geremarus Brocard Bellovacus

Jovicensis

Henricus du mesnil pbr. Rothomagensis, franciscus Caron ambianus, Aegidius argis parisinus, Antonius Sangnier abbavillaeus, Antonius armandus de monthenault parisinus, Antonius vimeux Bellouacensis, Bartholomaeus Nicole Carnutaeus, Carolus Stephanus Levin Bellouacensis, Carolus hurel Rothomagensis, Carolus Claudius hubault ambianensis, Claudius Bertault Rothomagensis, Claudius aux cousteaux Bellouacus, Claudius Leullier Bellouacus, franciscus Longatte nouiodunensis, franciscus Osmont Rothomageus, franciscus le Marchand Cenomanensis, franciscus Aubé Ebroicensis, franciscus Boullaye Rothomagensis, furcaeus Laffilé nouiomensis, Gaspar Gobron Boloniensis, Henricus de Luynes aurelius, Jacobus Lambert Rothomageus, Jacobus Gaultier Ebroicus, Jacobus de Laulne parisinus, Joannes le Sueur Rothomagensis, Joannes Bobet Cenomanus, Joan. vilmot Lugduneus, Joan. Chalaust Cenomanensis, Joan. franciscus hubert Carnotensis, Jacobus Carolus Le Large parisinus, Ludouicus Mauger parisinus, Lud.cus mollerat Catalaunensis, Lud.cus niuert Carnotensis, Michael ozanne Trecensis, Nicolaus du Koulay Lexouiensis, oliuarius le Chat Senonensis, petrus vasselin Rothomagensis, petrus Menon Cenomanus, petrus Berrurier Rothomagensis, petrus Bardou Cenomanus, petrus Auril Lugdunensis, Renatus du Rays Syluanectinus, Renatus pruuost ambianensis, Stephanus Vvion Sanquintinianus, Stephanus Michel Bellouacus, Stephanus papin Cenomanensis, Theobaldus Auuray Carnutaeus, Thomas Nasse Carnutensis, franciscus aubé Ebroicensis, et Martinus Charpentier pontisarensis titulo omnes Magisterij In artibus et quinquennij, ijsq omnibus concedi placuit literas nationis quas petierunt, atq ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit

Quod Constantissima Germanorum Natio vadata esset M. nicolaum parisot coram omnibus vrsitatis Deputatis de controuersiâ octâ Inter Ipsam Nationem ex vnâ parte, et dictum M. parisot ex alterâ de stipendio ex Nunciatibus proueniente, cujus stipendij partem sibi vendicabat dictus M. parisot, vt pote solis In aliquo pleni exercitij Collegio professoribus Decreto Regio attributi; audito ornatissimo dictae Nationis procuratore, et M. Lery ejusdem Nationis Tribuli pro dictâ Natione, Et dicto M. nicolao parisot pro se; audito Insuper M. petro de Lenglet vniuersitatis Syndico, visis statutis Sctis et decreto Regio, omnibus rebus maturè examinatis Rogatis dictisque sententijs placuit vnanimiter dictum M. nicolaum parisot Literarum humaniorum In Regiâ Nauarrâ professorem participem esse stipendij è nunciatibus dictae nationis prouenientis, atq ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit

Quod

quod postulatum est nomine D.i Chastelier remissionem aliquam Juris Clientelaris pro domo in fundo Academico sitâ, quam D.o de Joncour anteà Emerat a D.o de la fontaine, quæ quidem domus nunc possidetur à dicto Chastelier eo nomine, quod dicti de Joncour filiam duxit uxorem; quodque dictus de la Fontaine jam anteà Juris Clientelaris partem soluisset, placuit exigi tantùm à dicto Chastelier unum assem, seu duodecim denarios pro singulis libris, atque ita ab amplissimo D. Rectore fuit conclusum

P. Courchot Rector

die 6. augusti 1693. In Comitijs Deputatorum vrsitatis apud D. Rectorem in Mazarinæo extra ordinem habitis, quod auditis anteà examinatisque accepti et expensi Rationibus à M. francisco Hochet ærarij Academici quæstore redditis compertum est dictum M. Hochet accepisse sex millia et octoginta libellas plusquam expenderit, et amplius; quodque visus est dictus Hochet tergiuersari ne eam summam debitam vniuersitati persoluat, placuit vnanimi omnium consensu MM. Andream Sarrazin et Jacobum Lauoine Gallicanæ et picardicæ Nationum procuratores committere, qui interim donec dictus Hochet vniuersitati satis fecerit, percipiant census et reditus Academicos et debita. placuit præterea haberi apud D. Rectorem arcam firmissimam, In qua dicti MM. Sarrazin & Lauoine deponere teneantur eas pecuniæ summas, quas perceperint; Cujus quidem arcæ erunt duæ claues, quarum alteram habeant dicti Magistri; alteram Syndicus vrsitatis. In quâ etiam arcâ Regestum custodietur, In quo scribetur quicquid pecuniæ deponetur et extrahetur. præterea mandatum est ijsd.m MM. Sarrazin et Lauoine, vt vnà cum M. Gilberto Hebert jure persequantur dictum Hochet, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Admissus supplex Michael Bertrand, ac postq. exposuit sequidem grauiter peccauisse erga vrsitatem, quod jussus se sistere apud Academicum Tribunal, vt vitæ et studiorum rationem redderet, vadimonium obire neglexerit, nunc pœnitentiâ dictum, delicti veniam humillimè petere, seque in vrsitatis potestate posthac sper futurum; Tum placuit dari dicto Bertrand actum suæ præsentiæ et summissionis, eumque remitti ad Curiam parlamenti In quo lis et causa pendet, vt quod æquum ac justum visum fuerit Senatus decernat, atque ita pariter ab amplissimo D. Rectore fuit conclusum

A. 2

P. Courchot Rector

die 14 augusti 1693. In Comitijs præclaræ Facultatis Artium
apud Maturinenses horâ 7ª matutinâ de more habitis ad eligendos
Examinatores Candidatorum Magisterij in artibus, designati sunt
à M. Garcon S. Mariæ procancellario, pro honoranda quidem
Natione M. Jacobus Cheiie Bac. Theol.; pro fidelissª picardorum
M. Petrus Billet Rhetor Sorbonæ professus; pro venerenda Normanorum
M. Nehou Bac. Theologus; pro Constantissª Germanorum
M. Robertus Cuzack Bac. Theologus; Et Tondeus à M.
Le Febure Stæ Genouefæ procancellario, eodem nationis ordine;
nimirum M. Mic. de Bray Bac. Theol. et prius professor in marte
acuto, M. Cheron Bac. Theol.; M. Georgius du four
Rhetor Harcurianus, et M. Simon Schiel Bac. Theologus
ac dimissis ad deliberandum Nationes, vt viderent an designati
probarent, retulerunt singulas per ornatissos procuratores, et eosdem
electisse examinatores qui fuerant designati; Itaque solitum ac
solemne sacramentum præstiterunt in manibus R. Rectoris.

Deinde factâ supplicandi potestate, hi supplices accesserunt

1us Christophorus du Hamel virinensis Clericus diœc. Bajocensis
confecto jam philosophiæ Cursu in Societate Cadomensi, præsente vbi
M. Georgio Aubert de Collegio Atrebatensi à Dionysialib? anni 1687.
ad solennes inducias anni 1689. postulauit vt biennium illud
Cadomense sibi hic Parisijs pro vno anno haberetur.

2us Joannes Baptista Chesnebrun Carnotensis M. Stephani Mallement
celeberrimi philosophiæ professoris discipulus, quod nomen in 2º Catalogo, qui
est Logicorum decessit propterea quod morbo implicitus detineretur
domi eo tempore, quo catalogus ille conficeretur, cujus rei fidem
fecit Medicorum testimonijs, petijt, vt sibi, nihilominus liceret
ad examina Magisterij in artibus admitti.

3us Ludouicus Carrere parisinus M. Guidi Ragomer celeberrimi philo-
sophiæ professoris discipulus, quod nomen in posteriore Logicorum
Catalogo decessit, postquam fidem fecit id errore omissum fuisse
propterea quod eius professor monuisset, vt nomina conscriberentur
pro bisextilibus quosque vt nomina darent, qui vellent theses
publicè propugnare; quâ de re cum mihil tum cogitaret
præditus supplex, Dos Imprudentia omisisset nomen suum in
Catalogo omnium discipulorum scribere, petijt similibus, vt sibi
nihilominus liceret ad examina admitti.

4us Philippus Ginot Clericus Catalaunensis dicti M. Mallement
discipulus quod nomen quoque in posteriore Logicorum Catalogo descripsit
postquam multorum testimonijs fidem fecit se assidue ac diligenter
toto biennio scholas professoris frequentasse, idemque in Ciceronis &c.

5us Alexius Flamand Curonicus ejusd. M. Mallement discipulus
quod nomen in priore physicorum Catalogo descripsit; postquam exposuit
se in præfato Collegio plesseio Convictorem assidue in schola versatum fuisse

quod

Testimonijs probauit, Sed fortasse nomen in alio Catalogo scriptum esse, quàm in eo, qui ad tabularium vrbitatis delatus fuisset, petijt Illus. & Rus. Henricus Emanuel plugette Suessionensis M. Regnaldi Gentilhomme erlebenimi In Cardinalitio spectat fratris filius auditor discipulus, postquam fidem fecit multorum virorum grauissimorum testimonija se assidue In Schola versatum fuisse ab Initio, petijt vt tamen h. nomen suum deesset in vno è Catalogis, sibi quoq. liceret, nihilominus ad examina magistrij In artibus admitti.

De quibus supplicationibus audito M. Gilberto Hebert pro Syndico vniuersitatis dimissa ad deliberandum nationis, postea per ornatissimos procuratores retulerunt se indultum velle omnibus supplicibus praedictis quod petierunt, eâ tamen conditione, vt antequam Christophorus du Hamel ad examina Magistrij In artibus admittatur asserat literas patentes, vt vocant, magno dictae vrbitatis Cadomensis sigillo munitas, et manu Scribae signatas, quibus Constet se per duos biennium ibi In Collegio Harcano studuisse, atq. ita ab amplissimo D. Rectore concluserunt fuit.

L. Urbain Rector

Die 29. augusti In Comitijs deputatorum vrbitatis apud R. Rectorem In Mazarinaeo habitis In anteactum pro ordinarijs mensis septembris In artibus et quinquennij Dionysius Tramblay Senonensis, Carolus Corneille Rupellensis, Jacobus Gillet parisinus, Jacobus Portier Compendiensis, Antonius le Blanc Bolonensis, Egidius le Bas Rothomagensis, eaq. alijs subjecti placuit atq. ita fuit concluserunt. Quod postulatum fuit à quibusdam ciuibus, vt seriem hoc vrbitatis subscriberetur libello supplici, quem illi cogitant offerre, vt viae duae, nimirum de portiers, et de Belleschasse perducantur vsque ad Sequanam, et per eas cloacae, quibus vicinitas In fluctuet, exhauriantur, antequam subscribatur placuit per DD. Sarrazin et Hebert adire ciues illos, ab ijsq. postulare, vt omneq. eâ de re indemnitatem praestent vniuersitati; quod si fiat, tum demum à dictis DD. Sarrazin et Hebert nomine vniuersitatis subscribi libello supplici, atq. ita ab amplissimo D. Rectore concluserunt fuit.

L. Urbain Rector.

Die 14 septembris 1693. Leonardus Gallerum Natio apud Maturinenses officium Magni Nuncij pro Episcopatu Suessionensi vacans per obitum Egidij Gerbais contulit Francisco de Amery, qui solita juramenta praestitit

Eodem die 14 Septembr 1693. fidelissima Picardorum Natio
In Scholis suis officium magni Nuncij pro Episcopatu nouiomensi
vacans per obitum petri de Santeuil contulit Petro Chrétien
cuiui parisiensi, qui solita Juramenta praestitit.

Eodem die Natio Germanica apud Maturinenses officium
Magni Nuncij pro Episcopatu Durensi, seu Dunelmensi
In Angliâ vacans per obitum Antonij Brunet contulit
Joanni de Larche cuiui parisiensi, qui solita juramenta praestitit

Die 19. Septembris Natio Gallicana apud Maturinenses
officium Magni Nuncij pro Episcopatu Aurelianensi
vacans per mortem Leonardi Blaise contulit Joanni
Therache cuiui parisiensi, qui solita juramenta praestitit

Die prima octobris Natio Germanica apud Maturinenses
officium Magni Nuncij pro diœc et Episcopatu Dumblanensi
In Scotiâ vacans per mortem Aegidij Teroude contulit
francisco Denis cuiui parisiensi, qui solita Juramenta praestitit

Die 3. octobris 1693. In Comitijs deputatorum vrsitatis ordinis
apud D. Rectorem in Mazarinaeo habitis, supplicauerunt
pro literis nominationum franciscus Hyacinthus de Lan
parisinus, Dionysius Ragot parisinus, Alexander
percheron Carnotensis, Antonius Rolet aeduus,
Antonius forcedebras ambianensis, Antonius Jourdain
parisinus, Antonius du Candas Abbavillaeus, Carolus
Belouzard Lugdunensis, Dionysius Domino
parisinus, franciscus Belot aeduensis, Joannes Bapta
Boivin parisinus, Joannes du pré Lemouicus
Joannes Bapta Midy parisinus, Joannes Carolus
auonde parisinus, Mathias Goudin parisinus,
Nicolaus Gosset Lexoueus, petrus Karanger Rothomagen
petrus de vaulx parisinus, Renatus Clerambourg
Carnotensis, Remigius artage parisinus, Carolus
Martineau parisinus, philemon Biset Rothomagensis
Bernardus Colot parisinus, petrus Guenon Religiosus
ordinis Canonicorum Regularum sti Augustini, et Andreas
Monhenault Item Religiosus ejusdem ordinis; omnibusque conuenit
placuit litteras quas petierunt, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum

super.

Super orta controversia de munere quaestorio Nationis Germanicae inter duos ejusd. naõis Magistros, quorum alter M. Joannes Farely est de Tribu Continentium, cujus quidem Tribûs sunt tantum quinque magistri Tribules, qui jus suffragii habeant; alter Edmundus Fenel est de Tribu Insularium, cujus sunt quindecim Magistri, quodque statutis dictae nationis cautum est, ut omnia dictae naõis munera alternis vicibus inter duas Tribus gerantur; ac praeterea constitit nunc esse vicem Continentium, ut unus è suis Magistris Quaesturam administret, placuit dictam quaesturam geri à dicto M. Joanne Farely, qui à suae Tribûs Magistris electus fuit tametsi dictus M. Fenel à Tribûs Insularium Magistris electus fuerit, sed contra jus et statuta, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Quod Petrus Josephus Nau Clericus parisinus porrecto Libello supplice conquestus est sibi negavisse M. Olivarium Heroult Artistarum in Regiâ Navarrâ primarium subscribere testimonio studij philosophici, sibi dato à suo professore, quodque dictus M. Heroult quem vadatus erat dictus Nau, ut coram amplissimo D. Rectore et Deputatis Universitatis se sisteret, causasque dicere, cur subscribere recusarit, vadimonium deseruit, placuit dari dicto Nau actum deserti à dicto M. Heroult vadimonij, ac denunciari eidem M. Heroult ut die Jovis proximo, qui erit octavus hujus mensis se sistat coram D. Rectore horâ ipsâ 7a. matutinâ in Collegio Cameracensi, causas dicturus siquas habet negatae subscriptionis; quod ni faciat, placuit admitti dictum Nau ad examina Magistrij in artibus, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

[signature] Rector

Die 7. octobris Natio Gallicana apud Maturinenses officium Magni Nuncij pro Civitate, dioc. & Episcopatu Virdunensi vacans per obitum Francisci Goillet contulit Paulo David civi parisiensi, qui solita Juramenta praestitit.

[signature]

Die 8. octobris horâ 7ª matutinâ in Collegio Cameracensi, quæ dere
Tertio hujus mensis die in Comitijs Reputatum visitatæ ordi apud D. Rectorem
In Magnanæo habitis placuerat, ut hujus diei duceretur M. Lucianus
Hervet artistarum Regiæ Navarræ sodalis, ut hodie se sisteret
coram D. Rectore & Collegio Cameracensi causas dicturus, quas haberet
cur recusasset subscribere studij philosophici testimonio, quod petro
Josepho Nau parisino dederat M. Duchesne hujus professor
In dicta Navarræ, dixit ipse M. Hervet se propterea recusasse
subscribere, quod dictus Nau non per integrum biennium academicum
Navarricæ hujus Scholæ frequentasset, sed abfuisset per aliquot
menses. Id autem probaret, placuit octo dierum spatium ei
Indulgere concedi, præter id quod jam habuit; Intra quod octo dierum
spatium mihi id planum fecerit, placuit hinc ulla ulteriori dilatione
producitur petrum Josephum Nau parisinum ad examina Magisterij
In artibus admitti, adjecta ab amplissimo D. Rectore conclusæ finis

Eodem die 8. octobr. In Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses
habitis, ſ. D. in angulo peristylij sextæ supplicandi potestate
Supplicarum pro literis nominationum Josephus Durand
Lemovix, Joannes de Bussy Bellovacensis, Carolus Bouchard
Senonensis, Michael du Baillet Vrienensis, Alexander
Rolin Tricassinus, Dionysius Tiphaine parisiensis
Guill. Gasse Rothomagensis, & Maurus Tissart parisiensis
easq; literas quas petebant, sibi eas concedi placuit, adjecta conclusæ
Deinde in Comitio seu Capitulo post q. D. Rector petebant
probati de more quia profecti & huc transacti magistratu, de rectoris
Literis Commendatitijs, prosecutis ad aliam sive sacram hic
Invocationem Sti Ludovici in Collegio Navarræo, ubi magnus
Dum Collegij Magister Doctor Theologus rem sacram decent.

L Richer
Rector

Die 10ª octobris in Comitijs Rectorijs apud Maturinenses horâ
decimâ matutina de more habitis, facta supplicandi potestate
Duo supplices accesserunt, alter Ludovicus de Croisset d'Uzés
Clericus parisinus, alter Jacobus Franciscus Ricommer
parisinus, ambo classis physicæ & Sorbonæ studiosi professionis
M. Stephani Mallemens discipuli; prompte subscribitatem
oculorum testimonijs Medicorum tractatam, petebant se immunitatem
à Lectendi molestia. Quâ de re, et de quadrumvirorum
confirmatione missa ad deliberandum nationes; auditis primum
de supplicibus M. Gilberto Gobet procuratore, postea per ornatissimos
procuratores reliquorum, ibi placuisse indulgeri duobus
supplicibus quod petebant adjecta ab amplissimo D. Rectore
conclusæ finis. Confirmatio vero quadrumvirij

mimmo

nimirum M. andreas Sarrazin Exprocurator ab Honoranda Gallorum Natione; M. Wayamberg à Fidelissa picardorum, M. Ludcus Lamage Bac. Theologus à veneranda Normanorum; Et Carbricius Kely Bac. Theol. à Constantissa Germanorum, post praestitum demore solitum et solemne Sacramentum In Conclave Ingressi, postea per Gallicanum retulerunt se Rectoris Fasces amplissimo D. Rectori prorogasse, quae prorogatio à singulis nationibus confirmata et approbata. Honoranda Gallorum Nationis procurator Interesse nationis huic nomine M. Hilbertus Reber absentis Syndici vices gereret. /

Lourcq Rector

Die 27. octobr 1693. In Comitijs Censorijs facta supplicandi potestate, supplicauit Claudius Leonardus de palay ut propter oculorum debilitatem Librendi lege solueretur. quo audito supplicanti à singulis nationibus ratio habita et, audito supplice soluta et lege Librenti; Electi hinc à singulis nationibus singuli Censores, nempe M. Joannes Cavelier Bac. Theol. ab Honoranda natione, M. Franciscus du Vanel Licentiatus Theologus à Fidelissa, M. Olivarius Herrel Licentiatus Theol. et Artistarum Nauarricorum formatus à veneranda, et M. Carbricius Kely Bac. Theologus à Constantissa. ijsq; Electis et solemne Sacramento praestito in manibus amplissimi D. Rectoris.

Lourcq Rector

Die Veneris octobr. Natio Germanica apud Maturinenses officio Magni Nuncij pro Ciuitate, dioc et Archiepiscopatu Pragensi in Bohemia vacans per obitum petri de la Borde contulit Joanni Lapostolle cuius parochiatus, qui solita Juramenta praestitit. /

Die 7. Nouembris In Comitijs deputatorum et Artistarum ad res apud D. Rectorem in Mazarinaeo habitis, supplicarunt per litteris nominationum titulo Magisterij in artibus Leguminensi Nicolaus Prieur de la Mercellerie acolythus parisinus Petrus Antonius de Berlis clericus Brebanensis et Carolus Charpentier parisinus, et Andreas Rousseau clericus parisinus vacuis illis eundi concedi placuitque ab amplisso D. Rectore concessum est

Lourcq Rector

Die 23. Nouembris Honoranda Gallorum Natio apud Maturinenses officio Magni Nuncij pro Ciuitate, dioc et Episcopatu Carnotensi vacans per obitum Francisci Cornet Ciuis parisiensis, qui solita Juramenta praestitit in manibus Amplissimi procuratoris. /

Die 5. decembris 1693. In Comitijs deputatorum Vrbitatis ord^riis apud D. Rectorem
In Mazarmeo habitis, M. Joan. Bap^ta de Franqueville doctor Theologus Sorbonicus
postulauit ut Vrbitas audiret ad causas suas [illegible] in ea lite quas hi Capellani
parisienses aduersus Franciscum du Bois Mgrum in Achiby in Vrbitate Cadomensi, qui quidem
du Bois protulit testimonium studij tanq. per quinquennium studuisse
in Vrbitate Cadomensi a Dionysio Aubig, cum tamen ibi non studuerit Theologiæ, ac
alibi studuerit, non profuturum testimonium alterius Vrbitatis in qua studuerit
juxta concordata. placuit eâ de re consuli D^num Marechaux unum e Patronis
Vrbitatis per D^num Lauoine et Huber. Cui patrono si probatus fuerit, ut
Vrbitas ad illas causas audiat, placuit id fieri, sub hac conditione, ut dictus M.
de Franqueville prius se Vrbitati indemnitatem atq. ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Quod Petrus Josephus Nauclericus parisinus porrecto libello supplicis
Exposuit se tres duas vniuersitatis Conclusiones Theologicas fecisse M.
Olicario Hercules Regiæ Nauarræ Artistarum primario, quibus
Decretum fuerat, ut dictus M. Hercules subscriberet
testimonio studij per biennium philosophici dato a M. de Cogiel
philosophiæ professore, aut causas proferret cur subscribere
recusaret; quod cum non fecerit, postulauit dictus Petrus Josephus
Nauclericus, ut sibi licitum in Theologia ad examina Magisterij
In Achiby admitti, vigore præsentis conclusionis et sententiæ sibi
lati pro subscriptione dicti M. Hercules; id vero [illegible] manu nisi
consensu placuit atq. ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Supplicarunt pro literis nominationis titulo Magisterij
In Archibus, et Quinquennij. Joannes Simon Trivianensis
Diœc. Senonensis, et Nicolaus d'Huyn clericus Noviomensis
Et Artium nominationem utriusq. candidi placuit, atq. ita conclusum.

Admissus D^nus le Clerc antea Causarum cognitor in
parlamento, dixit se habere quædam instrumenta litium
ad Collegium Trecorense pertinentia, quæ tenetur Curiæ
parlamentaria decreto deponere apud Tabellarium Vrbitatis;
placuit ea instrumenta inspici per D^num Huber prothyndicum
eaq. deponi in to Tabellario, quod ita in Regia Nauarra
Et dicto le Clerc dari acceptilationem nomine Vniuersitatis
atq. ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Rector

Die 15. decembris In Comitijs supplicatorijs apud
Mathurinos habitis, in Angulo peristylij de more
Conuentus ubi, vbi facta supplicandi potestate, hi duo

gr duo

hi duo supplices accesserunt pro literis nominationum titulo Magisterij in artibus et quinquennij, Stephanus de Romigny Clericus parisinus, et Petrus Anisson diaconus Lugduneus, easque utrique concedi placuit. Deinde in Comitio seu Capitulo postquam D.ⁿ Rector peroravit, probatis de more quae gessisset in suo trimestri magistratu, decretisque literis commendatitijs processum est ad aedem Deo sacram sub invocatione gloriae Ursulae in Sorbonam, ubi D.ⁿ de Lestocq doctor in Theologia Sorbonicus sacris operatus est.

Pourchot Rector

Die 16. decembris in Comitijs Rectorijs apud Maturinenses horâ decimâ matutinâ de more habitis, facta supplicandi potestate, supplex accessit de Bethune parisinus, petijtque ut propter infirmam valetudinem scribendi lege solveretur; quâ de re audito M. Gilberto Hebert pro syndico, dimissae ad deliberandum nationes, postea per ornatiss.ᵒˢ procuratores retulerunt se indultum velle praedicto supplici quod petijt; praeter naturam Germanicam cujus procurator dixit se non vidisse praedictum de Bethune; D.ⁿˢ autem Rector pronunciavit secundum supplicum ea tamen conditione ut ornatissimi Germanicae nationis procuratorem adiret atque ita conclusit. Confirmati à singulis nationibus quadrumviri; nimirum ab honoranda Gallorum M. Claudius Lorey humaniorum literarum professor in Collegio praelio-Bellovaco; M. Franciscus Canelle Baccalaureus Theologus à fidelissima Picardorum; M. Joannes Vadelorge humaniorum literarum in Collegio Lexovio professor Emeritus à veneranda Normanorum et M. Robertus Cuzach licentiatus Theologus à Constantissima Germanorum, postquam solitum ac solemne sacramentum in manibus amplissimi D. Rectoris de more praestiterunt mox in conclave ingressi, per Gallicanum postea retulerunt se Rectoris fasces

Amplissimo D.o Rectori ad tres menses prorogasse, deque prorogatione cum singulae Nationis deliberassent, per ornatissimos procuratores retulerunt, sibi prorogationem illam gratam et ratam esse, atque ita conclusum amplissimum D. Rector.

Pourchot Rector

[illegible]

PAPIER

Acta et Conclusiones
Anni Dñi Millesi Sexcentesi Nonagesimi quarti

Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, die ſecundâ menſis Januarij habita ſunt Comitia Deputatorum Vniuerſitatis apud Maturinenſes horâ 7ª matutinâ ad eligendos duos cauſarum Academicarum Patronos In Curiâ Parlamenti. Electi ſunt autem M.M. Leonardus Carette & Joannes le Gendre Cauſidici, altius In Locum M. de Fourcroy alter In Locum M. Rauiere; quidem Vniuerſitatis duo viderent, Patronorum, atqſta ab ampliſſo D. Rectore conclusum fuit In gratiâ vtriuſque qui ambo Sacramentum in manibus D. Rectoris ſolemne præſtiterunt.

Eadem die ſecunda poſt meridiem In Comitijs Deputatorum ordinis quidem Vniuerſitatis apud D. Rectorem In Collegio Mazarinæo habitis, quibus cum ipſo D. Rectore M. Edmundo Fourcroy Interfuerunt DD. MM. Petrus Guichard Sacræ Theologiæ facultatis le Gendre conſultiſſimi Juris vtriuſque, Claudius Berger Salubernia Medicinæ Regius, Joannes Baptiſta Fretreau Honorandæ Gallorum Nationis, Jacobus Rohault pro Jacobo Lalouette, fideliſſimo procuratore, Joannes des Autheux Venerandæ Normanorum, et Cornelius Nary Corpulentiſſimæ Germanorum procuratores, atqſ una cum iis Officiarij ordinarij

Supplicauit pro litteris nominationis titulo Magiſtrij In Artibus, Baccalaureatûs In Theologiâ, et Joannis Carolus le Noble Rothomageus, ratiſ illis concedi placuit, atqſta ab ampliſſo D. Rectore concluſum. Quod Franciſcus Nuiret clericus Abrincenſis diſcipulus autem hac Mri du Coſté præſto In Regiâ Nauarrâ pro Baccalaureatus Libello ſupplice conqueſtus eſt, quòd M. oliuarius Herouet Artiſtarum In dicta Nauarrâ primarius remiſſam ſibi ſenſerit teſtimonio philoſophici per biennium ſtudij dato à dicto M. du Coſté; quòdque datus M. Herouet, cui dies Rodierna dicta fuerat, vt compareret, cauſas dictarum remiſſarum ſuſceptiſſet, ſi quas haberet, non comparuit, placuit dari dicto nuncio actum deſerti à dicto M. Herouet vadimonij, eidemqſ primarij denunciari niſi ad præſentem comitia comparuerit, non poſſe tum non permitti dicto nuncio vt ad examina Magiſtrij In artibus admitti poſſit, atqſta ab ampliſſo D. Rectore concluſum fuit.

P. Rector

die vicesima sexta Januarij 1694 Habita sunt apud Maturinenses hora 7ª matutina Deputatorum visitatis Comitia ad eligendum unum è duobus causarum Academicarum patronis in Castelleto et practicis parisiensi quâ de re à D. Rectore ad deliberandum proposita, Rogatis dictis sententijs Electus fuit M. Jessaeus le Duc, actaq; ab amplissº D. Rectore fuit conclusum, in cujus manibus ipse M. le Duc solitum ac solemne sacramentum præstitit. ut.

Rector

die 23. Januarij in Comitijs Deputatorum visitatis apud D. Rectorem in Mazarineo extra ordinem habitis, quod verba facta sunt, aliàs fieri solitum ab antiquo, ut prius quam D. Rector una cum DD. Decanis, procuratore, adjunctis, et tribus officiarijs visitatis cereas deferat ad viros principes, tres dicti officiarij, nimirum Syndicus, scriba et ararij quæstor pridie ad alios viros deferant, quales sunt viri Regij, patroni causarum visitatæ, aliq; alij ad quos deferri solent cerei, placuit attribui ex ærario Academico tribus aliis officiarijs pro manuatâ eodie operâ quatuor Numismata, nempe duos Syndico, ut pote qui teneatur orationculas habere; singulos verò duobus alijs officiarijs, actaq; ita ab amplissº. D. Rectore conclusum fuit. Præter omnes Archetypos Rationum acceptî et expensi à M. Francisco Hocher ærarij Academici quæstore reddituarum, ex quo tempore quæstor Electus fuit, quos Archetypos placuerat tradi Dº. de Hayettes causarum in prætorio parisiensi cognitori ad pronuncianda, litem adversus dictum Hocher, ad eumq; cognitorem delati fuit, à M. M. Poitrau et Huber mensæ, placuit insuper tradi eidem Dº. Hayettes Archetypum Rationum die proximè superiori ab Heredibus M. Samuelis Jacolet redituarum, actaq; ita pariter ab amplissº D. Rectore conclusum fuit.

Rector

die 6. Februarij in Comitijs Deputatorum visitatis ordinis apud D. Rectorem in Mazarineo habitis, supplicantium pro Lectoris nominationum titulo Magistrij in Artibus et Quinquennij Guill. Franciscus Joly de Fleury Clericus parisinus et Michael Engoulvent du Rozey pbr Cenomanensis, ealij ubique concedi placuit actaq; ita ab D. Rectore conclusum fuit.

Quod decreto sanctæ Senatûs auctoritatis à M. Olivario Hervault Artistarum in Regia navarræ primario, quem Franciscus Nivier Mr. in Collegio ibidem professoris auctoritatis discipulus vadatus fuerat, non fuisse se sistere in tribunali Academico mensis proximè superiori, sed utpote ut eodie ipso adesset causas dictaturus legitimas haberet, cur recusasset subscribere testimonio studij philosophici dato à dicto professore; quod ipse dictus M. Hervault iterum vadimonium deserens ac tantummodo denunciavit M. Petro de Longlet visitatis Syndico idq; per appantorem Castelleti parisienses se non ad futuram multique

facta

facta scripto protulit minuit Decretum quo non probauit placuit
significari eidem M. Herculi per dictum vicitatis Syndicum, nisi primo
quoque die, quo comitia habebuntur, apud D. Rectorem se sistat,
probaturus ea facta quae protulit, esse vera, Judicaturi in causa
dicti Nivier, quod aequum visum fuerit, atque ita ab amplis. D. Rectore conclusum
Propter multas operam à D. de Boismarin, eamque valde utiles rebus
Academicis, placuit attribui illi ex arario Academico centum libellas
atque ita partis ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die undecimâ Februarij In Comitijs Deputatorum visitatis apud D. Rectorem
in mazarinaeo extra ordinem habitis, supplicauit pro literis naturalitatis
titulo Magistrij in artibus et quinquennij petens Valentin Nouiodunensis
eaque illi concedi placuit, atque ita fuit conclusum.

postulatum in nomine venerandae Normanorum Nationis, ut
Universitas accedat ad causam in eâ lite quam dicta natio habet
aduersus D. Episcopum Lexouiensem, qui exigit insolita et iniqua
tributa à Nunciis suis, placuit accedere ad istam causam nomine
titulis Universitatis, eâ conditione ut indemnitas praestetur à
dicta Natione, atque ita conclusum fuit ab amplisso D. Rectore.

Quod jam antea placuerat, ut Universitas accederet ad causam
M. Joannis Baptistae de Franqueville Doctoris in Theologia Sorbonici
In eâ lite quam habet in praetorio huius Capellae Parisiensis aduersus
Franciscum du Bois Magistrum in artibus in Universitate Academensi,
eâ tamen conditione, ut ea interuentio probaretur D. Marescaulx
visa consultatione dicti D. Marescaulx, cui visum ut Interuenire
oportere, placuit ut ea causa accederet, atque ita à D. Rectore fuit conclusum.

Die 13. Februarij, In Comitijs Deputatorum visitatis apud D. Rectorem in Mazarinaeo extra
ordinem habitis, comparuit M. Henricus Arlus, eo vocatus, ut redderet rationem quare
haberet, propter quam non salutasset nuper, ut debuit, D. Rectorem, nec
quemquam tamen alium, in Regia Navarra, eo die, quo panegyricam
D. Roisia; atque cum illi objectum esset, illud officium ab ipso
neglectum fuisse contra juramenti sui fidem ac Religionem, quod
quidem officium ipse sciret praestari potuisse, eoque magis, quod ea de re
paulo ante monitus fuisset, dixit se semper fuisse hactenus
Religiosissimè in potestate Universitatis, ac posthac se semper fore,
neque eam salutationem omisisse malo animo, sed imprudentia
id factum fuisse, propterea quod ibi ab eo appantore, qui huic erat,
alter nunciatus fuisset, quia illud ipsum fugerat, cujus causa

Ad se Appantor ille venisset, neque verò exclusâ Istius hominis Imprudentiâ, se unquam omissurum fuisse, ut ejus delicti veniâ sibi nunc opus esset. Itaque indultâ illi veniâ multis de causis, & gravissimè objurgato illo Appantore, qui alterius officium malè sedulus usurpaverat, placuit poenis Academicis, ijsque gravissimis subijci, siquis postmodum in ejusmodi occasionibus ac Ceremonijs, alijsque universitatis congregationibus negligeret amplissimum D. Rectorem atque adeo universitatem honorificè salutare ante quoscunque alios. Etiam praesules si adessent, atque ita ab amplissimo D. Rectore fuit conclusum.

Pourchot

Die 22. februarij 1694. In Comitijs Deputatorum universitatis apud D. Rectorem in Mazarinaeo extra ordinem habitis, postquam D. Rector proposuit quâ de re ageretur, nimirum, ut, quod jam antea saepius agitatum fuerat, finiretur ac tandem aliquando concluderetur, quibus conditionibus transigendum videretur cum M. Francisco Hochet antehac aerarij Academici quaestore, qui ejus muneris ejurationem sive demissionem deposuit in manibus D. Rectoris. Nullâ autem habita ratione intercessionis factae à M. Olivario Heroult venerandae Normanorum Nationis Censore; omnibus maturè perpensis, visum est, ne universitas longâ et inextricabili lite implicetur, transigi oportere cum dicto Hochet, eâ conditione, ut sex libellarum millia solvat universitati, tria scilicet milliâ praesenti & numeratâ pecuniâ antequam transigatur, et tria reliqua millia ad eam diem, de quâ conventum fuerit. Eâ praeterea conditione, ut ad fidejussionem D.i Boitin accedat insuper fidejussio D.ae Boitin uxoris, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Pourchot
Rector

Die secundâ Martij 1694. habita sunt apud Maturinenses horâ sesquiseptimâ matutinâ Deputatorum universitatis Comitia ad eligendos Syndicum et quaestorem ejusdem universitatis, convocatione ad id nominatim factâ per schedulas pridie datas more solito, ac postquam D.s Rector exposuit, vacare haec duo munera per abdicationes, palam à me recitata est, quae jam facta fuerat coram Notarijs Regijs à M. Francisco Hochet aerarij Academici quaestore abdicatio, sive demissio muneris quaestorij. Deinde M. Petrus de Lengler Syndicus dixit, se, quod per valetudinem in obeundis annos jam fermè quadraginta muneribus Academiae contractam, officio suo defungi, ut antehac, satis pro sua in eam voluntate

MOYEN PAPIER DEUX SOIS LAREVILLE

non liceret, Rogare vti Ratam acceptamq; habere velit
abdicationem muneris sui procuratorij seu syndicatûs, In gratiam
Et fauorem M. Edmundi pourchot nunc Rectoris praesentis,
eâ nimirum conditione, vt omnia ejus muneris emolumenta,
sportulae, distributiones, fructus omnes tam fixi constitutique
quam ex casu obuenientes, et obuenturi ad se nunc abdicantem
Integri perueniant ac redeant, quoad in viuis aget,
Exceptis duntaxat honorarijs quibusdam pensionibus, si quae
ob nauatam vniuersitati operam, aut aliam quamlibet causam
extra ordinem eidem M. pourchot, ejusque successoribus
attribui poterunt ac decerni; idque vel si contingat
cedere illum quoquomodo, aut decedere, aut alium quem vis
In ejus locum suffici, absque hoc esset, futurumve sit,
nequaquam se abdicaturum fuisse, Immò abdicationem hanc
suam, nisi cum his conditionibus, Irritam, cassam, ac nullam
velle, perinde atq; omnia, quae vsque ad hanc diem super eâ
proposuerit, declarant, aut scripserit postulare praeterea,
vt sibi jura honorifica veterani et Emeriti conseruentur.
Tum Rogatis à D. Rectore sententijs, D.ⁿ Guichard Sacri
Theologorum Ordinis Decanus dixit, se, quòd in Comitijs
proximè superioribus apud D. Rectorem in Collegio Mazarinaeo
habitis consenserit transigendum esse cum M. francisco
hochet ijs conditionibus, quae expressae sunt In conclusione
factâ ijsdem Comitijs, id verò à Sacrâ Suâ Facultate
In hesternis ejusdem Comitijs Improbatum fuisse, atq; in eam
rem delectos fuisse tres è Senioribus Magistros
qui viderent quid in eo negotio fieri conueniret.
Quin et cautum esse ejusdem Facultatis suae statutis, ne quicquam
grauioris momenti de sententiâ Decani fieri censeretur
Inconsultâ facultate. Itaque sibi jam liberum non esse
de rebus nunc ad deliberandum propositis sententiam suam proferre;
Quod si esset, se Electurum In Syndicum M. Edmundum pourchot
nunc Rectorem vrsitatis, Et M. Medardum Colletet In quaestorem,
ac praetereà adjuncturum nouo quaestori Adjutorem M. Gilbertum
Hebert pro syndicum ob multam jam antrà nauatam vniuersitati
operam ac Rerum Academicarum peritiam. D.ⁿ Collesson

Consultissimæ Facultatis Decanus Syndicum elegit D.^{um} Pourchot;
Et quia M. Andreas Sarrazin multum jam curæ atque operæ
In procuratione muneris quæstorij Impenderat, Ideo illum eligendum
Esse quæstorem censuit, eique adjutorem dandum eundem M. Hebert
ob causam à D.^o Guichard prædictam. D.^{us} Berger Saluberrimæ
Medicorum Facultatis Decanus Syndicum nominavit D. Pourchot,
quæstorem verò M.^{rem} Colletet, eique adjutorem quoque esse voluit eundem
M. Hebert, propter eandem causam. D.^{us} Fretreau honorandæ Gallorum
Nationis procurator idem censuit quod D.^{us} Berger. D.^{us}
Lavoine fideliss.^{æ} Picardorum Nationis procurator dixit, se non posse
de rebus propositis sententiam ferre antequam nationem suam consuluisset,
atque intercedere quominus quicquam de ijs nunc concluderetur, suæque
Intercessionis actum à me postulavit. D.^{us} des Authieux & D.^{us}
Nary, alter venerandæ Normanorum, alter constantiss.^{æ} Germanorum Nationis
procurator suo uterque separatim suffragio idem censuerunt quod
DD.^{i} Berger et Fretreau. Atque his omnibus, qui M. Gilbertum
Hebert novo quæstori adjutorem esse voluerunt, placuit de
quæstorij muneris fructibus et emolumentis centum et quinquaginta
Libellas à dicto M. Colletet quæstore Impertiri quotannis
dicto M. Hebert Coadjutori suo, quam conditionem ipse quæstor
acceptam habuit: placuit insuper ab eodem Colletet dari Universitati
Idoneum & Locupletem fideijussorem ac prædem. Quibus
Conditionibus, atque ijs, quæ à M. Petro de Lenglet dictæ
sunt et postulatæ pronunciavit D.^{us} Rector se Eligi
Syndicum, M. Medardum Colletet quæstorem, atque ita conclusit
Quæstor verò Electus solitum Sacramentum præstitit in manibus
D.^{i} Rectoris. D.^{us} vero Pourchot Rector, quatenus Syndicus
In manibus D.^{ni} Guichard.

Pourchot
Rector

Die 6. Martij In Comitijs Deputatorum Universitatis ord.^{nijs} apud D.
Rectorem in Mazarinæo habitis, 1.um supplicaverunt pro literis
nominationum Leo Honorius Antonius Langevin pbr Constantiensis
titulo decennij et Doctoratûs In Thgia, titulo verò Magisterij
In artibus et quinquennij Jacobus Charpentier Sagiensis,
Tussanus le poivre Remus, Lud.^{cus} de Paris Parisinus,
Adrianus Franciscus Payen Atrebatensis, Joannes de Chardon
Claromontensis, Hubertus Bonnaire Trecensis, Robertus
Marouard Rothomagens, Joannes du Pont Constantiensis

Stephanus Goderfroy

Stephanus Godefridus Larcheuesque Rothomageus, Augustinus Doualle Rothomagensis, Adrianus Nicolaus Couturier parisinus, easque illis omnibus concedi placuit, atque ita à D. Rectore conclusum fuit.

Deinde, quod M. Oliuarius Heroult etiamnum hodie non comparuit, tametsi ei denunciata fuerit sententia lata die sexta februarij proxime superioris, placuit ex abundanti denunciari eidem Heroult nomine syndici vrsitatis, vt compareat in Tribunali ijs comitijs quae proxime habebuntur apud D. Rectorem probaturus vera esse multa facta non satis decentia, quae scripto protulit, tam aduersus amplissimum D. Rectorem, quam aduersus franciscum Niuier, ac ni fecerit, decretum iri aduersus ipsum, quod aequum ac justum visum fuerit, atque ita fuit conclusum.

Quod quidam Collegij Becodini Bursarij conquesti sunt in eo Collegio habitare Nonnullas mulieres contra id quod cautum est statutis Academiae, placuit denunciari ijs, quibus oportuerit per syndicum vrsitatis, vt illi omnes, quibus in dicto Collegio prohibitum est habitare statutis vrsitatis, quamprimum exeant ac demigrent, ac nisi faciant, eijciantur, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Pourchot
Rector

Die 9. Martij habita sunt apud Maturinenses ordinaria Deputatorum vrsitatis Comitia ad aperiendum, vt vocant, Rotulum quem morem antiquum retineri placuit; atque ibi supplicauit pro literis nominationis Hugo Antonius du Puich Bethuniensis presbyter diocesis Atrebatensis, titulo Magisterij in artibus et quinquennij, easque illi concedi placuit, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

Pourchot
Rector

Die 13. Martij in Comitijs Deputatorum vrsitatis apud D. Rectorem in Mazarinaeo extra ordinem habitis, perscripta est coram Notarijs Regijs, et data per syngraphum M. Medardo Colletet aerarij Academici quaestori nuper electo gerendi muneris quaestorij authoritas, Archetypisque tabulae subscripserunt Deputati omnes praeter vnum M. Jacobum Lauoine, qui his Comitijs non interfuit. M. vero Jacobus Rohault absentis vices gens dixit se iterare eas omnes

Intercessionis, quas die secundâ huius mensis ab ornatiss.ᵒ suo procuratore facto fuerant; ijsdᵐ se adhaerere, cupiuiq; actum a me postularunt.

Rector

die 23. Martij 1694. In Comitijs Supplicatorijs apud Maturinenses habitis 1ᵐᵒ in angulo peristylij de more consessum, vbi cum D. Rectore adfuerunt D. Guichard Scotus, Collegij Consultiss.ᵘˢ Facultatum Decani, fr. tres Gallicani, Billet pro M. Jacobo Lauorie Picardo, duo Authgrei Normani, et Nary Germanico Nationum procuratores, atq; ma cum ijs officiarij. Quibus facta supplicandi potestate supplicauerunt pro literis Nobilionum Carolus Gabriel Chantreau parisinus titulo Baccalaureatûs in Theologia et Jeremij; titulo vero Magistrij in artibus et quinquennij Renatus Bonnetty Turonensis, Franciscus Rauid pbr Lemouicensis, Mannis Hutrel Cenomanensis, Gaspardus Geneney Lugdunensis, Joannes Rouzier Dioc.ˢ St. Flori, Petrus le Bourg Rotomagensis, et Ludᵘˢ Ferreire Ebroicensis, quas omnibus concedi placuit. Supplicauit & Canonicus Theologus Scotus Crucis, sed quia non exhibuerat Syndico suas literas, in aliud tempus remissus est. Deinde Itum est in Comitium, vbi postq. D.ˢ Rector petiuerant, probatis de more quae gestissent in huius trimestri Magistratu, decretæ literæ Commendatitiæ processuris ad ardeam pro Sacrario suo Invocandi SS. Genesij et Protasij, vbi D.ˢ Theologus Doctor Theologus, et pastor rei Sacrariæ fecit, D.ˢ Theologus Doctor Theol. concionem habuit.

Rector

Postridie vero 24. Martij in Comitijs Rectorijs apud Maturinenses horâ decimâ Matutinâ de more habitis, D.ˢ Rector exposita congregationis causâ, dimisit Nationes, vt confirmarent singulas singulos de quadrumviris, probarentq; quae gestissent in huius trimestri Magistratu. Ac postea ornatiss.ᵘˢ procurators sui retulerunt: Gallicanus quidem suam Nationem confirmasse M. Renatum Andream Rochet pbrum professorem Jn lexoueo, ac vehementer probare quascunque amplissᵐᵘˢ D. Rector gestisset [illegible] eiq; decernere literas commendatitias quas posset honorificentissimas. Picardicus, Nationem suam confirmasse M. Joannem le Conte humaniorum literarum professorem Mazarinæum, et ea quoq; probare quae gestisset amplissᵐᵘˢ D. Rector, eiq; pariter literas commendatitias decernere. Normanus, suam quoque Nationem confirmasse M. Joannem dictum Authgrei vtr procuratorem, Baccalaureum Theol. et professorem Harcurianum, sed non probare quae D.ˢ Rector gestisset in nullius singulis ordinibus; cætera vehementer probare. Denique vnus ex Germanica Nationis Magistris, qui nouerat procurator dictæ suæ Nationem confirmasse in quadrumvirum M. Carolum Nary ejusdem procuratorem. De cætero idem Lentre, quod Venerandæ Nationes

procurator retuliſſet. Cum ampliſſimus D. Rector, repetitis ad verbum quæ ſinguli procuratores retuliſſent, cum recenſuit quæ Normana et Gemanica nationes nomine referebantur, videlicet ab ijs non probari quæ geſſiſſet Incipiens ſinguli ordinibus, quos, inquit, Ordines non ordines conſulere ſed eorum deputatos, ut fieri ſolet. Itaque probatis quæcunque geſſi in meo trimeſtri Magiſtratu, literaſq; commendatitiæ mihi decernitis; alioqui ita concludo. Tum quadrum veri proferri, de more ſacramento, in concluſione ingreſſi ſunt, ac noſtra per Gallicanum renunciauerunt ſe unanimi conſenſu Rectoris faſces prorogaſſe ampliſſ. D. Rectori, quæ prorogatio a ſinguli nationibus comprobata et confirmata.

Lourdet
Rector

Die 29. Martij fidiſſima picardorum Natio in ſcholis ſuis ſuperioribus congregata officium magni Nuncij pro diœceſi Epiſcopatu Tornacenſi in Belgio vacans per obitum Nicolai Cicquet contulit Nicolao Carolo Bourlet cuius panegyrici quis ſolita ſacramenta præſtitit.

Die 3. Aprilis 1694 in Comitijs deputatorum vniuerſitatis ordinis apud D. Rectorem in Marcianæo Rabbie ſupplicauerunt pro literis Nominationum Renatus Andreas Hochet Cenomanenſis, Joſephus Godinet Claromontenſis, Ludouicus Bureau Cornutenſis, et Joannes Dakeris Leiceſtrenſis Anglo-Benedictinus, quæ ſibi concedi placuit quo titulo ſupplicauerunt, nimirum Magiſtrij in Artibus et quinquennij atque ita ab ampliſſimo D. Rectore concluſum fuit.

Recitatum fuit, quod M. Jacobus Rohault denunciauerat, ſe proteſtatum fuiſſe coram Notarijs Caſtelleti; nimirum ſe ad requiſitionem M. Jacobi Lauoine fidiſſimi picardorum nationis procuratoris intenderet, ne valeret remiſſio pecuniæ facta M. Francisco Hochet, et electio tum ſyndici, tum quæſtoris. Illud ipſum, quod denunciauit dictus Rohault; ſed cum ipſe interceſſiſſet antea, ne dicta electio tum ſyndici, tum quæſtoris facta menſe proximè ſuperiori rata eſſet poſtulauit.

Quod jam antea placuerat ut cum M. Francisco Hochet Antehac variij Academici quæſtore tranſigeretur, ea conditione

vt exigerentur sex tantùm libellarum millia, idq; conclusum fuerat
vnanimi omnium deputatorum consensu praeter quàm vnius M. Iacobi
Dr Autissiodorensis procuratoris Venerandæ Normanorum Nationis, qui dixerat
tres eâ de re diuersas à sua Natione deputatos fuisse, qui consuluerent
patronos. postquam D. Rector quæsiuit à Dno Guichard Pñia Rhemensis,
quid eâ de re censeret sua Facultas, quæ postrèmus omnis probauerat
id quod rebus Rhemensium suffragio et consensu conclusum fuerat,
dixit Idem Dns Guichard censere suam Facultatem sibi
ad Intercessiones, quæ deberentur facta fuisse à veneranda Normanorum
Natione, eâ conditione, vt dicta natio nec sumptus litis impensas
faceret: Dns Colloson consultissimæ facultatis Rhemensis dixit se
libenter acquiescere sententiæ suæ prædecessoris, qui transigendum
censuerat conditionibus tum dictis. Dns Berger Salubernus
Medicorum ordinis Rhemensis dixit se jam probauisse id quod de
huius sententia conclusum fuit die 22. Februarij, vt transigeretur,
atq; illud ipsum etiamnum vehementer probare, et ratum habere.
Dns Poitrau Gallicanæ Nationis procurator idem. dixit. Dns
Lauorus fidelissimi picardorum Nationis procurator dixit se quoq;
illud ipsum consensisse ac perseuerare in eadem sententia,
modò nulla in Comitijs deputatorum vbitabo conclusio facta fuerit
se absente, quæ placuisset id negotium remitti ad singulos
omnium tatis ordines. Dns Lefeure nouus Normanus nauis procurator
dixit suæ Nationem Intercessisse, seq; ea Intercessione perfugere,
cuius rei à me actum postulauit. Dns Kely nouus Teutonicus
Nationis procurator, cuius prædecessor Dns Nary tum procurator
transigendum conditionibus prædictis censuerat, et consenserat,
postulauit sibi dari tempus, vt eâ de re cum suis deliberet, quos sibi videbatur
Ex maiori autem suffragiorum numero conclusi D. Rector
ratam haberi eam conclusionem, quâ jam placuerat conditionibus
prædictis cum M. Francisco Rocher transigendum esse, et ab
eo exigenda tantùm esse sex libellarum millia ratq; sta fuit conclusum.

Quod verba facta sunt M. Jacobus Lauorus picardus Nationis
procuratorem esse Canonicum in Ecca Collegiata SS. Gereuisij &
Protasij in vrbe Guisiana, atq; adeo ex statutis suæ tatis
Et specialius ex statutis dictæ Nationis picardicæ priuari
debere omni suffragio tam actiuo quàm passiuo; quodquidem
Ipse dixit se reuera fuisse Canonicum, sed præbendam suam
abdicauisse, et in favorem alterius Resignauisse, placuit
ab eo probari veram esse illam abdicationem, et alterum
in ejus locum esse substitutum, per Resignationem vocantis
solennitates; Interim verò placuit obseruari statuta
illum priuari omni suffragio; atq; ita ab emptis D.
Rectore conclusum fuit.

Rector

die 5. aprilis 1694 Natio Germanica apud Maturienses congregata Officium Magni Nuncij pro ciuitate, dioc. et Archiepiscopatu Strigonensi in Pannonia vacans per obitum Guill. Moreau contulit Jacobo Mareschal ciui parisiensi, qui solita juramenta praestitit.

Die vigesimâ prilis celebrata est de more Synodus Beneficiariorum vniuersitatis apud Maturinenses hora 7.ª matutina. Defuerunt M. nic. Mathieu pastor Ecc.ae S.ti Andreae de arcubus, & Capellani M. Jacobus Le gentil, M. petrus le Barbier, et M. Edmundus Chalgrain. per procuratorem et epistolam comparuit M. hugo nicolaus Cordier; caeteri omnes ad fuerunt. placuit à quatuor primis absentibus reddi rationem absentiae intra quindecim dies; atque ita à D. Rectore conclusum fuit.

Pourchot
Rector

Die 8. maij in Comitijs Deputatorum vrsitatis ord.riis apud D. Rectorem in mazarinaeo habitis, quibus cum D. Rectore M. Edmundo pourchot interfuerunt DD. MM. Guichard Theologiae, Collesson Consultiss.ae, Berger Saluberrimae facultatum Decani; Fretau Gallicanae, Jourdain picardicae, le Seigle Normanae, et Kely Germanicae Nationum procuratores, atque vna cum ijs Officiarij.

Supplicauerunt pro literis nominationum titulo Magisterij in artibus & quinquennij Josephus Guiblier viennensis, franciscus herbault Bolonensis, Et Germanus de Besançon pbr parisinus, easque illis concedi placuit.

D.o Mahieu Exdecanus Medicinae attulit Schedam his verbis conceptam: Je notaire à paris reconnois auoir en depost en mes mains la somme de trois mille cinq cents liures restants à employer par Messieurs Mahieu et hochet Deputez de l'vniuersité de la somme de treize mille liures à eux payée par Madame de Rousseau par quittances des trente mars dernier Et vingt six du present mois; Ledit depost à moy fait pour parvenir audit employ. fait à paris ce trente auril 1692. signé pelerin. Hanc autem Schedam placuit deponi in manibus M. Medardi Collet et quaestoris aerarij Academici, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

M. Mory praecipuus aedium San Barbararum inquilinus admissus postulauit, vt, quoniam prope diem noua quaedam aedificia construenda sunt in Collegio S.tae Barbarae, occurratur quibusdam incommodis quae officerent luminibus earum aedium quas occupat. qua de re placuit negotium dari DD.is Collesson, Berger, fretau, Jourdain hebet & Colletet, vt adhibito etiam perito videant quid fieri conueniat Et primo quoque die ad Tribunal referant, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Pourchot
Rector

Die 12. Maij 1694 - In Comitijs Deputatorum Vniuersitatis apud D. Rectorem in Mazarineo extraordinarijs habitis, Ji viri, qui in Comitijs proximè superioribus Deputati fuerant, vt viderent quid fieri conueniret in Collegio Ste Barbare, retulerunt quid faciendum videretur. quia tamen nondum planè hbi liqueret quâ conditione agendum esset cum Inquilinis, placuit totum illud negotium permitti eorundem virorum fidei et prudentiæ vt quod hbi è re Academiæ visum fuerit, aut saltem minori Incommodo fieri posshit, tanfigam, adsista a D. Rectore concluſum fuit

Quod jam antèa non semel actum fuerat ac concluſum, vt cum M. Francisco Hocket antehac variij Academici quæstore transigeretur placuit iterum transigi eâ conditione vt dictus Hocket soluat Vniuersitati sex libellarum millia; tria scilicet præsenti pecuniâ ipsâ die Inita transactionis; et tria reliqua millia tribus pensionibus annuis, eâque etiam conditione, vt ad fidejussionem M. Boitin accedat præterea fidejussio Illustrissimi, idque placuit vnanimi omnium Deputatorum consensu præterquam vnius M. Petri le Seigle venerandæ Normanorum Nationis procuratoris qui nomine suæ Nationis interesshit ne transigeretur. quod si dicta Natio in sua Interesshione perhistat, Vniuershtas eidem Nationi denunciat, vt suis impensis litem aduersus dictum Hocket persequatur, eâ conditione, vt sex libellarum millia; tria scilicet præsenti pecunia, et tria reliqua millia tribus pensionibus annuis persoluat eidem Vniuersitati, eamque indemnem præstet. Rursusque eadem Vniuershtas eidem ornatiss. dictæ Nationis procuratori præsenti declarat si dicta Veneranda Natio hanc conditionem non acceperit, transactum iri cum dicto Hocket intra octo dies, adsista ab amplis. D. Rectore concluſum fuit. Instrumentum autem quod huic interesshionis ornatiss. venerandæ Nationis procurator tradidit his verbis continetur: Je declare au nom de la Nation de Normandie que je persiste aux oppositions faites cy devant par nos Deputez, et par moy Conseiller; que dabondant je m'oppose a ce que lon passe aucune transaction auant que Le Compte des derniers sept mois de la Recepte et gestion de Mr Hocket ait été suffisamment communiqué, et dicelluy calculé Copie pour être par moy, ou par ma Nation examiné, Clos et arresté, Ensemble auec le penultieme suiuant la Coutume, et par lequel examen je declare ne rien prendre ni exiger; Et declare aussi que je persiste cependant à vouloir bien nous rapporter de toute la suite dud. Hocket à d'autres ad. cats dont nous conuiendrons Ensemble, ou que monseigneur le premier President aura la bonté de nommer, declarant

a faute

à faute de ce, ce que nous avons declaré à Monsieur le Recteur. Fait au Tribunal le 12. may 1694; signé le Feigle procureur.

Recteur

Die 19. Junij 1694. In Comitijs Deputatorum Vniuersitatis ordinis et mensium apud D. Rectorem in Mazarinæo habitis, quo in hunc diem prorsus dilata fuerant quod D. Rector in grauissimum morbum incidisset 1us Supplicauerunt professoris nominationum titulo Magistrij in Artibus et quinquennij, Joannes du Mont parisinus et Paulus le Queux Cornubiensis, eas q. utrique concedi placuit.

Admissus M. Franciscus Rochet ararij Academici antrà quæstor, postquæ exposuit se soluturum quidem præsenti pecuniâ Vniuersitati tria libellarum millia, rogauit vt tria reliqua millia quæ placuerat ab eo solui tribus pensionibus annuis, placeret ab ipso solui quatuor pensionibus annuis, hoc est septingentas quinquaginta libellas singulis annis, quod illi concedi placuit, atq. ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit. M. verò Petrus le Feigle ornatiss. venerandæ Normanorum Nationis procurator dixit se perseuerare in eâ Interrogatione quam fecerat die 12. Maij præteriti, ne scilicet Vniuersitas cum M. Francisco Rochet transigeret, cujus rei actum à me postulauit. Quod ornatissimus fidelissimus Picardorum Nationis procurator, et ipsa Natio porrecto libello supplice, postulauerunt, vt conclusio à dicta Natione facta die 27. aprilis præteriti aduersus M. Jacobum Rosault ab Vniuersitate confirmaretur; quæ quidem conclusio vnà cum libello supplice legitimè per apparitorem significata fuerat dicto M. Rosault eodemq. die hodierna dicta, vt his in Comitijs compareret: quodq. idem dicto Nationis procurator de hujusmodi retineri ab eodem M. Rosault contra jus omne, postulauit quæ Nationi restituatur; Recitatâ suprà dictâ conclusione vnà cum dicto libello supplice, ac postquæ dictus procurator rectè et maturè examinatâ, placuit dari dictæ Nationi Picardicæ actum de hujusmodi à dicto M. Rosault vadrimonij, et dictam Nationis conclusionem confirmari ac confirmatam haberi; ac præterea Librum eidem Nationis procuratorum ab eodem Rosault quàm primùm restituj. atq. ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Recteur

Die 22. Junij In Comitijs Supplicatorijs apud Maturinenses habitis, 1us In angulo periculi de more confessus et vbi ad fratres vnà cum D. Rectore M. Edmundo Courcelot D. D. Mathurino Guicgard Theologo

Collega consultissima, Berge Lalubernina facultatum Decanis fratres Gallicana, Gourdan picardica, le Seigle normanica et Kitz Germanica nationum procuratores, atq̃ cum ijs officiarij.

Facta supplicandi potestate, supplicauerant per literas nominationum titulo Magistrij in artibus et quinquennij Petrus vallot ppbr Rothomagensis, Joannes le Roux acolytus Anicienſis, Jacobus du Vauert acolytus parisinus, et Guill. Philippus Lecuté parisinus rasis illis sibi conueni placuit.

Fratres quod verba facta fuerunt à D. Rectore de Mercede, quæ promissa per D. Posse de Bois martin propter operam Vniuersitati navandam tum ad ordinandas et in Inuentario describendas Chartas et tabulas ejusdem Vniuersitatis, tum ad conficiendum Instrumentum Censuale, quo quicunque hæc in prato Clericorum prædia et aedificia possident; quid quisque annui censûs aut reditus Academiæ debeat, profiteri tenentur; eâ de re placuit prorsus centum libellas quæ eidem D. de Bois martin speciali mandato Jacob Academico Quæstore soluta sunt, quadringentas præterea libellas eidem à quæstore dari; scilicet ducentas quam primùm, et ducentas reliquas postquam perfectum fuerit Censuale Instrumentum; eâ tamen conditione, vt quod super acepti et expensi rationibus D. Dacole antrà dum viueret apud Academici quæstoris Inter Vniuersitatem et ipsum de Bois martin dicti Dacole Generum Cæteros ejus Coheredes conuentum sit, bona fide ab ipso D. de Bois martin vnà cum suis Coheredibus præstetur, sicuti conuentum sit et subscriptum, atq̃ sic ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Deinde quod amplissimus D. Rector, et M. Philibertus Reber professorius dixerunt sibi et Academiæ à M. Nicolao Morin diem dictam fuisse ad comparendum in prætorio suæ Intellecto parisiensi, de recusato sibi testimonio temporis Regentiæ, non quidem ejus temporis, quo dictus M. Morin primùm Literas humaniores, deinde Rhetoricam in Collegio Lexouio à Remigialib? anni 1682. ad Idus Maij anni 1688., ac postea Literas iterum humaniores in secunda Collegij Mazarinæi Ordine à Remigialib? anni 1688. ad vigesimum quartam diei decembris anni 1691. quo quidem tempore dictus M. Morin legitimè docuit, vt pote vnus et solus in unaquaque classe professor; sed de recusato testimonio temporis, quo D. dictus M. Morin non legitimè in dicto Collegio Mazarinæo Rhetoricam partim docuit, quippe qui non ibi vnus in illâ Rhetoricæ classe docuit, vt fieri debet juxta Statuta præclara Facultatis Artium, quæ expressè cauetur; Ne duo præceptores Eidem classi præficiantur, ita vt vnus horis matutinis alter pomeridianis docet. Quâ de re rogatis dictæ sententijs

placuit

placuit vnanimi consensu, ac singulis tum sapientissimorum Decanorum tum ornatissimorum procuratorum suffragijs, causarum cognitorem in Capelleto procuratorem Constitui, qui vniuersitatis nomine defendat aduersus dictum M. Morin, Academiae jus et statutorum Integritatem tueatur, Eoque id magis quod pridie Idus Decembris anni 1674. cooptatus est Collegium Mazarinaeum et adscriptum caeteris Collegijs Academicis, conditionibus istis; Vt caeterorum Collegiorum more, Legibus, Laudabilibus Institutis, vsibus et statutis subjaceat; atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Deinde in Comitio postquam D. Rector peroravit, probatis de more quae gestisset, decretisque literis Commendatitijs processum est ad aedem Deo Sacram sub Inuocatione Sti Ludouici apud Regiam Nauarram vbi D. Guichard Decanus Theologiae et magnus Regiae Nauarrae Magister sacris operatus est.

Courchot
Rector

die 23. Junij in Comitijs Rectorijs apud Maturinenses horâ decimâ matutinâ de more habitis, facta supplicandi potestate, hi supplices accesserunt;

1us Petrus Boivin virio Bajocensis post confectum jam philosophiae cursum per biennium in vrsitate Cadomensis à dionysialibus anni 1687. ad solennes Inducias anni 1689. in Collegio Artium, docente ibi celeberrimo professore M. Georgio Aubert, petijt, vt biennium illud Cadomense sibi hic haberetur pro vno anno.

2us Jacobus Merle pbr Sagiensis postquam exposuit, se per biennium integrum partim in Marchiano, partim in Lexouco assiduè & accuratè philosophiae studuisse, lectionesque professorum scriptis & auribus diligenter excepisse, idque grauissimis ac fidedignissimis testimonijs probauit, quia tamen jam non haberet in sua potestate codices suos philosophicos, propterea quod eos commodatos atque vtendos credidisset amico cuidam, vt putabat, suo, qui eos secum in prouinciam allatos non reddidisset, petijt, vt sibi nihilominus liceret ad examina Magisterij in artibus admitti.

3us M. Petrus paulus Menard pbr Lexouiensis, quod in literis Magisterij in artibus, atque adeo in testimonio sibi antea à professore, quo vsus fuerat, dato, vnum è suis nominibus omissum fuisset, postque grauissimis testimonijs fidem fecit, se vocari non Petrum duntaxat, sed etiam paulum, quod quidem posterius nomen dare omiserat, postulauit vt cum in literis Magisterij in artibus, scriptus tantum esse Petrus, placeret addi paulum.

Quartus Joannes Gobert Ecc. Suessionensis Canonicus prolato medicorum testimonio, quo constitit se per duos menses, Aprilem scilicet & Maium anni 1634. morbo impeditum fuisse, quo minus in professionis studiorum venire, atq; ibi nomen suum scribere in Catalogo posteriore physicorum, petijt ut sibi nihil commune lucere ad examina Magisterij in arbitrio admitti.

De quibus supplicationibus audito M. Gilberto Leber pro syndico, dimissa ad deliberandum Nationes, ut quæ Quadrumvirios singulos singulos confirmarent mane electos, ratasq; haberent quæ amplissimus Rector gessisset in hoc trimestri Magistratu, postea per ornatissimos procuratores retulerunt se omnes maximi cuiusque indultum velle prædictis quatuor supplicibus quod petierunt; legis pariter quadrumvirorum confirmasse, honorandæ quidem Natio confirmauit M. Gilbertum Ogier Bac. theol. Et Collegij Magistrodunensis promotorem; fidelissimum M. petrum Collet celeberrimi & Sorbonæ assistentis Rhetorem, & verum procuratorem; venerandus M. Silvianus Hercules Ementensium pariter professores, Licentiatus theologus Et Artistarum in Regia Navarræ primarius, Constantissimus M. Carolum Magenis Bac. theol. & Collegij Longo Bardorum promotorem; atq; eadem prorsus Nationis per eosdem procuratores retulerunt se vehementer comprobare ea, quæ amplissimus Rector gessisset in hoc trimestri magistratu eiq; literas eo nomine Commendatitias decernere; idq; earum trium maximum sine vlla exceptione; sed M. petrus le Regle venerandæ Nationis Normanicæ procurator his verbis visus est; Veneranda Normanorum Natio vehementer probat quæ gessisti in tuo trimestri Magistratu præcepta ijs, quibus interessemus de re quæstionis. quæ cum D. Rector de more recensuisset, dixit; Non probas quæ gessimus de re quæstionis, Et quæ tamen gessimus de consilio tuæ sapientissimæ Reverendorum, tum ornatissimorum procuratorum, Gallicanæ, picardicæ & Germanicæ Nationum, atq; ita concludit; Vos confirmatis quadrumvirorum comprobatis quæ gessimus in nostro trimestri Magistratu, nobisq; literas Commendatitias decernitis, et quatuor supplicibus indulgetis id quod petierunt, atq; ita vobiscum concludo.

Quadrumviri verò, postquam solitum ac solemnes sacramentum præstiterunt in manibus amplissimi D. Rectoris, in conclave ingressi sunt, ac post aliquod temporis spatium, reclusa aliquantò Janua, postulatum est ab eorum uno, ut ornatissimi procuratores secum in Conclave admitterentur, quod cum nouum atq; insolens videretur, ac fieri nefas esset, ornatissimi quidem procuratores non ingressi sunt, sed cum ijs ipsi quadrumviri in ipso limine verba fecissent, mox clausa Janua in intimum conclave recesserunt. Cumq; ibi diu remansissent, tandem prodierunt, & Gallicanus renunciauit se Rectoris fasces amplissimo D. Rectori prorogasse. Vnus verò M. Hercules cum cæpisset quædam referre, quæ ipse

In conclavi dixisset reclamatum sit à multis viris Academicis nr facultatis dicentibus ea, quæ in conclavi acta essent, à quoquam quarundam rerum enunciari, præter aut prorogationem, aut novi Rectoris electionem. Itaque dimissis Nationibus, ut de prorogatione deliberarent, eamque, si viderentur, confirmarent, non multò post ornatiss. procurator nr retulerunt Gallicanus quidem Nationis suæ vehementer confirmare prorogationis factam à quadraginta viris; Idem dixit picardicus; Normanus sic retulit; Veneranda Natio nihil habet quod dicat de prorogatione, sed libellum supplicem improbat; cui reclamatum sit à Venerandæ Nationis tribulibus eam non fuisse totius Nationis sententiam, sed probatas fuisse prorogationes. Germanicæ Nationis procurator eam quoque prorogationis retulit à sua Natione nihil comprobasse. Cum amplissimus D. Rector, Itaque vultis, inquit Rector nos facere nobis prorogatis, earumque prorogationis confirmatis atque vna vobiscum concludo. /

Rector

Die 3. Julij 1694. In Comitijs deputatorum omnium Nationis ordinarijs apud D. Rectorem in Mazarinæo habitis, supplicauerunt pro literis Nominationum M. Gabriel de Cassy licentiatus Theologus, Sacerdos Corisopitensis titulo decimij; et Joannes Baptista Paulmier Theologus Natione Magistrij in artibus Parisiensis, & Baccalaureus Theologus Natione Magistrij in artibus Cadomensis, atque vtrique concedi placuit, atque vt ad amplissimum D. Rectorem omnibus suffragijs

Rector

Die 13. Julij honoranda Gallorum Natio apud Maturinenses congregata officium Magni Nuncij pro diœcesi & Episcopatu Mirapicensi vacans per obitum Jacobi Morhes contulit Carolo Colin cuni Parisiensi, qui solita juramenta præstitit. /

Die 7. augusti horis matutinis in Comitijs venerandæ Normanorum Nationis ordinarijs in Collegio Harcurianæo habitis, Claudius Joannes Faitout, cui dicta Natio officium sui minoris Appartenue vacans per obitum Claudij Faitout patris jam antea contulerat, tum demum solitum ac solemne Sacramentum præstitit in manibus ornatiss. procuratoris.

Eadem die 7. augusti pomeridianis horis, in Comitijs deputatorum omnium Nationis ordinarijs apud D. Rectorem in Mazarinæo habitis quibus cum Rno Rectore M. Edmundo Pourchot sederent ad subsellia Fratres Gallicani, Jourdain picardicus, le Feigle Normanus, & Hennicus Ludovicus la Pierre Germanicæ Nationis procurator, atque vna cum illis officiarij. /

primus

primum supplicauerunt pro literis nominationum Antonius Martinsart nouiomensis, Andreas nicolaus le Roy Bellouacus, Andreas le moine d'Ectot Constantinus, Antonius Charlet nouiodunensis, Andreas du pont constantiensis, Bonauentura le Roy parisiensis Bertrandus Robine de Caillemont Constantiensis, Claudius Acaire Bellouacensis, Claudius prouost Syluanectinus, franciscus Bechard Ebroicensis, franciscus mallet Rothomagensis, franciscus Tremeau Altissiodorensis, franciscus Valin parisiensis, Georgius maucroix Nouiomensis, Guill. Alexander Le Roux de Langrie parisinus, henricus Emanuel pluyette Suessionensis, henricus Ludouicus de Maubreul drassan nouiomensis, Jacobus Michelet victoriacus, Jacobus le Cesne Rothomagus, Jacobus Lambert Carnutensis, Joannes du val Rothomagensis, Joannes Boitet aurelius, Joannes Soret pontoesianus, Joannes heuzet Nouiomensis, Joannes Bap.ta Bursault parisiensis, Joannes Bap.ta Brismontier Suessioneus, Joannes Bap.ta du metz Ambianensis, Ludouicus huuey Ebroicensis, Mathurinus verdier Cenomanus, Nicolaus Rasset Lauduneus, Nicolaus fredin pontoesianus, Nicolaus Genée Suessionensis, petrus Michel Bellouacus, petrus de Nigre de Laual pbr Electensis, Nicolaus petrus mouton Meldaus, philibertus d'Estreez Lauduneus, petrus le Roux Ebroicensis, petrus lochon Syluanectensis, Raimundus Cheualier Mimatensis, Robertus d'Esperrois Lexouiensis, Symphorianus le tonnelier Cenomanensis & Tussanus des Noyers Ebroicensis, easq; omnibus literas concedi placuit quas postulauerunt titulo Magisterij in artibus & quinquennij, atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Paris Rector

M. Nicolaus parisot pbr Tullensis, in Regiâ nauarrâ proprimarius ac professor, vadatus in hunc ipsum diem M. Edmundum Kely Germanicæ nationis antea procuratorem, et M. Carbricium Kely Censorem, vt vnâ cum M.M. Nolane, Molony, Broum et cæteris dictæ nationis Magistris Insularibus comparerent apud Tribunal Academicum, significato ijsdem ipsis per Appantorem libello supplici, in quo scriptum erat licere per D. Rectorem dicto M. parisot prædictos Magistros vadari; quo quidem libello supplici postulauit, vt cum locum, qui in dictæ Nationis Tribu Continentium vacaret, quem nullus Indigena secum postulabat, occuparet, à quo tamen loco sibi debito à dictis Magistris per Injuriam arceretur; Cumque dicti illi Magistri ad dictam diem non comparuerint, postulauit placeret nihilominus

[signature]

secundus

secundum se judicari, sibique addici quod libello supplice postulavit. quâ re maturè examinatâ, visis dictæ Nationis Germanicæ statutis, placuit dari dicto M. Parisot actum deserti à dictis Magistris, ~~[illegible]~~ quibus dies legitimè dicta fuit, vadimonij, postulatumque locum in dicta Tribu Continentium vacantem deinceps à dicto M. Parisot occupari, non obstantibus quibuscunque apellationibus, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Pourchot

Rector

die 14 augusti In Comitijs præclaræ Facultatis artium apud Maturinenses horâ 7ª matutinâ de more habitis ad eligendos Examinatores Candidatorum Licentiatûs In artibus, postquam D. Rector exposuit causam congregationis, designati sunt à D. procancellario B. Mariæ, pro honoranda quidem Natione M. Jacobus Thomas Bacc. Theol.; pro fidelissima picardorum M. Nic. Theru professor Mazarinæus, pro venerandâ Normanorum M. Alexander prepetit de Grammont; et pro Constantissima Rector Grassinæus Germanorum M. Thadæus Nolan Bacc. Theol.; ac totidem à D. procancellario Sanctæ Genovefæ, eodem Nationum ordine, scilicet M. Joannes Vittoment celeberrimus philosophiæ professor In Prælleo Bellovaco; M. Gilbertus Hebert Bacc. Theol.; M. Matthæus Renault Bacc. Theol., et M. Ronatus de Lery vir procuratorius. de quâ designatione dimisso ad deliberandum Nationes, probarentne designatos, an alios eligerent, postrà per ornatissimos procuratores retulerunt; honoranda quidem Gallorum, se probavisse designatum à procancellario Sanctæ Genovefæ; designatum verò à procancellario B. Mariæ non admisisse, nec ante admissuram esse, quàm dignissimus Cancellarius procancellarium ipse suum In Comitijs præclaræ Artium facultatis præsentaret, aut si per valetudinem ipse adesse non posset, Epistolion, quo hæc præsentatio supplectur, mitteret sic Inscriptum; Amplissimo D. Rectori, Et præclaræ facultati Artium; Interim verò placuisse ut pro honorandâ Natione Candidatos apud B. Mariam tentaret idem Ille Magister, qui id muneris hactenus ab anno proximo superiore obierat. fidelissima picardorum Natio per suum procuratorem retulit se ambos è suis designatos approbavisse; Idem censuit de suis veneranda Normanorum; idem quoque Constantissima Germanorum. Tum D.ⁿ Rector pronunciavit se, quoque comprobare designatos omnes, quando quidem D.ⁿ Cancellarius B. Mariæ ad se accessisset sibique procancellarium ipse præsentasset, atque omnes ad solemnem sacramentum admisit.

postea vero facta supplicandi potestate, accessit Hepplen Guillelmus
Ebor. parisinus, M. le Gendre celeberrimi physici D. Mazarinæi professoris
discipulus, qui quod per sex ferè menses a Schola abfuisset, a die
2do Septembris morbo impeditus, cujus rei testimonium protulit
à sapientiss. celeberrimo Medicorum facultatis decano subscriptum,
petijt, vt sibi nihilominus liceret ad examina Magisterij admitti.
Quâ de re audito M. Gilberto Gibert pro syndico rectore, omnes
Ihuius ad deliberandum Nationis, positis per eosdem ornatiss. procuratore
retulerunt se indulturos velle prædicto Hepplei Guill. Ebor. quod petijt
atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit. Ornatissimus Ver-
honorandus Gallorum Nationis procurator Nationis suæ nomine
interessit, quo minus prædictus M. Jacobus Thomas Examinatoris
munere fungeretur antequam à D. Marco Cancellario præcellarius
præclaræ Ihuius facultati præsentatus esset, suaque interessionem
à me actum postulauit.

Rector

Die 28. augusti In Comitijs deputatorum Virtutum ord. apud D. Rectorem
In Mazarinæo habitis In anteressus pro mense Septembri,
supplicauerunt pro latens nominationis titulo Magistrij In artibus
et quinquennij Claudius Thoireau parisinus, Alexander Brimy
parisinus, Franciscus Crevon parisinus, Guilielmus Outrebon
Atrebas, Joannes de la Rivière de Lourency Bajocensis,
Ludovicus Laurentius Pericher parisinus, Martinus Mathieu
Atrebas, quibus omnibus concedi placuit, atque ita conclusum.

Placuit dari ab arario Academici quæstore Majori D. Rectoris
et Gallicanæ Nationis Appariteri quadraginta libellas, centum
verò minori ob plurimam ab ipso minore et extraordinariam
nanatæ Virtutis operam, et quia anno præterito nihil fuerat
dicto minori Appariteri, attributum, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit

Quod compertum est M. Franciscum Rochet antea ararij Academici
Quæstorem debere tamen adhuc mille et ducentas quadraginta quatuor
libellas propter omissiones factas In ijs allegatis et expensis rationibus
quas reddiderat dictæ Virtutis, earumque summam mille ducentarum quadraginta
quatuor libellarum debere præter eam, quæ contineter In cautionibus, quæ
cum illo coram Notarijs Inita est die 22. Junij præteriti, placuit
concedi illi tempus octodecim mensium ad soluendam summam illam ijs Rationibus
omissam, modò cum fidejussore et fidejussoris vxore In solidum se obliget et
obstringat coram Notarijs ad illam summam soluendam Virtutis hoc præjudicio
earum conditionum quæ contineter In dicta transactione, atque ita ab
amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Rector

MOYEN PAPIER DEUX SOIS LAFEVRE

die 4 Septembris 1694 In Comitijs Deputatorum Universitatis apud D. Rectorem in Mazarinaeo habitis, supplicarunt pro literis nominationum titulo Magisterij in artibus et quinquennij Jacobus Lataignant Boloniensis, Joannes Girard Claromontanus, et Leonardus de la Croix Lugdunaeus, easque illis concedi placuit, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Deinde quod amplissimus D. Rector exposuit sibi significatum fuisse à M. Petro le Seigle veneranda Normanorum Nationis procuratore per apparitorem Castelleti actum, quo dictus M. le Seigle contendit in Comitijs Deputatorum Visitatis proximè superioribus remissas fuisse M. Francisco Hochet septingentas libellas, quas omisisset in ijs Rationibus, quas Visitati reddidit, quasi mille et septingentas accepisset, cum tamen mille et ducentas quadraginta quatuor tantum acceperit; Cumque D. Rector dixisset, se ne verbum quidem fecisse de illa remissione cujus rei testes appellavit omnes et singulos tum decanos, tum caeteros procuratores; rogatis dictisque sententijs unanimi omnium consensu recognitum est, in eo quod à dicto M. le Seigle significatum est, contineri falsum, nec eam quam decuit, exhiberi tum amplissimo D. Rectori, tum Academico Tribunali Reverentiam; ac si dictus M. le Seigle in similem deinceps culpam recidat, placuit cum eo agi, ut agi oporteat cum ijs, qui parum reverentiae de amplissimo D. Rectore et loquuntur et sentiunt, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Sapientissimus Saluberrimae Medicorum facultatis decanus postulavit, ut ex Academico aerario professoribus dictae facultatis mille libellae solvantur in deductionem earum pensionum, quas dixit ijsdem professoribus deberi. quâ de re placuit consuli singulos ordines, ut quod ijs visum fuerit, id proximis Comitijs ordinis à singulis Deputatis referantur; atque ita à D. Rectore conclusum fuit.

Dixit amplissimus D. Rector sibi semper summopere Ordi & Curae fuisse, ne amplius Academiae bona in incerto essent, sed tuto loco collocarentur, eaque deinceps citra fraudem administrarentur, Ideoque diplomate Regio ad Praetorem Urbanum Jurium Academicorum Conservatorem emisso impetravisse se Academiae nomine facultatem conficiendi librum censualem, quo quicunque in Dominio Academico seu prato Clericorum, ut vocant, praedia possident, nomen suum profiterentur, unde acquisivissent, quidve annui census, aut reditus deberent, singuli declararent; Rem jam ad exitum esse perductam, paratamque brevem eorum omnium praediorum simul & possessionum descriptionem; Ex quâ, si modo publici juris fieret,

documentum commodè capiant viri Academici; proinde sibi videri
è re esse Academiæ eam typis mandari. Re in deliberationem missa,
audito priùs M. Gilberto Hebert pro procuratore generali Vniuersitatis,
qui vna cum M. Medardo Colletet Academico quæstore eo in eam
quoque rem incubuerat; omnes sententiam dixerunt hoc ordine.
M. Petrus Guichard Sacræ Facultatis Theologiæ Decanus dixit summo
se affici gaudio, quòd tandem absolutum esset illud opus jamdiu
à se expectatum, de quo sæpiùs ad sacrum ordinem retulisset, nec
quicquam morari se, quin statim in lucem prodeat. M. Vincentius
Colleson consultiss^us juris vtriusque Facultatis Decanus idem censuit,
addiditq; certissimam esse hanc viam occurrendi fraudibus hactenus
in administratione patrimonij Academici fieri solitis, atq; vniuersam
Academiæ amplissimæ teneri agere gratias ijs omnibus, qui in id
opus, ex quo tantum emolumenti sperare liceat, aliquid contulerint,
maximè amplissimo D. Rectori auctori et suasori huius consilij, quo
res Academiæ restituit. M. Claudius Berger salubernimæ Facultatis
Medicinæ Decanus idem comprobauit, eoq; libentius, quòd vbi primùm
jam ab octodecim mensibus sermonis ei de re facti esset, amplissimus D.
Rector palam testatus fuerit, nihil posse fieri vtilius, vt prospiceretur
rebus Academiæ. M. Joannes Bap^ta Fretrau honorandæ Gallorum
Nationis procurator gratias quoque habuit amplissimo D. Rectori
de hoc in Academiæ studio, ejus consilium approbauit, et quo, cui etiam
ipse allaborauerat, protinùs in lucem edendum quàm Academiæ
vtilissimum futurum censuit. M. Guillelmus Jourdain fidelissimæ
picardorum Nationis procurator in eandem sententiam abijt. Idem
olim censuerant M. Joannes de Autgreue, et M. Cornelius Nary,
ille venerandæ Normanorum, hic constantissimæ Germanorum Nationis
procuratores, quod etiam ab eorum successoribus MM. le Seigle, Roly
et de la Fleure fuit confirmatum; atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum.

Rector

Die decima septembris 1694 natio Germanica apud Matthiensis officium
Magni Nuncij pro Ciuitate, diœcesi et Archiepiscopatu Magdeburgensi,
huic Magdeburgensi, vacans per obitum Henrici Reuerendi contulit
Petro de St Renyse ciui parisiensi qui solita juramenta præstitit.

Die 2. octobris in Comitijs Deputatorum Vniuersitatis ordinis apud
D. Rectorem in Collegio Mazarinæo habitis, quibus cum D. Rector M. Edmundus
Flourchot inter cæteros D.D. MM. Guichard Theologiæ, Colleson consultiss^us, Berger
salubernimæ facultatis Decani, le Vasseur pro honorandis, Fabert pro fidelissimæ natio
procuratoribus

le Seigle

le Seigle venerandæ Nationis et de Sphera Constantissæ Nationis procuratore
atq; ejus officiarij. 1

Supplicauerunt pro literis nominationum titulo Magistrij in artibus et
quinquennij Stephanus de la Brie pbr Burdigalensis, solicarius Cabur
pbr Rotzomagensis, Joannes Chrysostomus d'Espie subdiaconus parisinus,
Franciscus le Caron clericus Ambianus, Carolus de Leuse clericus
Ambianensis, Leo de Boudé pbr Cenomanensis, Petrus Gallet clericus
Bellouacus, et Claudius Boulongne clericus ambianensis, ratq; illis
omnibus concedi placuit, atq; ita à D. Rectore cautum fuit.

placuit earum rationem Impensarum, quæ per mensem proximè
superiorem facto essent, proferri singulis Comitijs quæ sequentibus
antequam illæ Impensæ persoluantur, earumq; tanq. Inscriptus non posse repeti.

Quod viri Religiosi Nosocomij Charitatis, qui etiam nunc debent
Vniuersitati summam trium millium & sexcentarum libellarum sortis
principalis, et præterea vsuras, suæ dispendium diei sui pecuniæ ad
diem non soluto, et eo tempore, quo illa summa debita exigi cœpta est,
Anno scilicet millesimo sexcentesimo septuagesimo nono, conditionem hanc
tulerunt, se persoluturos præsenti pecuniâ dictam summam trium
millium et sexcentarum libellarum, et duo præterea libellarum millia
pro vsuris suæ dispendio dictæ summæ ad diem non soluto, eâ conditione
vt vniuersitas contenta sit duobus libellarum millibus pro dictis vsuris
supra dictam sortis seu capitis summam trium millium & sexcentarum
Libellarum. Eâ de re postquam maturè deliberatum est placuit
vnanimi omnium consensu oblatam à dictis Religiosis conditionem
accipi, eâ tamen conditione, vt pro aliâ pecuniæ summâ jam
Vniuersitati soluta, cujus collocationem à fundo factam tenetur illis
Vniuersitas suppeditare, ijdem viri Religiosi dent quinque annorum
spatium, vt commodè fieri possit ejusmodi collocatio, hinc quâ
conditione, dicta vniuersitas nihil illis quicquam de dictis
vsuris remitteret. Cui conditioni quinque annorum spatium minimè
acquiescant, sibi reseruat vniuersitas jus exigendi vsuras integras,
quantascunque sunt; atq; ita ab amplissimo D. Rectore fuit cautum.

Quod San-Barbarani manus Regias injecerunt in reditus
Academicos, quo fit vt nihil inde ab aliquot Academici quæstore
percipiatur ad impensas necessariò faciendas, placuit quamprimum
solui illis quinque millia et sexcentas libellas, quas debentur à
Religiosis Canobij Charitatis, atq; ijdem præterea delegari duo millia
Libellarum, quæ debentur ab hæredibus hi dacorle,

Eâ conditione vt illâ Manuum Regiarum Injectione vniuersitates liberent, neq; vllum amplius fœnus ob vlteriora debita exigant, quod negotium vt imperetur, Commissig. ea ob. Collisson, Hebert & Colletet, atq; ita pactis concluso. —

postulauit amplissimus D. Rector, vt in Commentarios vniuersitatis referretur Conclusio facta à fidelissª picardorum Natione, conuocatâ die 15. aprilis proximè elapsi à M. Petro Billet Eprocuratore, loco M. Jacobi Lauoine, qui decreto Academico Juxta dicta Nationis Statuta priuatus fuerat omni suffragio, atq; adeo à munere procuratoris legitimè exclusus die 3. aprilis proximè superioris. Quæ conclusio fidelissimæ Nationis eiusmodi: Anno 1694. die 15 Aprilis In Comitijs extraordinarijs apud Scholas habitis, M. Guillem. Jourdain vices gerens æquissimi Censoris, postulauit, vti, (quoniam In proximis Comitijs quadruum viralibus apud Matrimensem habitis die 24. mensis Martij proximè elapsi M. Jacobus Lauorne tum procurator non satis apparuerat quæ fuerat mens fidelissimæ nationis circa amplissimum D. Rectorem) postulauit, inquam, vti natio eâ de re deliberaret, et confirmaret, si videretur, quæ jam apud Matrimensem In prædictis Comitijs declarauerat. Viderè omnes sententiam, & approbauit iterum vnanimi consensu fidelissima natio, quæ gesta fuerant ab amplissimo D. Rectore In hoc trimestri Magistratu probauit Item electiones factas die 2ª Martij mensis proximè elapsi Officiariorum Vniuersitatis, Nempe M. Edmundi Bourchon nunc Rectoris In Syndicum, et M. Medardi Colletet in quæstorem; Improbauit Intercessiones M. Jacobi Lauorne; probauit Insuper transactionem inq; factam cum Francisco Rochet antehac quæstore vniuersitatis, nominauitq; qui mecum adessent cùm ea res perficeretur deputatos M. Sannier, M. Hebert, M. Carrette et M. Thiere; Improbauit Intercessionem M. Jacobi Rozault circa illam transactionem. Hg. Billet. /

Rector

Die sextâ octobris In Comitijs supplicatorijs apud Matrinenses habitis, 1ºs in angulo peristylij conscripti, vbi facta supplicandi potestate Supplicauerunt professi nominationis titulo Magisterij In artibus et Quinquennij, Joannes Baptista Nicolaus Sevinus parisinus Nicolaus Heuvercy parisinus, Petrus Mercier Carnotensis Guillelmus de la Roche aduersi, Carolus Gaillard Rotomagensis, Joannes Caboulet Lexouiensis, Gabriel Le Monnier Lexouius, quibus omnibus concedi placuit atq; ab amplissº D. Rectore concessum fuit.

Deinde In Comitio huic Capitulo, postq. D. Rector peroranit, probatis de more quæ gesserat in hoc trimestri magistratu, decretoq; illi literis commendatitijs, processit ad Ædem Sacram sub Invocatione Sti Maglorij, et Dⁿⁱ Guichard decanum ejus rei sacras fecit. /

MOYEN PAPIER DEUX SOIS

Die undecima octobris 1694 hora 7a matutina, Natio Gallicana apud Maturinenses officium Magni nuncij pro ciuitate, diœcesi et Episcopatu Rhedonensi vacans per obitum Claudij Cherier contulit Nicolao Bourlet cuius parisiensi, qui solita Iuramenta præstitit.

Eadem die horâ decimâ matutinâ In Comitijs Rectorijs apud Maturinenses habitis, postquam D. Rector exposuit causam congregationis, postulauitque probari quæ In suo trimestri Magistratu gessisset, factâ supplicandi potestate Nobilissimus Adolescens Carolus Franciscus d'Allencourt de Bromesnil Laudunensis, celeberrimi In sorbonæ plessæo phiæ professoris M. Stephani Mallement discipulus, qui nomen suum In duobus physicorum Catalogis propterea scribere neglexerat, quod tum parentum hortatu de vita militari cogitaret, postrà verò suo relictus arbitrio, ac mutatâ voluntate ad vitam clericalem aspirans, postquam grauissimis multorum virorum Academicorum testimonijs fidem fecit, se per biennium Integrum operam phiæ sine ulla Intermissione dedisse à Reuigialibus anni 1691. ad ferias Academicas anni 1694 petijt, ut sibi condonaretur, quod neglexerat, nomen scilicet suum in duobus Catalogis scribere, ac liceret ad examina Magisterij In artibus admitti; quâ de re audito M. Gilberto Hebert pro syndico Vnitatis, eéque quadrumvirorum confirmatione dimissæ ad deliberandum Nationes, postrà per ornatissimos procuratores retulerunt, se Indultum velle præducto Carolo Francisco d'Allencourt de Bromesnil quod petijt; atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum. Itemque, probatis, quæ amplissimus Rector gessisset In suo trimestri magistratu decretisque eo nomine literis Commendatitijs, ijdem retulerunt ornatissimi procuratores confirmatos fuisse quadrumviros; ab honoranda quidem Gallorum natione M. Dionysium Billard Antiquum Rhetoricæ professorem in Grassinæo, A fidelissima M. Joannem Langlet literarum humaniorum professorem In Mazarinæo; à veneranda Normanorum M. Joannem Borrée Licentiatum Theologum; et à Constantissima Germanorum M. Jacobum Murphi In Iure Licentiatum. qui quidem quadrumviri præscripto de more sacramento solemni In conclaue Ingressi, postrà per Gallicanam M. Billard Retulerunt se elegisse Rectorem M. Carolum Rollin celeberrimum antrà Rhetorem In Collegio Sorbonæ plessæo, atque eundem nunc In Auditorio Regio Eloquentiæ professorem Regium, quæ Electio à singulis nationibus vehementer comprobata et confirmata.

Courtois

Rector

Die duodecimâ ejusdem mensis octobris horâ septimâ matutinâ comparuerunt apud Maturinenses Deputati Vniuersitatis, ad Instructionem suæ confirmationem Noui Rectoris, ad id per schedulas pridie datas conuocati ab Ipso D. Rectore M. Carolo Rollin, atque In angulo Xysti, seu ut vocant,

† non solito more. nay Ex Rector sedet solet ad dextram nouæ Rectoriæ, Decanus Theol. ad sinistram & sic de cæteris, in patet de statu præsentia.
C. Rollin Rector.

Capituli sedebant dextrorsum, ad dextram quidem veste rubrâ Indutus, quia nondum parata erat violacea, Ipse M. Carolus Rollin pridie in Rectorem à quatuor Nationum quadrumviris Electus, et ab ijsdem Nationibus confirmatus; ad sinistram verò M. Edmundus Bourchot Ex-Rector veste nigrâ cum Epomide violaceâ. His hinc et inde deinceps assidebant, dextrâ quidem parte M. Petrus Guichard Sacræ Facultatis Theologiæ Decanus, M. Claudius Berger Salubernimi Medicorum ordinis Decanus, M. Guillelmus Bourdain et Lud^us Henricus de la Pierre, Ille fidelissimæ Briardorum, hic Anglorum^q Germanorum Nationis procuratores. Lævâ autem M. Vincentius Collesson consultiss^us Juris utriusque Facultatis Decanus, M. Franciscus Baille, & M. Petrus le Seigle; Ille honorandæ Gallorum, hic venerandæ Normanorum Nationis procurator. Ibi quoque aderant M. Gilbertus Hebert vices gerens Syndici vniuersitatis, M. Medardus Colleter quæstor, & ego Scriba. Nosque officiarij è Regione sedebamus. Tum amplissimus D. Rector dixit: Ex Rector clarissime, Sapientissimi Decani, procuratores ornatissimi, Proceres Academiæ. Huc per Schedulas hesternâ die, more recepto, datas vos ad nostri Instructionem seu confirmationem convocaui. Hunc statim Ex Rector clarissimus excipiens; Igitur, inquit, amplissime D. Rector hue hodie à Sapientissimis Decanis, & ornatissimis procuratoribus de rebus Academicis Instituendus seu confirmandus venis. vos verò Sapientissimi Decani, procuratores ornatissimi, Proceres Academiæ, Rectorem habetis qualem maximè optare debuistis Incorruptæ fidei et probitatis virum, scientiæ morum non minùs quam Ingenij Laude ac maturitate Judicij Commendabilem; siquis vnquam in Academiâ nostra extitit, Oratorem summum; eundem Regni Administris et primoribus acceptissimum Summaque apud eos gratiâ pollentem, Talem esse Intelligitis M. Carolum Rollin Regium Eloquentiæ professorem, quem nominasse Commendasse sat; hinc igitur, Sapientissimi Decani, procuratores ornatissimi de rebus Academicis Instituite.

Cum Sapientissimi Decani suis seorsim suffragijs ratam se gratamque habere Electionem ejusdem M. Caroli Rollin in Rectorem vniuersitatis pridiè factam declarauerunt. procuratores item ornatissimi distinctis pariter suffragijs Electionem quæstoris pridie probandam Item vehementer probare se pronunciarunt.

Auditis verò omnium sententijs dixit amplissimus D. Rector, Itaque Ex Rector clarissime, Sapientissimi Decani, procuratores ornatissimi Electionem nostri in Rectorem hesternis omnium suffragijs factam vehementer probatis, atque ita vobiscum concludo.

Tum discessit, et præeuntibus Appariteribus amplissimus D. Rector ad suas ædes Laudandus à clarissimo Ex Rectore, Sapientissimis Decanis ornatissimis procuratoribus atq; officiarijs deductus est.

C. Rollin Rector.

MOYEN PAPIER DEUX SOIS LAFEVILLE

Die 16. octobris 1694 In Comitijs Deputatorum Universitatis apud D. Rectorem In Collegio Laudunaeo extra ordinem habitis, quibus cum D. Rectore M. Carolo Rollin Interfuerunt DD. MM. Petrus Guichard Thgiae, Vincentius Collesson consultissimae, Claudius Berger Salubermiae facultatum Decani; Franciscus Baillé honorandae Gallorum Nationis; Guill. Jourdain fidelissimae Picardorum, Joannes Des Authieux pro venerandae Normanorum procuratore, et Lud.cus Henricus de la pierre constantissimae Germanorum procuratores; Edmundus Pourchot Syndicus, Medardus Colletet quaestor, et Ego Scriba. Postquam D. Rector exposuit necesse esse pro re Academicâ, ut cum D. Tambonneau fiat computatio earum pecuniae summarum, quas debet Universitati, negotium datum est DD.is Collesson, Baillé, Pourchot et Colletet, ut cum dicto D. de Tambonneau agant, cum eoq. computent, placuitq. eorum fidei ac diligentiae committi, ut cum eodem decidant atque Universitatis nomine transigant, prout ijs videbitur esse è re, atq. utilitate Universitatis, atq. ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Quod verba facta sunt de M. Gilberto Hebert, qui hactenus vices gessit Syndici, quaesitumque est, an post hac interesset Comitijs Deputatorum Universitatis, placuit eum non admitti amplius ad Comitia Deputatorum Universitatis atq. ita pariter ab amplissimo D. Rectore fuit conclusum.

C. Rollin Rector.

Die 27. octobris In Comitijs praeclarae Facultatis Artium apud Maturinenses horâ 7.a matutinâ de more habitis ad Creandos Censores, postquam D. Rector Elegantissimâ oratione exposuit quales Censores esse oporteat, quibusque virtutibus ornatos, dimissae sunt eâ de re ad deliberandum Nationes, ac postea per ornatiss.os procuratores retulerunt hos à singulis nationib.q. electos fuisse Censores; ab honorandâ quidem Gallorum M. Lud.cum Le Vasseur virum procuratorium, et Collegij praelei primarium; à fideliss.ae Picardorum M. Petrum Billet virum quoq. procuratorium, et Rhetorem Sorbonae plessaeum; à venerandâ Normanorum M. Joannem Jacobum le Goubé In utroque jure Licentiatum; à Constantiss.ae Germanorum M. Edmundum Fenel virum procuratorium; atq. Ipsi illi novi Censores solemne Sacramentum In manibus amplissimi D. Rectoris praestiterunt, ut moris est.

C. Rollin Rector.

Die 6. nouembris 1694 In Comitijs Reputatorum vniuersitatis ordinarijs apud D. Rectorem in Collegio Laudunaeo habitis, quib⁹ cum ipso D. Rectore M. Carolo Rollin Interfuerunt D.D. Guichard Iffgrin, Collsson Iuris vtriusq; & Berger Medicinae Decani; Andreas Sarrazin pro procuratore Franciae; Guill. Jourdain Picardiae, Petrus le Seigle Normaniae, et Dus. Remensis & Lapsensis Germaniae procuratores atq; ma cum ijs officiarij, nempe M. Edmundus pourchot Syndicus, Collect. quatuor Nat. Scot.

1mo Supplicauerunt pro literis nominationis titulo magistrij In artibus et Guilielmus Gabriel Jacquereau Trecensis, Christophorus Becquereau Sᵗ Carnotensis, Joannes Henricus Ernée Constantiensis, Nicolaus Samuel acolythus Bajocensis, Carolus Fleury acolythus Bellouacensis, quibus illis concedi placuit, atq; ita ab amplissimo D. Rectore concessum fuit.

Deinde negotium datum est DDis Berger, Jourdain et Sarrazin vt postulent à M. Petro du Boullay, vbi Chartas quascunq; quas habet ad vniuersitatem pertinentes restituat dictae Vniuersitati, et sigillum aeneum Caesari fratri olim traditum à D. de Baluzen.

Relatum est à D. Collsson id quod ab ipso actum est, ab ijs, qui cum eo fuerant delegati; nempe computationem esse factam cum Dᵒ de Tambonneau Thesaurario, quas debebat vniuersitati ad diem decimam nonam Februarij proximè superioris ratione sortis, seu capitis et censûs, vt expressum est In Instrumento, quod renouatum est, eumq; debere vniuersitati summas Reliquas seu mutuum libellarum ad dictam diem sine praejudicio anni currentis.

Quod exposuit D. Rector se accepisse multa grauissimi momenti, & ad Instituendum rectum in rebus Academicis ordinem pertinentia acta esse antea Rectore M. Edmundo pourchot, nunc Syndico vniuersitatis; quibus quidem actis, tametsi dictus M. pourchot tunc Rector jam subscripsisset & singulis commentariolis in tempore, dum singula comitia haberentur, confectis, antequam & Commentarius seu Regestum referrentur; tamen operae pretium videri, vt ex abundanti ijsdem In tabulas seu Regestum relatis subscriberetur atq; vt id fieri posset, necesse esse In tabulis seu Regesto aliquod Intervallum reliqui, cui Chirographum suum apponeret. Quare postulante dicto M. pourchot, placuit nouum Commentarium seu Regestum parari, & quo conclusionis omnes relicto quodam Intervallo ad subscribendum necessario, & majoribus quas dictus margines. Ita autem quae in singulis Comitijs deinceps conclusa erunt placuit subscribi ab amplissimo D. Rectore, postquam ea & sequentibus Comitijs ordinarijs relecta fuerint & recognita.

C. Rollin Rector.

MOYEN PAPIER DEUX SOIS LAFEUILLE

die vigesima novembris 1694 In Comitijs Deputatorum universitatis apud D. Rectorem in Collegio Laudunaeo extra ordinem habitis, quâ de re jam saepius verba facta fuerant universitatem maximo aere alieno obrutam esse, periculumque esse, ne deinceps magis ac magis obruatur, nisi huic malo remedium adhibeatur; atque ut sit unde liberetur, placuit unanimi omnium consensu nullam in posterum fieri distributionem tam amplissimo D. Rectori, quam caeteris universitatis Deputatis et officiarijs, neque ullos omninò fieri sumptus, nisi planè necessarios, quorum sumptuum necessariorum descriptionem fieri placuit. Quia tamen M. Petrus de l'Englet contra Syndicus universitatis abdicavit se suo munere propter valetudinis infirmitatem, eâ conditione, ut dum in vivis esset perciperet ejusdem muneris emolumenta et fructus, placuit ea emolumenta ipsi semper persolvi; atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Dixit M. Edmundus Pourchot syndicus mulierem quandam hortulani viduam perforato muro januam sibi fecisse et aditum in fundum academicum; negotium datum est ipsi syndico, ut eam eâ de re in jus vocet nomine universitatis atque ita pontiae conclusum.

C. Rollin Rector.

Die 4 decembris 1694 In Comitijs Deputatorum universitatis ordinarijs apud D. Rectorem in Collegio Laudunensi habitis, quibus cum D. Rectore M. Carolo Rollin adfuerunt DD. MM. Guichard Theologiae, Collisson Juris utriusque, Berger Medicinae Decani; Sarrazin pro procuratore Franciae, Jourdain Picardiae, Leseigle Normaniae, et Th. Glosse Germaniae nationum procuratores, atque unâ cum ijs officiarij supplicaverunt pro literis nominationis titulo magisterij in artibus et quinquennij Petrus Habert clericus parisinus, Michael Sivot presbyter parisiensis, et titulo Baccalaureatus in Theologia Franciscus Antonius Lange acolythus parisinus easque illis concedi placuit atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum

2 Quâ de re negotia datum fuerat M. Fourcher Syndico vrbis ta, vt
in jus vocaret vrbis nomine mulierem Mag. Rothelani Paysant vidua
quæ perforato muro januam et aditum ibi nuper fecerat in fundum
Academicum, retulit illam mulierem ibi dixisse se illum aditum nullo jure
pati fecisse, idq; paratam esse declarare coram Notarijs, sibi supplicare
vt eo aditu sibi liceat per vrbis vias ad quod tempus voluerit
vrbis, eumq; aditum Clausurum atq; obstructurum esse quotiescunq; vrbis
Libuerit; placuit id illi indulgere conditionibus præscriptis.

3 Quod Papetarij Jurati vrbis, qui sunt etiam aliarum Mercium
Distractores, petierunt, vt ad hanc causam audiat vrbis in tabulis,
quæ pendet in Parlamento, placuit eos juvare ac tueri eâ conditione
vt indemnitatis præstent, atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

4 Orta demunere Germanicæ Nationis procuratorio controversia inter
M. Thomam Glostre ex una parte, et M. Danielem Egane ex altera
utrumq; è Tribu Insularum, quorum quidem M. Thomas Glostre
Electus est ab ijs, qui jus suffragij habuerunt, M. Verò Daniel Egane
tametsi à nullo electus, contendit tamen se vt prior antiquior rex
Tribulem et Magistrum, natum esse Procuratorem; sed quia dictus
Egane est vxoratus, ac præterquam quòd vbis est et consuetudo in
præclarâ Artium facultate, ne vxorati rectè atq; ordine sint
Nationum procuratores, huc accedit, quòd eâ de re, hoc est de
vxoratis, lis etiamnum pendet in Sanctiori Regis consilio.
Hac de controversiâ audito prius M. Edmundo Fourcher vrbis
Syndico, rogatis dictis q; sententijs, placuit munus dictæ Nationis
procuratorium geri à dicto M. Thoma Glostre, vt prior rectè atq; ordine
Electo, atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

5. Expositum D. Rectori non probari plerisq; viris academicis
ijsq; grauissimis, quòd die vigesimâ mensis proximè superioris
actum erat, vt nulla deinceps fieret distributio deputatis
vrbis et officiarijs; quin et sumptus in eam rem omnes
fieri solitos videri plane necessarios; quâ de re rogatis,
dictis q; sententijs placuit omnium consensu præterquam
vnius D. Collinson me Diaij partem distributi deinceps
ejus pecuniæ quæ distributi solebat. atq; ita ab amplissimo D. Rectore
conclusum fuit, cui conclusioni Interfuit idem D. Collinson; publicatum autem
à me postridiè.

C. Rollin Rector.

Die 14. decembris 1694 In Comitijs Supplicatorijs apud Maturinenses Rabitis, 1mis In angulo peristylij de more conuentus, vbi facultâ supplicandi potestate Robertus Lépicié cuius parisiensis supplicauit vt sibi conferretur officium vnius è Scriptoribus Academicis, tanquam vacans per obitum Caroli Le Tellier, sed postea compertum et illud non vacare, sed jam ab anno 1674. collatum fuisse Cæsari du Tour post abdicationem spontaneam dicti le Tellier. Deinde In Comitijs seu Capitulo postquam D. Rector peroranit elegantissimâ oratione temporibus accommodatâ, prælatis quæ gesserat in suo trimestri magistratu decretisque eo nomine literis commendatitijs, processerunt ad aedem Sacram sub Invocatione SS^tæ Virginis Ursulæ et Societatis apud Sorbonas, vbi M. Guill. de Estocq Doctor Sorbonicus et Regius professor sacris operatus est.

C. Rollin Rector.

Die 16. ejusd. mensis decembris In Comitijs Rectoris apud Maturinenses horâ decimâ matutinâ de more habitis, postq. D. Rector exposuit causam congregationis, facultâ supplicandi postulatâ, Serenissimus princeps Prima Maria Josephus à Lotharingia Abbas Harcurianus M. Joannem Vittemen adhuc in artibus Bellovacum pro professoris discipulum postulauit sibi concedi immunitatem à jure lucrandi onere et molestiâ propter aliquam valetudinis infirmitatem. Ejus Franciscus Mutrel [illegible] quod nomen ejus deesset in vetere Catalogo, petijt vt sibi nihilominus liceret ad Gramma Magistrij in artibus admitti.

Procurator M. Edmundus Pourchot artium Syndicus postulauit, vt viri aliquot è singulis nationibus delegarentur, qui cum D. Rectore Consiliarijs et procuratoribus viderent an aliqua ratio habenda esset postulationis factæ à viro monachi Benedictini, qui philosophiam in Collegio Cluniacensi docuerat et petebat nomen suum [illegible] Catalogum et ferre ad tabulam visitatam, vt illi in scholis publicis regulares, peracto cursu philosophico admitterentur ad Gramma magistrij in artibus. Quibus de rebus dimissi ad deliberandum, nationes de confirmatione quadruumvirorum, postea per ornatissimos procuratores retulerunt se omnes absentis concordes præter Gallicanam, quæ petijt quoad postulatos Syndicos Gallicanæ nationis MM. Charton, Colon et du Boulay; Picardicæ M. Boutillier, Collier cum D. procuratore Bordas; Normanæ, Hubert, Benoist, Rousse et Guenon; Germanicæ MM. Curac, Fenet et Magenne. Confirmati verò quadruumviri MM. Caillet [illegible] Pichereau, Thera, Guill. Dagonne, et Joannes Farely, præstito solemni sacramento in omnibus ingressis, paulo post renunciauerunt per Gallicanam se Rectoris fasces omnium consensu prorogasse amplissimo D. Rectori, quæ prorogatio à singulis nationibus confirmata est.

C. Rollin Rector.

Die 23. decembris 1694 habita sunt apud D. Rectorem in Collegio Lauduensi Deputatorum praeclara Artium Facultatis Comitia, in quibus actum est de viro quodam Regulari Benedictino, docente, ut ipse dicitur, philosophiam in Collegio Cluniacensi, ac postulante, ut, quemadmodum recipiuntur relati ad scribam Universitatis Catalogi eorum Scholasticorum qui philosophiæ student apud seculares academiæ professores, ut post confectum physicæ cursum ad examina Magisterij in artibus admitti possint, sic horum quoque discipulorum Catalogus reciperetur. Quâ de re rogatis ab amplissimo D. Rectore singulorum Deputatorum sententijs, placuit unanimi omnium consensu nullam ejusmodi postulationi rationem haberi, ac ne vel minimum quidem discedere à perpetuâ consuetudine atque Instituto Facultatis artium, nec ullos omnino Regulares censeri adsentique in numerum professorum academicorum, nec quemquam admitti ad examina magistrij in artibus, nisi qui per integrum biennium philosophiæ studuerint apud seculares atque ad eo academicum physicæ professorem, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

C. Rollin Rector.

Acta et Conclusiones Anni 1695.

Die 15. Januarij 1695. In Comitijs Deputatorum universitatis ordinarijs et menstruis apud D. Rectorem in Collegio Laudunensi habitis, quibus cum D. Rectore M. Carolo Rollin interfuerunt DD. MM. Petrus Guichard Thgiae, Vincentius Collesson iuris utriusque, Claudius Berger Medicinae Decani; Andreas Sarrazin pro procuratore Galliae, Guill. Jourdain picardiae, Petrus Le Seigle Normaniae, et Thomas Gloster Germaniae nationum procuratores atque una cum ijs officiarij ordinarij. /

Supplicauerant pro literis nominationum titulo Magisterij in artibus et quinquennij Andreas Tempier Clericus Aeduus, Ludouicus Gras Clericus Claromontensis, et Petrus Fourchard Sacerdos Tullensis, easque illis concedi placuit, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit. /

C. Rollin Rector.

Die prima februarij natio Germanica apud Maturinenses officium Magni Nuncij pro Ciuitate, diocesi et Episcopatu Eberdonensi in Scotia vacans per obitum Claudij Charlier contulit Claudio Apron ciui parisiensi, qui solita iuramenta praestitit.

Die 5. februarij in Comitijs Deputatorum vrsitatis ordinarijs apud D. Rectorem in Collegio Laudunensi habitis, supplicauerunt pro
1 literis nominationis titulo magisterij in artibus et quinquennij Franciscus Damianus Baudin Clericus Parisinus, Josephus Rigoulet Clericus Parisinus, et Petrus Ferey acolitus Lexouiensis eisque concessae sunt, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum est.

2 Viris Religiosis nosocomijs Charitatis postulantibus sibi aliquid remitti de iure clientelari ob emptam domum ab eo hoc, qui vocatur Aubé, nihil remitti placuit, quod pecunia illam, quam vrsitati solutam oportuit a 15. annis, vsi sunt in rem suam et commodum, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit. /

C. Rollin Rector.

Die 8. februarij 1695. habita sunt apud Maturinenses comitia Deputatorum vrsitatis ad conferendum scriptoris Academici officium alterum è duobus, vacans per spontaneam abdicationem Caroli le Sansonnier Instrumento publico apud Barbar et Bobusse notarios Regios consignatum eadem ipsa die 8. fest; illudque officium collatum est Michaeli Nicolao Nochet civi parisiensi his conditionibus; vt quotannis semel se sistat in Comitijs ordinariis et menstruis, quae haberi solent apud D. Rectorem primo quoque die Sabathi; vtque singulis intersit supplicationibus Academicis, quibus si ter defuerit sine legitima causâ, vt ipso facto excidat omnibus privilegijs vrsitatis, aliusque scriptor in ejus locum sufficiatur. quas conditiones placuit exprimi in ejus literis, et in eorum omnium ~~literis~~ quibus vrsitas deinceps aliqua officia conferet; atque ille ad sacramentum admissus est datis locupletibus Fidei Catholicae et probitatis testibus ~~ab~~ ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

C. Rollin Rector.

Die prima mensis Martij 1695. habita sunt apud Maturinenses horâ 7a. matutina de more Comitia Deputatorum vniuersitatis ad aperiendum, vt vocant, rotulum, quorum comitiorum consuetudinem seruari vsque et vsque placuit. In ijs autem factâ supplicandi potestate supplicarunt pro literis nominis petrus de la geneste Claromontensis titulo Magistrij in artibus, Licentiatus in Thgia et decennij; titulo verò Magistrij in artibus et quinquennij Matthaeus parisot Subdiaconus Lingonensis, Christophorus de la motte Diaconus pontoesianus, franciscus Bosquain des vallées clericus Bajocensis et Bau. theologus, et petrus Boivin clericus Bajocensis, easque illis concedi placuit, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit. / C. Rollin Rector.

Die secundâ Martij honoranda Gallorum natio apud Maturinenses officium Magni Nuncij pro Ciuitate Diocesi et Archiepiscopatu Turonensi vacans per obitum Claudij Barreau contulit Jacobo de la rue Civi parisiensi, qui solita Juramenta praestitit.

Die 5 Martij 1695. In Comitijs Deputatorum Universitatis ordinis apud D. Rectorem in Collegio Laudunensi habitis, quibus cum ipso D. Rectore ad fuerunt DD. MM. Petrus Guichard Thgiæ, Claudius Amiot Juris Utriusque, Claudius Berger Medicinæ Decani; Andreas Sarrazin pro procuratore Galliæ, Guill. Jourdain Picardiæ, Petrus Le Seigle Normaniæ, et Thomas Gloster Germaniæ procuratorum, atque una cum ijs officiarij ac primum

Supplicauerunt pro literis nominationis Antonius le Moine Parisinus, Mgr in artibus et Doctor Theologus titulo decennij, et M. Petrus du Boullay pro Stephano Morel doctore item Theologo Legitime absente, in potestate vicario gnali Rdi in Christo patris D. Episcopi cadurcensis; Titulo vero magisterij in artibus et quinquennij Petrus Hilarius Danés Clericus Parisinus, Claudius Huguet Clericus Catalaunensis, Robertus Guillebault Clericus Ambianensis, Franciscus Bourse Clericus Ambianus, Nicolaus Beffroy Clericus Laudunensis, easque illis omnibus concedi placuit, etiam absenti M. Stephano Morel, ea tamen conditione, ut ejus literæ exhibeantur priusquam ipsi literæ nominationis expediantur. atque ita ab ampliss.o D. Rectore conclusum fuit.

Dixit D.s Rector se cogitare de lustratione Collegiorum sed sibi videri significandum Moderatoribus, ut antequam id fiat, tradant exemplaria fundationum, et statutorum, idque fieri placuit, atque ita conclusum.

placuit liberari M. Medardum Colletet ærarij academici quæstorem annua pensione centum et quinquaginta Libellarum quas placuerat ab eo Impertiri M. Gilberto Hebert, cujus operâ uteretur, et quo jam non eget adjutore, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum est

placuit quoque admonere eundem ærarij quæstorem, cui ejus pecuniæ quam ordinarie accipit vigesima pars est attributa, seu solidus Turonicus in singulas libras, ne quidquam

sibi deberi putet ob extraordinarias obuentiones, nimirum aut ob alienationes prædiorum academicorum, aut ob Indemnitates earum rerum quæ fierent Jugis ac perpetui Mancipij, vulgo des biens qui passeroient en mains morte, aut ob eas pecuniæ summas quas necesse esset vniuersitati mutuas sumere. atque ita pacto conclusum.

Recitatæ sunt scriptæ a Præfecto vrbis ad D. Rectorem literæ, quas referri placuit In Commentarios vniuersitatis, quarum literarum tenor sequitur. ce 28. febr. 1695.

Monsieur. deinde post amplum albæ Chartæ Interuallum delectum

Le Roy m'ayant ordonné de dresser des Roolles de toutes les Compagnies Superieures de paris, et messieurs de la Cour de parlement, de la Chambre des Comptes, du grand Conseil et de la Cour des aydes m'ayant déja enuoyé les noms de tous ceux qui composent ces Compagnies, trouuez bon que je m'addresse à vous pour vous prier de vouloir bien dresser l'estat de l'vniuersité de paris et de tous ceux qui la composent pour en faire vn Roolle et satisfaire aux Intentions de Sa Majesté. Je suis persuadé, Monsieur, que je ne puis mieux faire que de vous prier de prendre ce soin, et je ne doute pas connoissant vôtre zele et vôtre affection pour le seruice du Roy comme je fais, que vous ne trauailliez auec plaisir à vne chose aussi vtile pour ses Interêts qu'est celle, dont j'ay l'honneur de vous écrire. Si vous pouuiez aussi vous charger de la Recepte, je puis vous asseurer que monsieur de pontchartrain vous en seroit obligé. permettez moy de vous demander au plustost de vos nouuelles sur cette affaire, et de vous asseurer que je suis plus que personne du monde,

Monsieur

Vostre très humble et très obeissant seruiteur du bois preuost des Marchands.

C. Rollin Rector.

Die 7. martij 1695. fidelissa picardorum natio In scholis suis officium magni nuncij pro Ciuitate, dioe et Episcopatu audomarensi vacans per obitum francisci Batonneau contulit Jacobo pijart ciui parisiensi, qui solita Juramenta præstitit.

Mandatum D. Rectoris

Nos Carolus Rollin Rector Vniuersitatis Studij Parisiensis, Mandamus præcipimúsq; omnibus et singulis ejusdem Vniuersitatis Doctoribus, Magistris, Clientibus et Administris, vt quam primùm In suo quisque ordine, Recenti Christianissimi Regis Edicto pareant. Si pares studio erga Ludouicum suo nacta esset opes Vniuersitas, quâ decet munificentiâ primogenitam Regum Filiam, optimo Parenti suo, tali præsertim tempore, gratum & obsequentem animum testaretur. At quoniam optimum ac fere Vnicum à Majoribus patrimonium accepit Invictam erga Regiæ pietatem ac fidem, saltem optat munusculi sui mediocritatem Clientare offerendi, et dandi alacritate compensari. Et verò quæ non prompto et alacri animo è Suis opibus aliquid in belli sumptus conferat, si cogitet tantulâ se bonorum Suorum parcitâ pacem & tranquillitatem publicam emere, simulque cum Ludovico Magno Regum Majestatem et Sanctitatem Religionis tueri. Quapropter officio tam pio faciliùs celeriúsque satisfaciat Vniuersitas, edicimus, vt intra octo, aut ad summum intra quindecim dies, singuli nomina Sua, et Imperatam Edicto pecuniæ summam, In Facultatibus quidem apud Decanum aut Quæstorem, In Nationibus verò apud Procuratorem Suum deferant. Decani autem et Procuratores, ac pariter In singulis Collegiis Gymnasiarchæ, confectos è summâ fide et diligentiâ Suorum Catalogos Inter manus nostras quam primùm deponant, Idemque collectam pecuniam deferant apud Quæstorem Generalem Vniuersitatis. Quod si quis intra præscriptum tempus nomen Suum non dederit, hunc pœnis Academicis mulctatum esse volumus. Datum in ædibus nostris Cadurcæis, VI. Nonas Martias Anni M.DC.XCV.

C. Rollin Rector.

A Tous ceux qui ces presentes lettres verront Claude Bosc Chevalier Seigr d'Yvry sur Seyne, Con.er du Roy en ses Conseils et Son Procureur gnal en la Cour des Aydes, Prevost des Marchands Et les Eschevins de la ville de Paris, Salut. Scavoir faisons qu'en vertu du pouvoir à nous donné par Sa Majesté par sa Declaration du dix huit Janvier dernier, registrée ou

Besoin a esté, avons prié et prions par ces présentes
Monsieur Le Recteur de l'Université, de nous fournir un
Rôlle exact de toute l'Université, et de vouloir aussi prendre le soin
du recouvrement des deniers provenans de la Capitation sur tous les
particuliers de toutes les Compagnies qui composent l'Université
et de tous ceux qui resident dans les Colleges, et nommément des
Imprimeurs, Libraires, Relieurs, Doreurs, Parcheminiers,
Papetiers et tous autres dependans de ladite Université. Et afin que
Le recouvrement se fasse d'une maniere plus forme, les personnes
préposées pour recevoir la Capitation dans les differentes Compagnies
Et dans les Colleges après avoir donné leurs Rôlles à Messieurs le
Recteur, selon qu'il en a marqué dans son mandement, remettront
Leurs sommes entre les mains du Receveur general de l'Université
qui sera tenu de donner quittance à ceux qui luy feront les dits
payemens, et de remettre au plutôt les Deniers de la Recepte ès
mains de maître Nicolas Boucot, Con.er du Roy, Receveur general des
Domaines, Aides, Octroys et fortifications de ladite Ville, lequel luy
donnera pareillement quittance de ce qu'il recevra pour estre
lesdits Deniers ensuite remis par ledit S.r Boucot ès mains du
sieur Garde du Tresor Royal de Sa Majesté, conformement à
Ladite Declaration. En Temoin de ce Nous avons mis à ces présentes
Le Scel de la dite prevosté des Marchands. Ce fut fait et donné
au Bureau de la Ville le quinziéme jour de Mars mil sept cent quatre vingt quatre.

Signé Mitantier.

A Tous ceux qui ces presentes lettres verront Charles Rollin Recteur
de l'Université de Paris Salut; Sçavoir faisons que vers de la
Priere à nous faite par Mons.r le prevost des Marchands
de vouloir prendre le soin du recouvrement des deniers
provenans de la Capitation sur tous les particuliers de toutes les
Compagnies qui composent l'Université, et nommement des
Imprimeurs, Libraires, Relieurs, Doreurs, Parcheminiers, Papetiers
Et tous autres dependans de ladite Université; avons Commis &
Commettons par ces presentes les S.rs Pierre Aubouyn, Elie
Josset, Christophe Ballard, Pierre Couterot Syndic &
Adjointe de la Communauté des Marchands Imprimeurs et
Libraires pour recevoir des particuliers de ladite Communauté
Les sommes que Chacun d'eux doit payer par capitation
suivant la Declaration du Roy du 18. Janvier dernier

Recteur

sçavoir la moitié desdites sommes au plutôt, et l'autre moitié au premier jour de Juin prochain, dont ils seront tenus de donner quittance à ceux qui leur feront lesdits payemens, à la charge de remettre les deniers de leur recepte és mains de Mre Medard Colletet Receveur general de l'université, lequel leur donnera pareillement quittance de ce qu'il recevra. En tesmoin de quoy nous avons mis à ces presentes nostre grand sceau. Ce fut fait et donné en nostre hostel au College de Laon, le septieme iour d'Avril 1695.

C. Rolliy Rector.

Die 18. martij 1695. In Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses habitis 1us. In Angulo peristylij consessum est, ubi facta supplicandi potestate supplicaverunt pro literis nominationis titulo Magistrij in artibus et Quinquennij Petrus Franciscus Gauthier pbr Lugdunensis Gaspardus Poiterin Clericus Bajocaeus, et Adrianus de Beaurain Clericus ambianensis, easque illis concedi placuit. Deinde in Comitio sive Capitulo postquam Dn. Rector peroravit probatis quae gessisset in suo trimestri Magistratu, decretisque illi eo nomine literis Commendatitijs, et promisso amplissimo Comitatu processum est inde ad Aedem Deo Sacram sub Invocatione Sti Joannis in Graviâ, ubi Curio Doctor Theologus rem sacram fecit et M. prioux doctor item Thgus concionem habuit.

C. Rolliy Rector.

Die 24. In Comitijs Rectorijs apud Maturinenses hora 10a matutinâ de more habitis factâ supplicandi potestate accessit supplex Joannes Baptista Durand de Romilly Lugdunensis M. Guill. Le Meloel celeberrimi in Harcurio phiae professoris antea discipulus, et nunc Ecclae Cathedralis Altissiodorensis Canonicus, quod gravissimo morbo implicitus non potuerit nomen suum inscribere in priore Catalogo physicorum, cujus rei postq. fidem fecit virorum medicorum testimonijs, petijt ut sibi nihilominus liceret ad examina Magistrij in artibus admitti. de cujus supplicatione audito M. Edmundo Pourchot vrtitis syndico, dimissa ad deliberandum Nationes postea per ornatissimos procuratores retulerunt se indulturum velle praedicto Durand de Romilly quod petijt atque ita ab amplissimo S. Rectore conclusum

C. Rolliy Rector.

[illegible]

Accesserat et alter supplex, sed quod neminem eorum adijsset quos adire debuerat, nec ejus quidem nomen dedisset in libello supplici, ideo ad alia comitia rejectus est. probatis etiam quae D. Rector gessisset in suo trimestri magistratu, eo illi noe literae commendatitiae a singulis nationibus decretae sunt. ac confirmati ab ijsdem singuli quadrumviri, nimirum MM. Joannes Vittement phiae in praetro Bellovaco professor; Petrus Billet Rhetor Sorbonae professor, Petrus le Seigne venerandae naois Exprocurator, et Edmundus Fenel vir procuratorius, praestito solemni Sacramento in conclave ingressi, mox per Gallicanum renunciaverunt se unanimi consensu Rectoris fasces amplissimo D. Rectori prorogavisse, quae prorogatio a singulis naoibus vehementer comprobata est et confirmata.

C. Rollin Rector.

Die 28. martij 1695. Natio Germanica apud Maturinenses officium Magni nuncij pro dioe. et Archiepiscopatu Salisburgensi vacans per obitum Adriani de Flouy contulit Francisco Charton civi parisiensi, qui solita juramenta praestitit.

Die 9. aprilis in Comitijs Deputatorum Vrsitatis ordinis apud D. Rectorem M. Carolum Rollin in Collegio Laudunensi habitis quibus cum ipso adfuerunt qui Comitijs die 5. martij habitis, praeterquam quod in locum M. Petri le Seigle adfuit M. Michael Le Febvre novus venerandae Normanorum naois procurator supplicaverunt pro literis nominaois titulo Magisterij in artibus et quinquennij Carolus Honoratus Lucas de Muin ambianensis, Gabriel Rogerie pbr. Ebroicus, Antonius Josephus Poncet pbr. Lugdunensis, et Michael de Montmignon clericus ambianus easque illis omnibus concedi placuit, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum est. praeterea M. Edmundus Pourchot syndicus universitatis retulit M. Edmundus Pourchot syndicus universitatis satisfactum fuisse a M. Stephano Morel parisino Doctori Theologo ei conditioni sub qua die 5. Martij proxime superioris illi concessae fuerant literae nominationis, nimirum ut sibi syndico exhiberentur eae dicti Morel literae, quae nondum exhibitae fuerant; in illis autem omnia constare, nec quicquam desiderari. C. Rollin Rector.

MOYEN PAPIER DEUX SOIS LAHEVILLE

die 12. aprilis 1695. habita est apud Maturinenses horâ 7ª matutinâ de more Synodus Beneficianorum vrsitatis ubi per se comparuerunt M. Joannes Choart pastor Ecclesiæ Sti Germani veteris, M. Nicolaus Mathieu pastor Sti Andreæ de Arcubus, M. Nic. Berbis pastor SS. Cosmæ & Damiani; M. Petrus le ~~[illegible]~~ Verrier Capellanus 4 Capellaniarum, nimirum vnius Sauoesianæ, vnius de Castelleto, et duarum Regij Thesauri; M. Edmundus Chalgrain et M. Petrus Poulet Ambo Sauoesiani; per procuratores verò M. Hugo Nicolaus Cordier Sauoesianus, M. Ægidius Roussel Capellanus vnius Capellaniæ de Castelleto, et M. Jacobus Gentil Capellanus Capnia B. Mariæ In Ecca Sti Andreæ de Arcubus. Et fuerunt verò, neque vllo modo comparuerunt M. Bernardus Colon Capellanus vnius Capnia de Castelleto, & M. Petrus Le Barbier Sauoesianus. Quos nisi probauerint legitimam causam absentiæ, placuit solitâ pœnâ multari.

Deinde postquam dimissi fuerunt Beneficiarij, retulit Dus Amiot consultissimæ Facultatis decanus quid sibi et RR.is Sarrazin & Colletet exploratum esset et cognitum de eo, quod antea Exposuisset Dus Chastelier causarum in parlamento patronus, nimirum de valore et pretio ædium In fundo Academico sitarum ad vicos Sti Augustini et paludum seu minoris sequanæ juxta angulare vtriusque vici caput, hoc est, de hereditate Dni de Joncoux Soceri sui deberi Liberis suis viginti libellarum millia ob dotem Genouefæ Theresiæ de Joncoux vxoris suæ fato functæ; Et præterea Socrui suæ quadraginta ferè libellarum millia tum ob recuperaoem dotis, tum ob conuenta matrimonialia; séque & socrum suam Et franciscam Margaretam de Joncoux vxoris sororem de herciscundâ partiendâque quam primùm hereditate cogitare. quod si fieret, nihil inde deberetur vrsitati pro jure Clientelari. Si tamen, quò facilior esset rei expediendæ ratio, vrsitati probaretur, vt dicta

francisca Margareta dicti D.i de Jonioux filia sui juris ac mancipij, patrisque heres unica, sibi venderet praedictas aedes, proposuit se soluturum socrui suae, quod ipsi deberetur, sibi liberisque suis retenturum viginti libellarum millia, et vrsitati, vt id probaret, daturum sexcentas libellas pro jure clientelari, tum ob contractum jam initum à socero, dum viueret, cum D.o de la Fontaine, in cujus gratiam jam facta esset conclusio die 1.o maij 1670; tum ob alterum contractum postea ineundum cum vxoris sorore. Sin autem id nolit vrsitas, & oblatam conditionem respuat, inter se partituras esse dictas aedes. quâ de conditione, postquam compertum est ac renunciatum à dictis DD.is Amiot, Sarrazin & Colletat, res ita se habere, quemadmodum exposuisset dictus Chastelier, rogatis dictisque sententijs, placuit oblatam à dicto D. Chastelier conditionem accipi, eumque mitti in dictarum aedium possessionem, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit. C. Rollin Rector.

Die 7. maij 1695. In Comitijs Deputatorum vrsitatis ord.rijs apud D. Rectorem in Collegio Laudunensi habitis, quibus cum ipso D. Rectore M. Carolo Rollin ad fuerunt MM. — Garson pro Decano Thiae, Amiot consultiss.ae, Berger Saluberrimae Facultatum Decani; Baillet Galliae, Jourdain Picardiae, Le febure Normaniae, et Magenis Germaniae nationum procuratores, atque vnâ cum ijs officiarij vrsitatis ord.rij. Supplicauerunt pro literis nominationis titulo Magisterij in artibus et quinquennij Albinus Baudin pbr Parisinus, Michael le Boucher pbr Rothomagens. Petrus Angibouse pbr Carnotensis, & Romanus de la Roche Clericus Parisinus, Canonicus Regularis Ordinis Praemonstratensis, easque tribus primis concedi placuit non autem Canonico Regulari, quod non satis liqueret, an recte atque ordine Theologiae studuisset, itaque placuit ampliari; atque ita D.o Rec.ri conclusum. C. Rollin Rector.

Die 17. maij, in celeberrimo virorum ex omnibus ordinibus lectissimorum Conuentu, eoque in exterioribus Sorbonae scholis amplissimus Rector solennem Ludouico Magno panegyricum dixit, ex quo summam Eloquentiae suae Laudem consecutus est.

Die 4. Junij In Comitijs Deputatorum vrsitatis ord.rijs apud D. Rectorem M. Carolum Rollin in Collegio Laudunensi habitis, quibus cum ipso inter fuerunt MM. Guichard Thgiae, Amiot consultiss.ae Berger Saluberrimae Facultatum Decani, Baillet Galliae, Carette Picardiae, Le fevre Normaniae, et Magenis Germaniae nationum procuratores, atque vnâ cum ijs officiarij. Supplicauit pro literis nominationis titulo Magisterij in artibus & quinquennij Dionysius Chevalier Parisinus, easque illi concedi placuit atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit. C. Rollin Rector.

Die 11ª Junij 1695. In Comitijs Deputatorum virtutis apud D. Rectorem, & Collegio Laudunensi extra ordinem habitis, quatuor Bursarij Decodanij conquisiti simm de M. Le Couvreur Germano, quibus omnibus auditis, quoniam, multa in utramque partem dicta sunt, quæ non fuerunt probata et confirmata, placuit primo quoque tempore lustrari Collegium Decodanum; Interea quia Antonius le Roy, Antonius Magnier, et Petrus Paillet postulauerunt, vt soluantur sibi, quæ debentur, Bursarum fructus, placuit eos fructus solui, eâ tamen conditione, vt dicto M. Germano satisfaciant ejus obsequium et reuerentiam exhibeant, aliàs vt ab amplissimo D. Rectore concluſum fuit. /

C. Rollin Rector.

Die 13. Junij honoranda Gallorum natio apud Maturinenses officium Magni nunciij pro dioc. et Episcopatu Andegauensi vacante per obitum Claudij Garnier contulit Nicolao le Juge ciui parisiensi, qui solita juramenta præstitit. /

C. Rollin Rector.

Die 18 Junij In Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses habitis 1mus. In Angulo peristylij de more consessum, vbi facultate supplicandi potitate, supplicauerunt pro literis nominationis titulo magistrij in artibus et quinquennij Claudius Modestus Le Breton Nouiomensis, Bartholomæus Rousset Constantiensis, Joannes Ludouicus Daligre des touches Cenomanus, & Bonauentura Michel Lugdunensis, cæteris alijs diebus concedi placuit, Deinde in Comitijs siue capitulo, postquam D. Rector peroranit, probatis, quæ gesserat, ejusque nomine decretis literis commendatitijs processum est ad aliam Missam sacram sub Inuocatione Sti Germani à Pratis, vbi à Viro Religioso orbitate eximio admodum exerta R. D. Guichard Theologiæ Decanus rem sacram fecit, quo quidem tempore D. Rector in suprema sede seu solio erat, a dextris vero & a sinistris huius quisque ordinis Decani, procuratores, & officiarij, et eadem facta huius Decani et procuratorum. /

C. Rollin Rector.

Die 23. Junij In Comitijs Rectorijs apud Maturinenses hora decimâ matutinâ de more habitis facultate supplicandi potitate, supplex accessit Carolus Suzard Vernonæus quod grauissimo morbo implicitus (cujusquidem rei fidem per completissimos testes) abfuisset

st Scholâ per tres menses, petijt, vt sibi in hac nominatâ
Liceret admitti ad examina Magisterij in artibus
quâ re audito M. Edmundo Bourchot Vniversitatis Syndico,
dimissâ ad deliberandum nationes, postea per omnium
procuratores retulerunt, se indultum velle præfato
supplici Carolo Suzard quod petijt, atq; ita ab amplissimo
D. Rectore conclusum fuit / confirmatis verò quadruum M.M.
Mignard, Courtain, Du four & Cauchy electionibus factis amplissimo D. Rectore prorogante quas prorogationes
singulis nationibus comprobatas fuit / C. Rollin Rector.

Die 2. Julij 1695. In Comitijs Deputatorum Vniversitatis ordinarijs
apud D. Rectorem M. Carolum Rollin in Collegio Laudunensi habitis
quibus cum ipso interfuerunt MM. Guichard Syndicus, & Berger
medicinæ Decani; Baillet Gallicæ, Caretti prioratus, le Febure romanæ &
Magenis Germanicæ nationum procuratores, atq; mox eorum officiarij. /
1us supplicauerunt pro literis nostris titulo magisterij in artibus &
quinquennij Richardus Maignien clericus Lingonicus, Philippus
Collot clericus Catalaunensis, eaq; vtrique concedi placuit; etiam
Romano de la Roche Canonico Regulari ordinis præmonstratensis,
qui jam supplicauerat 7. maij, atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum
fuit quod in aulibus Academicis, in quibus habitat D. de Monaco
multa resarcienda sunt, quæ vitiosa esse videntur, id negotij dat. D.
Bourchot et Colletet, et de consilio D. le Morne, qui eas
jam adiit, agant cum architecto, de precio, atq; ita conclusum
præterea negotium quod datum est ornatissimis procuratoribus Gallicanæ
et Germanicæ Nationum, vt de controuersijs Collegij Beauvaisini
cognoscant, atq; ita pariter ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

C. Rollin Rector.

Die 6. augusti 1695. In Comitijs Deputatorum Vniversitatis ordinarijs
apud D. Rectorem in Collegio Laudunensi habitis, quibus cum ipso
D. Rectore M. Carolo Rollin interfuerunt MM. Guichard Syndicus, Amelot
consultissimus, Berger salubernimæ facultatis Decani; Baillet honorandus,
Caretti fidelissimus, le Febure venerandus, et Thadæus Malony constantissimus
nationum procuratores, atq; mox eorum officiarij. /

1us supplicauerunt pro literis nominationis Juris magisterij in artibus &
quinquennij Franciscus Anseaume clericus ambianensis,
Abrahamus Ludovicus Rousselot clericus Lingonensis, Andreas
de Rey lingonensis, Andreas Couture subdiaconus Lexouiensis,
Antonius le Roy diaconus Bolonensis, Antonius de la rue clericus
Senonicus, Andreas Hanicle pbr Parisiensis, Ambrosius
Lothiraux clericus Nouiomensis, Carolus le Comte clericus
Ebroicensis, Franciscus Varin Acolythus Rothomagensis, Franciscus
Claudius Moriel presbyter Rothomagensis, Franciscus du Rozey

clericus

Deux Sols Papier Lettre

clericus Lexoviensis, franciscus Salmon clericus parisinus, franciscus Lud.cus Paien acolythus Tullensis, franciscus le Jeune acolythus Rothomagensis, franciscus Nivier clericus aeduensis, Gaspardus Stephanus de Beauchasteau pbr Genevensis, henricus Lud.cus Muret pbr Boloniensis, hugo Gilles acolyth.us Carnotensis, henricus de Laisement pbr Rothomag., Joannes Domat acolyth.us Claromontanus, Josephus le franc clericus Noviodunensis, Joannes franciscus Janet acolythus Carnotensis, Joan. Ticquet pbr Bellovacensis, Jacobus Bruslard clericus Carnutaeus, Jacobus vincent subdiaconus Ambianensis, Jacobus Regnier clericus Suessionensis, Jacobus de Milleville cleric.us Carnutaeus, Joannes Bap.ta Reffroignet subdiaconus Divionaeus, Joannes Bap.ta Marie diaconus Rothomag., Joan. Danger clericus Boloniensis, Lud.cus Rouy clericus Carnutaeus, Lud.cus Tranquillus denise clericus parisinus, Lud.cus Nic. vincent clericus Bajocensis, Matthaeus Rouvelin subdiaconus parisinus, Michael Cantel pbr Lexoviensis, Nic. herbault clericus Bolonaeus, Nic. Trochu acolyth. Constantiensis, Nicolaus Beaufort clericus Meldensis, Nic. le Barbier clericus Bellovacus, Nicolaus Bologne diaconus parisiensis, Nic. Obert clericus Ambianensis, Nicolaus Breton clericus Suessionensis, Jacobus petrus Blondel clericus parisinus, petrus Ruffier clericus Senonensis, petrus Beaunier subd.us Carnutaeus, petrus Serpette clericus Noviodunensis, petrus franciscus de Serre acolythus parisinus, petrus Berard clericus Gratianopolitanus, petrus des Rocques clericus parisinus, Robertus Dagory acolythus Rothomagensis, Renatus de la Croix clericus Bellovacus, philippus Damonville subdiaconus Ebroicus, Joannes Bap.ta Canon diaconus ambianus, easq. illis omnibus literas quas petierunt concedi placuit, atq. ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

2. Quod M. Medardus Colletet aerarij academici quaestor nomine visitatus intercesserat, ne ea domus quae est in vico de fleury venderetur, placuit ab eâ intercessione discedere eâ conditione ut solveretur visitati, quod illi inde ob censum & annuos reditus debetur.

3 Placuit quoque eundem quaestorem ab eâ intercessione desistere, quâ noe visitatis prohibuit ne ea domus venderetur quam possidet D.us Ticquet, si consultis eâ de re patronis id visum fuerit atq. ita in oibus ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

4 Quod antea Bursarijs Collegij Becodiani de primario conquerentibus ipse primarius de Bursarijs vicissim conquestus fuisset ab visitate negotium datum fuerat ornatissimis Gallicanae & Germanicae Nationum procuratoribus, ut in rem praesentem venirent, deque ipsorum controversijs cum cognovissent

ad vniuersitatem referrent, quae sibi de ijs visa fuissent statui oportere. haec autem ab ijsdem vtriusque nationis procuratoribus relata sunt et perscripta hunc in modum:

M. franciscus Baillé et M. Carolus Magenis procuratores, hic Germanicae, ille Gallicae Nationis deputati ab vrsitate ad cognoscendas lites ortas primarium inter et Bursarios Collegij Becodiani, auditis vtrinque partibus apud amplissimum D. Rectorem, et ipso praesente diligenter excussis singulorum Nationibus, ita censuerunt:

1° quod spectat ad hortulum, cujus vsuram sibi cum primario communem esse contendunt Bursarij, peculiarem verò et proprium sibi primarius vindicat; existimauerunt, spectato horti, de quo agitur, modulo attribuendum esse vni primario, idque eò magis, quod satis ampla et commoda Bursarijs pateat ad deambulandum area: monendum tamen eum, vt tanquam filijs pater nonnunquam Bursarijs indulgeat illius hortuli vsuram, et hac veluti mercede eorum modestiam et docilitatem remunerentur.

2° Bursarium eum, qui per annos fermè duos à Collegio abfuit, postulat tamen solui sibi reditum Bursae, quasi praesens fuisset, priuandum esse fructu dictae bursae, eâ praesertim de causâ: quod testimonia non proferat, quibus constet eum per id tempus in vrsitate studijs operam dedisse, qui praecipuus finis est constitutarum in vniuersitate Bursarum.

3° quod pertinet ad veterem querelam, M. Le Touroneur dicti Collegij primarium pernoctare saepius ac plerunque diuersari nunc apud Sanctum Clodouaeum, nunc apud Sanctum Jacobum hospitalem, quibus in singulis locis fruitur singulis Beneficijs, cum jampridem ab vrsitate monitus iussusque sit assiduè residere in dicto Collegio iuxta statuta vrsitatis, censuerunt optionem dandam ei, vt intra sex menses aut dignitatem Canonici apud Sanctum Clodouaeum, aut munus primarij Collegij Becodiani abdicet; quod ni fecerit, ipso facto vacaturum primarij munus.

4° de eo reditu, qui ex decimis prouenit, cujus distributio hactenus pro primarij nutu varia et incerta, multis dedit querelis locum, vt tollatur omnis occasio dissidij, sic placuit: eum reditum, qualiscunque fuerit (solutis nimirum ijs, quae ad portiones congruas pertinent,) diuidi in duodecim partes, quarum octo totidem Bursarijs cedant; duae primario, qui duplici semper portione gaudet; reliquae duae destinentur sumptibus per annum faciendis; qui si nulli fuerint, aut destinatâ ad id pecuniâ minores, seruabuntur in communi arcâ ad sumptus extraordinarios.

5° quod spectat ad summam octingentarum libellarum, quae deposita jampridem in dicti primarij manus, eam vt quamprimum

Collocaret

MOYEN PAPIER DEUX SOIS LATEVILLE

Collocaret, tamen huic Aplius negligentia, sine aliâ de causâ per annos octo et amplius sterilis et Infructuosa Collegio mansit, quoniam grauioris momenti visa res est, duriusque agi solet cum Tutoribus commissam suæ fidei ac Diligentiæ pupillorum rem fraudulenter vel etiam negligenter administrantibus, eam partem Integram et Intactam prudentiæ et judicio omnium Visitatis Deputatorum reliquerunt. Cæterum placuit dictam pecuniæ summam collocari intra mensem, ne amplior mora Bursarijs fraudi et damno sit. Si verò recens collocata est, vt videtur Innuere primarius, id publicis Instrumentis notum ac manifestum propediem fieri amplissimo D. Rectori; reditus verò qui inde prouenient, reseruari in eos vsus, quos illustrissimi Superiores dictæ Domus è re Collegij esse duxerint.

6° Non potuerunt ijdem Deputati non vehementer Improbare negligentiam dicti primarij, qui ex quo id muneris In se recepit, nullas ad huc administrationis suæ, quantulacunque est, rationes reddidit. Itaque decreuerunt, nisi eas intra tres aut quatuor menses reddidisset coram delectis viris, et ad id commissis per Illustrissimos Superiores, quorum id juris est, ab vsitate prouisum iri. In posterum autem singulis annis eas rationes reddi oportere, ijs verò adesse præsentes Bursarios.

7° Cum ij reditus, qui ex decimis percipiuntur, totius Collegij sint, non debent locari nomine vnius primarij, sed et Bursariorum, à quibus idcirco procurationem, vt ~~vocant~~ aiunt, obtinebit. non poterunt autem locari nisi ijs, qui licitatione vicerint, ob eamque rem, juxta statuta vsitatæ, conductiones promulgabuntur, conductionumque tabulæ compitis et valuæ Ecclesiarum parochialium In quibus res locandæ sitæ sunt, affigentur.

8° Cum fuerit ea mens fundatorum, sitque etiamnum Superiorum voluntas, vt in dicto Collegio adolescentes ad pietatem pariter & doctrinam Informentur, placuit fieri quotidie publicas precationes, quibus præsit primarius, adsint Bursarij, mane quidem paulò ante horam sextam, serò autem paulò ante nonam; eosdem quotidie interesse sacris In æde Nauarrica, concionibus verò et cæteris pietatis Christianæ Officijs, quæ celebrabuntur diebus festis & Dominicis. Ac ne huic officio, quod præcipuum est, desint, placuit eos qui non adfuerint precibus vel matutinis, vel serotinis, Item et S.to Missæ sacrificio, nisi cum licentiâ Magistri id fecerint, mulctâ quadam pecuniariâ assiei, & In singulas vices, quibus abfuerint, solidum assem detrahi

ex ijs reigniti assibus, qui singulis hebdomadis singulis Bursarijs
persoluentur. Debitis vero Nominecis et Festis duplo majore
multâ assici. Absentium autem nomina diligenter annotabit
hebdomadarius, eaqs die Sabathi tradet Magistro. quod si facere
omiserit, aut ipse abfuerit, totâ hebdomadâ priuabitur.
fructus qui ex ijs multis prouenerint, cedent in vtilitatem
praesentium. Si verò ex fructibus Bursarum aliquid superfuerit,
ij fructus reponentur in communi arcâ, reseruandi in [illegible]
extraordinarios, pro arbitrio superiorum.

9°. visum est necesse comparari arcam communem, in qua
reponantur statuta Collegij vetera et noua, si recuperari poterunt,
(erit autem diligentia Magistri efficere, si recuperentur)
Item cætera instrumenta publica, quæ ad Collegij vtilitatem
pertinebunt. Hæc autem arca duabus clauibus clausa
quarum vnam Magister, alteram è Bursarijs antiquior seruabit.
nec poterit reserari nisi praesentibus alijs duobus Bursarijs.
Item primarius conficiet accuratum ac diligentem catalogum
supellectilis illius communis, quæ nunc apud ipsum versatur,
eumque sua manu subsignatum in dictâ arcâ reponet.

10°. Monendos esse primarium et Bursarios, illum quidem
vt paternum animum in suos induat, hosce quâ par est diligentiâ
et charitate ad pietatem et doctrinam excitet et adjuuet,
hos vt singulari reuerentiâ et docilitate Magistri commodis
et imperijs parcant, vtrosque vt summâ pace concordiâ inter
se vtantur.

Hi autem decem articuli à dictis duobus ornatiss.[imis] procuratoribus ij eam rem
deputatis confecti, postquam ij omnium vtilitate deputationem Comitijs
recitati sunt, et diligenter examinati, tum verò ab omnibus singulis
cum suprematiss.[imis] Rectoris tum ornatiss.[imis] procuratoribus rectissimè
comprobati sunt, tosque quam primum executioni mandari placuit.
quâ autem de re in quinto articulo à dictis duobus deputatis
procuratoribus reseruatum erat, vt de vsuris octingentis libellarum ab
vrbitate statuendum quid fieri placeret, quoniam ea octingentarum
Libellarum summa facile potuit à dicto primario collocari,
neq tamen fidem fecit, se hujus rei curam vllam suscepisse,
placuit ab eodem primario dictas octingentarum libellarum summas
vsuras solui, vno tantum anno excepto, quod quidem reliquis anni
spatium satis fuit, vt dictas pecunias collocaret. Eæque
tractim vsuras placuit vna cum capite collocari intra
menses, atq ita ab amplissimo D. Rectore concludum fuit.

C. Rollin Rector.

MOYEN PAPIER DEUX SOIS LAFEVILLE

die 13. augusti 1695. In Comitijs praeclarae Facultatis Artium apud Maturinenses horâ 7.a matutinâ de more habitis ad eligendos Examinatores Candidatorum Magisterij In Artibus apud tum B. Mariam, tum S.tam Genovefam postquam D.s Rector exposuit causam congregationis et quales esse deberent ij qui hoc gravissimo munere fungerentur; hi designati sunt, et quidem à Procancellario B. Mariae pro honorandâ Gallorum Natione M. Stephanus du Clos Exprofessor Navarricus, pro fidelissima Picardorum M. Gilbertus Hebert Bac. Theologus, pro venerandâ Normanorum M. Guill. Guenon phiae professor Marchianus Et pro Constantiss.a Germanorum M. Carbertus Kely Bac. Theologus. Totidem etiam à Procancellario S.tae Genovefae singuli pro singulis eodem ordine nationibus, nimirum, M. Edmundus Chalarain Collegij Hubantini primarius, M. Guillelmus Jourdain Bac. Theol. & Rhetor Cardinalitius M. Pancratius du Breul Bac. Theologus primi ordinis Et M. Edmundus Fenel vir procuratorius. Tum dimisso ab ampliss.o Rectore ad deliberandum Nationes quae aut designatos comprobarent, aut alios, si viderentur, Eligerent, per omatiss.os postea procuratores retulerunt, se eosdem elegisse et comprobasse qui fuerant designati, atque ita ab ampliss.o D. Rectore conclusum est.

Deinde factâ supplicandi potestate, hi supplices accesserunt. 1.us Franciscus Adam presbyter Constantinus, qui quod Jam Integrum phiae cursum In Vrsitate Cadomensi confecisset In Collegio Sylvano, professore usus M. Stephano Guilbert à dionysialibus anni 1686. ad solennes Inducias anni 1688. Et post navatam Insuper per annum operam phiae In hac Vrsitate Parisiensi, petijt, ut biennium Cadomense sibi hic pro uno anno haberetur. 2.us Petrus Cartin Atrebatieus M. Edmundi pourchot phiae In Mazarinaeo professore In Logicâ discipulus, qui quod Imprudenter nomen omisisset In priore Catalogo scribere, petijt, ut sibi nihilominus Liceret ad examina Magisterij In Artibus admitti.

[signature]

3.us

3? Carolus Martin Senonensis M. Marmion phius in Grassinis professoris discipulus, qui quod statim post Martinalia grauissimo morbo correptus, de Medicorum consilio, quorum testimonia protulit, natale solum, vt ibi planè convalesceret, repetere ad aliquod tempus necesse habuerit, atque adeo nomen suum ex matre physicorum Catalogo inscribere non potuerit, petijt vt sibi nihilominus Liceret ad examina Magistri in artibus admitti.

4us Joannes Henricus Roullier Nogentinus ad Sequanam diœc Trecensis, quòd M. Guill Quenon, qui phia per biennium vrbis erat in Collegio Marchiano in physiologici cursûs testimonio scripsisset eum esse, non Trecensem, sed ut ipse Parisinum, postulauit, vt erratum illud in literis Magistri in artibus emendaretur. de quibus supplicationibus Studio M. Edmundo Pourchot vrbitatis Syndico, missis ad deliberandum Nationis nostræ per ornatissimos procuratores rebulenum se Indulturum velle omnibus supplicibus quod postulabuntur. Quod autem Ipse Syndicus postulauit vt de quibusdam rebus, quas exposuit deliberaretur, rogatus vt ab? Rector à singulis nationibus per binos procuratores, vt sium Ipse de ijs rebus mandatum ad Collegiorum valuas affigi juberet, quod quidem mandatum ras rescribimus vt Equis modi:

Mandatum Rectoris

Nos Carolus Rollin Rector Vniuersi studij Parisiensis omnibus & singulis præsentes literas Inspecturis, Salutem. Cum ea sit natura Legum etiam optimarum, vt longo tractu temporis, et hominum Incuriâ paulatim obsolescant, nouisq; in dies exigentibus vitijs quasi succrescant, necesse vt in omni Rep. benè constitutâ veteres subinde renouari leges, aut etiam institui nouas, vt rectum ordinem Euaganti licentiæ frænum injiciatur. Eâ de causâ placuit præclaræ Facultati Artium † statuij promulgari per nos quædam ad † C. R. disciplinam Academiæ pertinentia, ràque ne quis ignorantiam prætexat, affixis ad Collegiorum valuas tabulis † proponi curari † C. R. publicè exhiberi.

1. Igitur quod spectat ad Tragœdias quæ sub annui finem Exhiberi solent, vehementer improbamus atque adeo in Collegiâ Vniuersitatis admitti vetamus peruersam illam consuetudinem, quæ aliunde in nostros mores inuecta grassari in Academiam quoque cœpit, personas, Impiam Consuetudinem producendi in Theatra cum ingenuis et honestæ Adolescentibus Mimos, Comœdos, Saltatores, Histriones, Scurras, Et alias ejusmodi publicas pestes, quibus bonos mores corrumpi vtriam falsò jactaretur. Præterea cum diuinâ lege cauetur, ne induatur mulier veste virili, nec vir utatur veste fœminæ, abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc, volumus

quæ

quoque ne in posterum muliebres personae Tragoedijs inserantur
nonne satis iam multa ~~aliunde proposita~~ miseris Adolescentibus pericula
+ imminent, C.R. ~~sunt~~, nisi etiamnos Ipsorum custodes et Magistri noua lubrica eorum
aetati et nimium ad vitia prona offendicula proponamus?
Academia instituendis moribus non minus studet, quam
formandis ingenijs; imo pietatis quam doctrinae priorem ac
potiorem haberi curam jubet. Huc tendat necesse est omnis Magistrorum
Labor, Scholarumque exercitatio, vt Adolescentium tenerae mentes,
tracturaeque altius quicquid primis hisce annis imbiberint,
Christianâ pietate imbuantur. Exhibeantur ergo Tragoediae ad
exercendos Juuenes, eosdemque solenni praemiorum distributione excitandos
(quamquam fortasse aliud quid et vtilius pueris, et Magistris ipsis
onerosum minus in earum locum substitui possit.) At spirent
in ijs omnia morum sanctitatem et innocentiam: procul absint
inde sordes, et amatoriae nugae: Earum argumenta, si fieri potest,
desumantur e sacris codicibus: fieri autem posse praeclare
et feliciter, recenti et illustri exemplo vidimus: denique
conspiciatur in ejusmodi declamationibus prisca illa Majorum
et vere aurea simplicitas, ad vtilitatem omnia, nihil ad
ostentationem referentium. Haec de Tragoedijs: quae si quis
violare audeat, hunc poenis Academicis mulctari jubet praeclara
Facultas Artium,

2. Cum eorum qui in Academiam admitti volunt, mores non minus
quam doctrinam explorari conueniat, placuit Candidatos
Magisterij in Artibus, antequam studiorum examen subeant,
deponere inter manus amplissimi D. Rectoris testimonium, quo de
eorum moribus constet; subsignatum quidem a Gymnasiarchis
si Bursarij et alumni erant, aut in Collegijs degent; si vero
extra Collegia, ab aliquo notae probitatis viro. Erit autem fidei
et prudentiae amplissimi D. Rectoris, si qua forte lis orta fuerit
ob denegata a Gymnasiarchis ejusmodi testimonia, recte necne
factum fuerit, judicare.

3. Occasione cujusdam priuati hominis, qui suo nutu, sine
auctoritate Academiae, tanquam Legitimus professor, publico
programmate, eoque latino promulgauit se in Collegio
Vniuersitatis Matheseos praecepta traditurum; vetamus
vllas aut recentes scholas excitari, aut aboleri veteres inconsultâ
praeclarâ Facultate Artium: Gymnasiarchis vero edicimus
caueant nequid in posterum tale accidat, neve aliquis praeter
professores Academicos in Collegijs et publicis scholis
docendi jus sibi arroget,

4. Cum totius Academiæ Corporis stare Dignitas non possit, nisi debitus Capiti reddatur honos, eadem præclara Facultas Artium vetat ullam in Collegijs haberi publicam exercitationem, ad quam non frequentes fuerit amplissimus D. Rector, qui vniuersis studijs præsidet, eique jubet honoris causâ duplici flagro, aut duplex programma pro antiquo more offerri, discipulosq; eâ de re à Magistris diligenter admoneri. /

C. Rolliy Rector.

Die 20ª. augusti 1695. In Comitijs Deputatorum Visitatis apud D. Rectorem & Collegio Laudunensi extra ordinem habitis supplicauerunt pro literis nostris titulo Magisterij in Artibus et quinquennij Joannes Henricus Roullier clericus Trecensis, et Joannes Bapta Catanier presbr Alexiensis eaq; vtriq; concessi placuit atq; vt ad aquas D. Petre cauteles deinde de venditione horti, qui est in fundo Academico, de quo area etiamnum vacua locatione ad decem annos cum pacta fuerunt, id negotij commissum est diligentiæ DDnis Arnoi & Baille vt cum in rem præsentem venerint, referant ad vniuersitatem quid sibi visum fuerit. C. Rolliy Rector.

Die 3. septembris In Comitijs Deputatorum Visitatis ordinarijs apud D. Rectorem & Collegio Laudunensi habitis, quibus aderat pro D. Rectore ad huncum hor. Du Saussoy pro Decano Theologiæ, Arnoi consiliarius facultatis Decanus, Baillé Franciæ, Carelle picardiæ, Le Clure Normaniæ, et Molon Germaniæ nacum procuratore atq; aliis officianis

2. Supplicauerunt pro literis nominatis titulo Magisterij in artibus et quinquennij Mathurinus Bayot subdiaconus Lexouiensis, Joannes Claudius Chorel acolythus Lugdunensis et Joannes Petrus Theuenet clericus Parisinus, eisq; illis concessi placuit.

2 Sur ce q'Madame de Rousseau est dans le dessein de vendre vne maison à Madame de St André pour sacquitter de ce qu'elle doit à lad' Dame, & le surplus delegué à ses autres Creanciers, à conditions neanmoins q'lad' vente ne se feroit q' par l'agrément de Mrs de l'Vniversité: Il a été arreté q'l'vniversité y consentiroit à conditions q'dans le Contract il seroit stipulé & accepté par lad' Dame de St André q'led' Contract et le decret q'lad' Dame de St André pourra faire, ne pourront préjudicier aux hypotheques q'lad' vefve a sur lad' maison, qui subsisteront sur lad' maison p' plus grande seureté de la continuation de deux rentes deües à lad' vefve par lad' Dame de Rousseau & ses enfans; l'vne de 300ll. par priuilege seul & vnique sur vne maison size rüe du Bacq où demeure Mr le Comte de Marsan, & l'autre de 129ll. par priuilege premier sur 1800 toises de place au pré aux Clercs vendües à lad' Dame de Rousseau. Ce faisant l'opposition q'lad' vefve pourra former au decret ne sera qu'à l'effet cy dessus, Moyennant quoy lad' vefve ordonnera led' contract de vente & offera remise des droits de lots & ventes & les mettra à raison de 50 sol p' liure du prix, sauf à tirer à consequence. / C. Rolliy Rector.

die 2. septembris 1695. duo viri Sorbonici in aedes Lauduneas ad amplissimum D. Rectorem adierunt, Ipsumque Sociorum Sorbonicorum nomine, latinâ oratione rogauerunt, vt die lunae 5.° ejusdem mensis adesse vellet in Sorbonâ ad confirmandam noui prouisoris electionem. Cui orationi D.^s Rector latinè respondit, seque ad futurum promisit; Itaque Ipso die 5.° 7bris horâ decimâ matutinâ amplissimus Rector, Tres sapientissimi Thgiae, Juris vtriusque, et Medicinae Decani, Et quatuor ornatissimi Gallicanae, Picardicae, Normanicae, & Germanicae Nationum Procuratores vnà cum syndico et Scribâ vniuersitatis, ex eâ Aulâ, quae Introeuntibus ad Lauam est, vbi fuerant excepti, deducti sunt praeeuntibus apparitoribus in Aulam majorem, vbi solent Actus solemnes Et Sacrae Facultatis Comitia celebrari; D.^s quidem Rector veste violaceâ Indutus cum Epomide, cingulo & Marcupio ejusdem coloris, caeteri omnes, nempe Archidiaconus & Cancellarius Ecc.^ae parisiensis, Facultatum Decani et Nationum Procuratores, syndicus et Scriba omnes vestibus nigris Induti. Ibi verò erant quatuor sedilium ordines; vnus superior, alter è regione Inferior, & duo laterales, post quos et alia erant scamna. In Ordine autem Superiore, vbi erant semicycli sedit amplissimus Rector, medius Inter à dextrâ quidem Archidiaconum, Cancellarium, Decanum Medicinae, et procuratores picardiae Et Germaniae, à sinistrâ verò Decanum Thiae, Decanum Juris vtriusque, procuratores Galliae et Normaniae, & syndicum. Ego autem Scriba sedebam paulò ante D. Rectorem ad mensem tapete violaceo et Rectorio stratam. In ordine verò Inferiore, et Lateralibus, et in ijs scamnis, quae post erant, sedebant Doctores sorbonici, Baccalaurei, & alij plurimi, qui ad rei celebritatem conuenerant. Tum M. Joannes Vivant Doctor sorbonicus senioris vices agens

Exorsus est his verbis: Rector amplissime, proceres Ecclesiæ & Academiæ. Ibi verò tum Archidiaconus dicentem interrupit, aiens se et Cancellarium debuisse priores appellari. Jussus verò ab amplissimo Rectore Encomiastes eandem salutationem iterare, postulantes etiam Syndico ne quid innovaretur, repetit ipsissima eadem verba: amplissime D. Rector, proceres Eccl.ae & Academiæ &c. Et elegantî oratione Laudes Francisci Harlæi Archiepiscopi Parisiensis complexus, factâ etiam honorificâ commemoratione multorum eximiorum Sorbonicæ domûs provisorum, atque inprimis eminentissimi Cardinalis Richelij, multa præclara dixit de Mauritio Tellerio Remensi Archiepiscopo nuper à viris Sorbonicis electo provisore, supplicansque postulavit ratam et gratam haberi tanti viri electionem. Cum amplissimus Rector clarâ voce, nescio quid mussitantibus Archidiacono et Cancellario, eloquentiss.mæ orationi, et maximo eorum omnium, qui aderant, applausu, illustriss.mi Remorum Archiepiscopi laudes, & multa ipsius in Ecc.am in Regnum, in Academiam merita comperisset, postremò de electionis confirmatione sententiam rogavit: ac 1.us Archidiaconus, breviter dixit de novi provisoris laudibus, deinde Cancellarius, tum is qui agebat pro Decano Theologiæ, deinde Juris utriusque Decanus, item Decanus Medicinæ, et procuratores 1.mi Galliæ, Franciæ, Picardiæ, Normaniæ et Germaniæ, singulis suffragijs atque honorificentissimis verbis electionem illustriss.mi Remorum Archiepiscopi in Sorbonicæ domûs provisorem ratam et gratam habuerunt. Tum amplissimus D. Rector his verbis usus est: Itaque clarissimi utriusque Ordinis proceres; novi provisoris electionem confirmatis, eamque ratam et gratam habetis, atque ita vobiscum censeo et concludo. |

C. Rollin Rector.

Die 12. 7bris Natio Germanica apud Maturinenses officium Magni Nuncij vacans per mortem Nicolai Renard contulit Sebastiano Laisné civi Parisiensi, qui solita juramenta præstitit. † pro dioc. Basilien. |

Die 15. ejusdem mensis Gallicana Natio apud Mathurinos officium Magni Nuncij pro civitate, dioc. et Episcopatu Nannetensi vacans per obitum Claudij de Berni contulit Carolo Messaiger civi Parisiensi, qui solita juramenta præstitit

Die 4. octobris Dies Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses habitis; 1.us in angulo peristylij ecclesiæ

vbi facta supplicandi potestate, supplicauerunt pro literis
nominationis titulo Magistrij in Artibus et quinquennij
Joannes Antonius Verdier clericus Montalbanensis,
Joannes Mignot diaconus Lexouiensis, Alexander de prepetit
de Grammont pbr Bajocensis, Carolus Seguin subdiaconus
Syluanectinus, Amas Nicolaus Rochette clericus Caromontensis
Dominus Franciscus Bodet pbr Ambianensis Monachus ordinis
S.ti Benedicti Cluniacensis, Dominus Hieronymus D'ogerdias
Benedictinus Cluniacensis, Franciscus de Villiers clericus
Bajocensis, et Carolus Antonius D'offemont pbr Rothomagensis
easq. alis sibi eundi placuit, atq. vti ab augusto D. Rectore cuncti
De finibus prati clericorum regundis placuit offerri libellus supplex Regi
equitj Sanctuj Ludouici. Et munus in ijs aedibus, vbi habitat D.ns de
Monaco reficiendi ac reficj, hominesq. vicinos adigi ad metas ponendas
Deinde Item est in Comitijs seu capitulum, vbi postquam D. Rector
peroranit, probatis quae gesta fuerat in huc trimestri magistratu, eique
decretis literis Commendatitijs processit ad Aedem Sacram sub
Inuocatione S.ti Victorini, vbi vniuersitas hominibus admodum erepta est
a Victorinis Canonicis Regularibus rem sacram fecit D. Guichard
Doctor Theol. et Sacrae facultatis Decanus, Diaconi partes egit
D.nus le Feburier, et subdiaconi D.nus Marion, vterq. et Doctor Theologus

C. Rollin Rector.

Die 8. octob. ibdem. In Comitijs Deputatorum habitis adstantibus apud. D. Rectorem
In Collegio Laudunensi Cabris, quibus ea D. Rector ad fundum D.ni Guichard
Theologi, doctoris primi vtriusq. Decani, Baillé Galliae, Carelli Picardiae, et Pauli
Normaniae, Molony Germaniae procuratorum, atq. vna aliquot officiarij
Supplicauerunt prohiberis nouos titulo magistrij in artibus et quinquennij
Joannes Ludouicus Galliot diaconus Engolismensis, et Petrus Le
Lescureux pbr Ambianensis, easq. sibi eundi placuit, supplicauit
etiam paulo post eodem titulo Franciscus Guerin clericus Turonensis
easq. sibi quoque eundi placuit, atq. vti ab augusto Rectore cuncti sibi
De regundis prati clericorum finibus adhuc pendet D.ni Prayer placuit vterq.
parari libellum ea de re supplicem, eumque Regi quam primum
offerri. Et D.ni Baillé negotium datum est, vt videat, an Dominicanae
fastuleint ea meniana, quae imminent in horum et eas aedes
academicas, in quibus habitat D.ns de Monaco, quemadmodum ea
tollere iussi sunt decreto praetorio.
M. Ludouici Bailly presbyteri, Magri in Artibus, et Gymnasiarchae Collegij
Montisdorderij aduersus Nicolaum de Brannais, qui se falso dixit adeptum
fuisse gradum Magistrij in artibus in vniuersitate Sitiunensi, vbi nec Studium nec
in vlla alia facultate, id ea conditione placuit vt Bailly studeat promotus
Vniuersitatis, atq. vti ab augusto D. Rectore cuncti sibi

C. Rollin Rector.

die 10ª octobris 1695. In comitijs Rectorijs apud Maturinenses horis
10as matutinis de more habitis, probata sunt quæ professi amplissimi Rectoris
eique ro nomine literæ commendatitiæ decretæ sunt à singulis nationibus
confirmatique quadruumviri, nimirum M.M. Guilbertus Ogier Bac.
Theol. Nicolaus Boutillier Gymnasiarcha Bellovacus, Guill. Auber
Eruditus Literarum humaniorum professor in Plessæo, et Gerbertus
Kelly Bac. Theologus, ac præstito de more solemni sacramento in concilium
ingressi, paulo post per dictum Ogier retulerunt se Rectorem tuum
amplissimum Rectorem prorogasse; quæ prorogatio ab utrisque singu-
narum nationibus vehementer comprobata et confirmata fuit.

C. Rollin Rector.

Die 27. ejusdem mensis octobris habita sunt præclara
Facultatis Artium Comitia apud Maturinenses Censoria,
horâ 7ª matutinâ. Ubi factâ supplicandi potestate accessit
supplex Ludovicus Robertus Denis de Mothin clericus
parisinus M. Le franc physicæ antè in Regiâ Germanâ
professoris discipulus, quòd pro gentili nomine, quod ille
Denis, scripsisset tantùm in Catalogis cognomen Mothin,
quod ille nomen cujusdem prædij seu clientelæ; ac prolatis
virorum gravissimorum testimonijs, quibus constaret
ipsum vocari Ludovicum Robertum Denis de Mothin,
neque alium esse qui sic vocaretur, petijt ut sibi liceret
id nomen in catalogis scribere, quod per imprudentiam
omisisset, ac sic gentili nomine restituto admitti ad
Examina magisterij in artibus, quâ de re auditis M. Edmundo
Pourchot visitatis hujus diei, dimissa ad deliberandum natione, atque ad
eligendos Censores, postea per ornatissimos procuratores retulerunt
se indultum velle præducto supplici Dño Roberto Denis de Mothin quod petijt
fuisseque electos singulis nationibus Censores; à Gallicanâ quidem
M. Antonium Chevie Bac. Theologum, à picardicâ M. Henricum
des Jardins Baccalaureum Navarr. Theol. à Normanicâ M. Georgium
du four Rhetorem Harcuriânum, à Germanica M. Ludovicum
de la pierre. Quod autem idem M. Edmundus Pourchot
Expostulasset paucissimos jam Scholasticos de universâ philosophiâ
publicè respondere, proptereaque quod gravi consuetudine
factum esset, ut nimij sumptus in luxum et ornatum
thesium à multis jam annis facti id procurassent in dies, ut ab
his suppeditandis tot plerique abhorrerent, postulavit, ut huic
malo remedium adhiberetur. Quâ de re delegati sunt à singulis

Nationibus

Nationibus viri graues, qui cum amplissimo D. Rectore rationes aliquam inirent, quâ ejusmodi grauâ computatio conficeretur. Et actus philosophiæ publici antiquæ simplicitati restituerentur. Delecti autem sunt, ab honorandâ Gallorum natione M.M. Charton Artus et Ogier; à fidelissimâ Picardorum M.M. Petrus Billet, & Joannes le Comte, à venerandâ Normanorum M.M. Janson, & Franciscus Guenon, à Constantissimâ Germanorum M.M. Carolus Magenus, & Cuzae.; deindè nouî Censoris solitum ac solemne sacramentum in manibus amplissimi D. Rectoris præstiterunt.

C. Rolliy Rector.

Die 4. nouembris 1695. Germanica natio apud Maturinenses officium Magni nuncij pro Diœcesi et Episcopatu Lincolniensi in Angliâ vacans per mortem Joannis André contulit Dauidi Baillif cuius parisiensis, qui solita juramenta præstitit.

Die 5. nouembris in Comitijs deputatorum visitatæ Provinciæ apud D. Rectorem in Collegio Laudunensi habitis, quibus cum ipso intus fuerunt DD. Guichard regens, amici Juris utriusque Decani; de Rault Francia, le Febure Normania, et Molony Germania nationum procuratores, atque vna cum ijs Syndicus et Scriba, supplicauerunt pro literis nouis titulo Magisterij in artibus et quinquennij Ludouicus de Lorme clericus Meulanensis Petrus Agidius Nicole acolythus parisinus, Joannes Claudius Lasnier acolythus sylvanectensis, Joannes Antonius Verdier clericus Montalbanensis, et Joannes de Beaumont subdiaconus Rothomagensis, cæteris illis ordibus eorum desiderijs placuit, atque vna ab amplissimo D. Rectore concessæ fuere.

C. Rolliy Rector.

Le 22. de nouembre à 9. heures du matin Messieurs de Thiange, de Harlay Con^er d'Etat, et de Harlay leurs fils, vétus de deuil, accompagnez de plus^rs Seigneurs aussi en deuil qui auoient des flambeaux vinrent au College de Laon prier Monsieur le Recteur et l'Vniuersité de vouloir bien assister le méme jour sur les trois heures après midy aux vespres et vigiles qui seroient chantées à nôtre Dame, et le lendemain à dix heures précises du matin au seruice qui y seroit celebré pour le repos de l'ame de feu Messire François de Harlay Archeuesque de Paris. Vn des Seigneurs fit la semonce à haute voix selon la coûtume. Monsieur le Recteur promit de proposer fauorablement la chose à l'Vniuersité.

C. Rolliy Rector.

postero die 23. nouembris 1695. horâ 9. matutinâ in Scholâ Medicorum, loco et horâ conditis ad fuerunt amplissimus Rector, sapientissi Decani, procuratores ornatissi, singuliq Decanorum & procuratorum Adjuncti, syndicusq & scriba; Inde postquam D. Rector proposuit ad deliberandum an ipse intra paucos dies unâ cum Deputatis iret gratulatum nouo archiepiscopo parisiensi aditam Archiepiscopatûm possessionem, idque majori suffragiorum numero cum placuisset eâ tamen conditione, ne id posthac in exemplum traheretur, processum est juxta hesternam Inuitationem ad sacrum exequiale ~~pro Francisco Harlaeo~~ apud Deiparae Basilicam pro francisco Harlaeo, parisiensi, dum viueret, archiepiscopo celebrandum et consessum est in dextro Chori latere, juxta et proxime parlamentum et supra Canonicos. peractis autem sacris et Caeremonijs discessum est proximè post Curiam subsidiorum, ut fieri solet.

C. Rolliy Rector.

Die verò 26 ejusdem mensis D. Rector cum Deputatis, alijsque viris Academicis, ex eadem Schola Medicorum, ~~qu~~ in quam conuenerant, per pontem Nosocomij parisiensis proximum profectus est ad salutandum nouum Archiepiscopum, eique nouam dignitatem eleganti oratione gratulatus est, et praesul latinè quoque et humanissimè respondit.

C. Rolliy Rector.

Die 3. Decembris in Comitijs Deputatorum vrsitatis ordinarijs apud D. Rectorem in Collegio Laudunensi habitis, quibus cum ipso interfuerunt DD. Guichard, et Berger Theologiae et Medicinae Decani, de Hault, Carretti, le febure, & Joan. Farely 4 nationum procuratores, atque unà cum ijs officiarij. Supplicauerunt pro literis nationis titulo Magisterij in artibus et quinquennij Antonius le Vassor Rothomagensis, Petrus le febure Canonicus Pontoesianus, Joannes Bapta Guyard des forges Lingonensis, Petrus Cazier Ambianensis, Franciscus Cazin Bolonaeus, Petrus Foubert ambianensis, Claudius Brandicourt ambianensis et Joan. Bapta Perdu Ambianus Canonicus Regularis Praemonstratensis, easq illis sibi concedi placuit,

Deinde admissus M. Oliuarius Heroult artistarum Nauarricorum primarius conquestus est de M. Alexio

Arthus

Artus primario Grammaticorum quod testimonio cursus philosophiei à M. Petro Claudio du Costé phiæ professore dato Lud.co Chartier subscripsisset loco sui absentis, ac duo postulauit; 1.um ne liceat dicto primario Grammaticorum subscribere testimonijs philosophicis; deinde ne dictus Chartier, qui jam tentatus est pro gradu Baccalaureatus In artibus deinceps admittatur ad alterum examen pro gradu Magisterij: de priore postulatione placuit vnanimi consensu ampliari donec auditus fuerit dictus M. Artus; de posteriore verò visum est Interim dictum Scholasticum Chartier ad alterum examen, neq illi fraudi esse oportere, quod alter primarius pro altero absente subscripsisset, atque Ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

C. Rolliy Rector.

Die 14. decembris In Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses habitis, 1.um In angulo peristyllij consessum est, vbi factâ supplicandi potestate, supplicauerunt pro literis nominationis titulo magisterij In artib.s et quinquennij franciscus Bidault niuernensis, Gabriel poullier parisiensis, Antonius Julien viennensis, et Claudius Buissot parisinus, easq illis concedi placuit. Deinde Exposuit D.s Rector præclarum Conseruatoriæ Apostolicorum vrsitatis priuilegiorum munus jamdudum vacare per obitum illustriss.i viri D. nicolai Choart Episcopi et Comitis Bellouacensis; Jam esse è re Academiæ, vt alter In ejus locum sufficiatur; ad id porro muneris assumi solere vnum è tribus Episcopis non longè ab hac vrbe remotiss.is, vel Bellouacensem, vel meldensem, vel sylvanectensem. Quâ de re rogatis dictisq sententijs, placuit oibus et singulis, tum sapientiss.is Decanis, tum ornatiss.is procuratoribus eo munere donari Illustrissimum virum D. Jacobum Benignum Bossuet Episcopum Meldensem, de vrsâ Academiâ jamdudum optimè meritum, ejusq studiosissimum; atq ita fuit ab amplissimo D. Rectore conclusum. Deinde itum est In Comitium siue Capitulum, vbi postq. D.s Rector pororauit, pro tatis quæ gesserat in suo trimestri magistratu, eiq eo noe decretis literis commendatitijs processum est ad Ædem Deo sacram sub Inuocaoe S.tæ Annæ apud Canonicos Regularem Ordinis præmonstratensis, vbi D.s Guichard Doctor et Decanus Thgiæ rem sacram fecit; concionem verò habuit M. Bornat Doctor Item Theologus.

Die 16. decemb. In Comitijs Rectorijs apud Maturinenses horâ 10.a matutinâ de more habitis factâ supplicandi potestate, M. Josias paulus le Cordelier phiæ professor In mazarinæo postquam exposuit sibi 1.um Inditum fuisse nomen Josiæ, postrà verò cum ipse sacramentum confirmaois suscepisset, assumpsisse sibi alterum nomen, Pauli scilicet, quò posteriore deinceps quam priore vsus fuisset. Hinc factum fuisse vt in literis et Magisterij In artibus et nominaonum ac cæteris, Ipse per Incuriam prius illud Josiæ nomen, Interdum omisisset. Quæ omissio ne sibi vnquam obesset, si quâ forte aliquando lite Implicaretur, postulauit, vt placeret delictum illud emendari, et illud nomen quod fuisset omissum, In literis, si necesse esset, restitueretur. Supplicauit etiam alter, nae le Coeq, vt confectum jam antea phiæ cursum In vrsitate Cadomensi Inque Collegio sylvano, sibi hic pro vno anno haberetur. De quibus supplicationibus, audito M. Edmundo Pauchot syndico dimissæ ad deliberandum naoes, postea per ornatissos procuratores retulerunt

retulerunt sibi placuisse concedi M. Josiæ paulo le Cordelier quod petijt
alterum autem supplicem remitti ad proxima Comitia, quod eos adire neglexisset
quos à se adiri oportuit, atque ita à D. Rectore conclusum fuit.
quâ autem de re dictus syndicus conquestus est, quod in proxime superioribus
supplicationibus, post peracta sacra, cum ab eâ Ædi, in quam processum
fuisset, D. Rector ad Maturinenses, ut fieri solet, reverteretur,
pauci admodum viri Academici adfuissent in Comitatu, nationes
certum Tribulium suorum numerum à se definitum iri promiserunt
qui posthac ad implendum illud officium non deessent; atque ita pariter
ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.
Confirmati verò à singulis nationibus singuli quadrumviri, nimirum
à Gallicanâ M. Michael Gentilhomme philosophiæ professor in Cardinalitio
à Picardica M. Nicolaus Beaumont Bac. Theol., à Normanâ M.
Jacobus Lavoisé Literarum humaniorum professor in Regiâ Navarrâ,
Et à Germanicâ M. Martinus Burk in utroque jure Licentiatus
præstito solemni sacramento in conclave ingressi, paulò post per Gallicanum
renunciaverunt se Rectoris fasces amplissimo D. Rectori prorogavisse
quæ prorogatio à singulis Nationibus confirmata est.

C. Rollin Rector.

MOYEN PAPIER DEUX SOIS LATEVILLE

Acta et Conclusiones anni 1696.

Die 2. Januarij 1696. In Comitijs Deputatorum universitatis apud Maturinenses horâ decimâ matutina habitis in Angulo peristyllii D. Jacobus Benignus Bossuet Licentiatus in Theologiâ, Abbas de Savignico et Archidiaconus Meldensis, Instrumento procuratorio instructus, quod palam ac publicè recitatum est, admissus est ab Eadem Vrsitate, qui solemne sacramentum praestaret in manibus amplissimi Rectoris pro Illustrissimo ac reverendo admodum viro Domino D. Jacobo Benigno Bossuet Episcopo Meldensi nuper ab eadem universitate designato Custode seu conservatore privilegiorum Apostolicorum, qui Meldis cum esset, commode in his comitijs per se adesse non potuit. Quod quidem solemne sacramentum ipse D. Abbas praestitit in manibus amplissimi Rectoris coram sapientissimis Decanis, atque ornatissimis procuratoribus et officiarijs in loco praedicto Maturinensi. Inde in Comitium deductus est tanquam in Curiam et sedem Conservatoris privilegiorum Apostolicorum dictae universitatis.

C. Rollin Rector.

Instrumentum procuratorium Illustrissimi D. Episcopi Meldensis

Par devant les Notaires Royaux à Meaux soussignez fut présent Illustrissime et Reverendissime seigneur Messire Jacques Benigne Bossuet Con.er du Roy en ses Conseils Evesque de Meaux étant en son palais Episcopal, Lequel a fait et Constitué son procureur Mre Jacques Benigne Bossuet Licentié en Thgie, Abbé de Savigny, et Archidiacre de Meaux pour et en son nom accepter la charge de Conservateur des privileges Apostoliques de l'université de Paris, à laquelle mond. seigneur a esté éleu et nommé par messieurs de lad. université Et à cet effet faire le serment ordinaire et accoutumé, et generalement tout cequil appartiendra promettant, obligeant, renonçant. Fait et passé à Meaux audit palais Episcopal l'an mil six cents quatrevingts quinze le vingt huit [illegible]

de decembre de releuée et a ledit seigneur signé.
Jacq. Benigne Euesque de Meaux.
signez Le Fevre et Leger Not.res
Controlé à Meaux le 28. decembre 1695. signé Charles.

Literæ præclari muneris Conseruatoris
privilegiorum Apostolicorum almæ vniuersitatis
Parisiensis expeditæ die

Vniuersis præsentes literas Inspecturis Rector et vniuersitas
studij Parisiensis Salutem in Domino. Notum facimus, quod
Conseruatoris priuilegiorum apostolicorum dictæ vniuersitatis
à S.ta Sede Apostolicâ Indultorum præclarum Munus liberum
nunc et vacans per obitum Illustriss.i ac Reuerendiss.i In Christo
patris D.D. Nicolai Choart Episcopi et Comitis Bellouacensis,
Audito fisci procuratore, contulimus et donauimus,
Conferimusque et donamus per præsentes Illustriss.o pariter ac
Reuerendiss.o In Christo patri D.D. Jacobo Benigno Bossuet
Episcopo Meldensi, eidemque Domino concessimus, vt cum jam
Meldis degat, per nobilissimum virum D. Jacobum Benignum
Bossuet Licentiatum In Thgia, Abbatem de Sauigny
et Archidiaconum Meldensem Instrumento procuratorio
cum ab eodem Illustrissimo Episcopo, tum à duobus Notarijs
Regijs obsignato Meldis die 28. decembris 1695. &
Coram nobis perlecto legitimè Instructum omnia Juramenta
per Conseruatores Apostolicos præstari solita In manibus
amplissimi D. Rectoris tactis sacrosanctis Dei Euangelijs præstaret
Juxta formam In Libro Rectorio descriptam, quæ Idem D. Bossuet
Abbas coram studiorum vniuersitate præstitit In manibus amplissi D.
Rectoris; atque adeo per ejusdem libri tactum Idem Illustriss.us & Reuerendiss.us
D.D. Bossuet Episcopus Meldensis In possessionem Corporalem, realem
Et actualem ejusdem Muneris Conseruatoris dictorum priuilegiorum
Apostolicorum, Suorumque Jurium et pertinentium vniuersorum,
per nos positus fuit. In Cujus rei testimonium sigillum
nostrum Magnum præsentibus literis duximus apponendum
Datum Parisijs In nra congregatione gnali apud Matrimonios
solemnitate celebrata, Anno Dni millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto, die 2.a
Januarij.

MOYEN PAPIER DEUX SOLS LAFEVRE

Die 7. Januarij 1696. In Comitijs Deputatorum Universitatis Ordinarijs apud D. Rectorem in Collegio Laudunensi habitis

1° Supplicauerunt pro literis nominationis titulo Magisterij in Artibus & Quinquennij Stephanus Sauiard Diaconus Senonensis, Et Daniel Michael de Lagniau clericus parisinus, easque vtrique concedi placuit. Insuper Idem de Lagniau postquam exposuit se quidem vocari Danielem Michaelem, sed inuiso ordine in testimonijs studiorum et alijs literis scriptum fuisse Michaelem Danielem, postulauit ne is, qualiscunque error, sibi fraudi futurus sit. idque illi concessum est.)

2 Accessit etiam M. Josias Paulus le Cordelier philosophiae professor in Mazarinaeo ac postquam exposuit, sibi nomen Josiae prius inditum fuisse apud heterodoxos, se verò postrà cum sacramentum Confirmationis suscepit, assumpsisse posterius nomen Pauli; ac factum deinceps fuisse vt omisso priore nomine, quod illi propter haeresim displicebat, posterius tantum nomen Pauli interdum vsurpauerit, postulauit pariter, ne id sibi obesse posset, siquando lite aliqua fortasse implicaretur; atque id illi pariter vnanimi consensu concessum est.

3 Quod autem verba fecit M. Medardus Colletet aerarij Academici quaestor, à quibusdam artificibus, alijsque vrsitatis Creditoribus pecuniam sibi debitam efflagitari & magnopere exigi, postulauitque quid sibi vniuersitas super his praescriberet, vt occurratur ijs incommodis, quae inde in vrsitatis damnum reciderent, placuit ab eodem quaestore solui quod debetur ejusmodi Creditoribus, quorum perscripta operarum & impensarum nomina, probata sunt, atque ita in omnibus ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.)

C. Rollin Rector.

4. Quod etiam verba facta sunt efflagitari à M.M. Hibert et Varignon professoribus Mazarinaeis, altero Mathesios, altero Rhetoricis, sed non vnica testimonia temporis Regentiae juxta sententiam propraetoris parisiensis latam die visam est indulgeri posse in praesens illa testimonia Regentiae, saluo tamen jure vniuersitatis, nec probatâ illa propraetoris sententiâ, quae repugnat statutis Academicis, ac sine vllo praejudicio, quasi acquiescat vrsitas dictae sententiae, cujus rescindendae jus alibi experiendum sibi reseruat, vel prouocatione ad superiorem Judicem, vel alia quauis ratione, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum est.)

C. Rollin Rector.

Die 21. Januarij In Comitijs Deputatorum vrsitatis in Laudunensi extraordinem habitis M. Gerardus Darcy pbr & Bacc. Theol. porrecto libello supplici conquestus est de M. Simone Shiel quod ab eo fuerit è Longobardorum Collegio per vim expulsus contra jus consuetudinem & statuta. quâ de re auditus dictus Shiel postulauit sibi dari tempus ad respondendum, neque enim sibi dum licuisse comparare eâ instrumenta. Itaque placuit ampliari ad praeconcilia, et ita conclusum

C. Rollin Rector.

die vltimâ Januarij 1696. Natio Gallicana apud Maturinenses officium magni nuncij pro dioc. et Episcopatu Carnotensi vacans per obitum Augustini le Tellier contulit Ludovico de la Roche cuii parisiensi, qui solita juramenta præstitit. |

Die 1ª Februarij D. Rector vnà cum Deputatis ord.rijs et adjunctis certos de more dehinc ad viros primarios seu prothonotarios curiæ Parlamenti, curiæ Rationum, &c., curiæ Subsidiorum, et præsidentes ad S. Sedis episcopos parisiens. et ad S. Episcopum Vindocinensem nuper electum ab vtilitate conservatorum privilegiorum apostolicorum. cumq; rebatus esset D.s Boucherat Franciæ Cancellarius et S. Cardinalem Bullionius magnus Eleemosynarius nuper esse, hac vice D. Rector nos adire ad eumq; addixit. C. Rollin Rector.

Die 4. Februarij 1696. In comitijs Deputatorum vtilitatis ord.rijs in Collegio Laudunensi habitis, quibus cum D. Rectore M. Carolo Rollin ad fuerunt MM. Guichard Iffrig Arnot Juris vtriusq;, Berger Medicinæ Decani; de Gault Gallus, Carrelet picardus, Le Febure Normanus, Farly Germanus procuratores, atq; vnà cum ijs Officiarij. Supplicauerunt pro literis nominandi Juris Magistri in Artib. & quinquennij Jacobus Robert clericus Lingonensis, Jacobus Hemart subdiaconus parisinus, Petrus de Maucourt clericus ambianus, et Simon du Costé parisinus, quibus illis dibg concedi placuit, atq; ita ab Archigio D. Rectore concessum fuit. |

Quod autem exposuit M. Mediardus Collet vrarij Academici quæstor D.s de Longueruye cogitare de vendendis ijs ædibus, quas habet q fundo academico, vt ærarium reficiatur aliquid de jure cleri solari, eumque postulare quid velit vniuersitas remittere, placuit remitti quartam partem tantum, atq; ita per me ab Archigio D. Rectore concessum.

C. Rollin Rector.

Die 6. Februarij Natio Germanica apud Maturinenses officium magni nuncij pro ciuitate, dioc. et Archiepiscopatu Lundensi vacans per obitum Germani Petri contulit Jacobo Alberto Macquet, cuii parisiensi, qui solita juramenta præstitit.

Die vndecimâ ejd. Natio Gallicana apud Maturinenses officium magni nuncij pro ciuitate, dioc. et Episcopatu Leonensi vacans per obitum Nicolai Charles contulit Jacobo Bellichon cuii parisiensi, qui solita juramenta præstitit.

Die 24. ejd. In comitijs Deputatorum vtilitatis apud D. Rectorem in Collegio Laudunensi extra ordinem habitis, comparuit M. Petrus du Costé phiæ artiũ in Regiâ Navarrâ professor, idq; vocatus, quòd cuidam e suis discipulo diem de re Academica condixisset, ac vadimonium denunciasset obeundum coram D. Mario Cancellario; atque ille quidem non negauit id factum fuisse quod sibi objiciebatur, sed factum se inscio et contra suam voluntatem ab appariture Capelleti; neque vero se illud mandasse dixit. Itaque improbare factum ac toto animo infectum velle; neque se comparuisse coram dicto Cancellario, aut de comparendo cogitasse; si verò, siquid eâ in re imprudenter actum esset, delicti veniam enixè petere, ac paratum esse vniuersitati eo omni modo, quo ipsa vellet, satisfacere;

C. Rollin Rector.

Die 3. Martij 1696. In Comitijs Deputatorum vtilitatis ord.rijs apud D. Rectorem in Collegio Laudunensi habitis, quibus cum ipso D. Rectore defuerunt ord. MM. Guichard Iffrig, Dolet Juris vtriusque, Berger Medicinæ Decani; de Gault Francus, Carette picardus, le Febure Normanus, et Farly Germanus Nationum procuratores, atque vnà cum ijs Officiarij.

1ers. |

primùm supplicarunt pro hiere Nominatos, ire Magistrij Marbij &
quinquennij Petrus des frechis presbyter Rotomagensis, Nicolaus
de Marinne clericus Ambianen, Henricus Julius Tixier clericus
Aduensis, Hilbertus de la Souche de St Augustin subdiaconus Aduensis
Et Elzearius de Valernod clericus Viennensis, ratis illis bibq; concedi placuit

2. quod expositum fr duo vacare nunc Juratorum papetariorum officia, quem quidem
et alia ejusmodi cui liberum fit voluntati mandare quibus libet voluerit, placuit
alterum conferri vni è Mercatoribus papyri; alterum vni è Chartarij Glutinatoribus
sed eâ conditione vt ad nutum amoueri possint, et alius in eorum locum substitui.

3. De negotio M.M^ou. Shirl & Darcy, de quo placuerat cuncta amplius, id
postulante dicto M. Shirl, vt instrumenta causæ colligeret, placuit eos remitti
ad Dn. Abbatem de Charroux et Dacquin, vt per dictos Abbates, rata res, si fieri possit
amicè componatur. atq; ita ab amplissimo Dn. Rectore conclusum fuit.

4 Vltra controuersia, quæ Vniuersitatis intra & D. Ticquet intercedit, amicè
componi possit, placuit remitti dicto D. Ticquet quartam partem Impensarum
Litis secundum veritatem Judicatæ, ijs tamen conditionibus, quas ei proponturi sunt
DD. Caretto, Fourcroy & Colletet, quibus id negotij datum fr. atque ita in orbem
ab amplissimo Dn. Rectore conclusum fuit. / C. Rollin Rector.

Die 12. Martij Dnus. Natio Germanica apud Matriculenses officium
Magni Nuncij pro Civitate, Duc et Archiepiscopatu Glasquensi in Scotia
vacans per obitum Ludouici le Doux contulit Gabrielj Mesmil cui
parochensi, qui solita Juramenta præstitit. /

Eodem die 12. Martij in Comitijs Deputatorum Nationis et Adjunctorum, quo die
absoluta fr auditio rationum accepti et expensi ab Academicis quæstore vltimorum
quæ auditio et jam inchoata fuerat die decimo ejusdem mensis; à quibus
tamen Comitijs posterioribus recesserunt Consuetissimis suis vtriusq; Decanus
ejusq; Adjunctus; quòd ab omnibus, qui aderant reclamatum fr. aduersus
duas conclusiones, quarum priore placuerat nullam fieri distributionem,
quæ tamen ordinariè fieri solebat; posteriore verò distribui tantùm
medium partem ejusdem ordinariæ Sportulæ; re missâ in deliberationem, quia
ejusmodi conclusiones fieri non debuerunt Inconsultis Facultatibus &
Nationibus, idque ex singulorum Ordinum Statutis Senatûs auctoritate
confirmatis, placuit duas illas conclusiones irritas esse & nullas
Vtpote non rectè atq; ordine factas, et in distribuendis Sportulis
stari oportere consuetudini ante duas illas conclusiones obseruatæ solitæ,
donec singuli Deputati singulos Ordines suos consuluerint, & super ea re
ab ijsdem ordinibus Statutum fuerit; atq; ita ab amplissimo Dn. Rectore
conclusum fuit. / C. Rollin Rector.

Die 21. Martij vide pag. 44 Lustrationes collegii adjunctæ.

Die 16. martij 1696. In Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses habitis, de more consessum est in angulo peristylij, ubi facta supplicandi potestate, nemo tamen ad suas supplendi in Comitio prosiit. D. Rector peroravit, privilegia quæ obtinet, decretaq; et literas Commendatorias, et amplissimi Comitatus processum est ad Aedem Divi Learay sub invocatione S^ti Ludovici in Insula, ubi M. Leubier Doctor Theol. Idemq; Rectoris S^ti Ludovici Pastor sacra operatus est. M. Pinsonnat Jus Doctor Theol. concionem habuit.

Die habita sunt apud Maturinenses hora 7^a. matutina Comitia Deputatorum omnium habita ad aperiendum de more rotulum, quem morem retinere placuit. C. Rollin.

Die 24. martij In Comitijs Rectoris apud Maturinenses horâ 10^a. matutinâ de more habitis facta supplicandi potestate, Jacobus de Tendo Clericus Sistaricensis M. Pauli le Cordelier celeberrimi in Mazarinæo primi professoris antea discipulus cujus nomen extat in tribus tantum Catalogis, dein vero in professorem Logicorum, postquam fidem fecit virorum gravissimorum testimonijs se per integrum primum cursum diligenter et assidue dicti professoris lectionis scriptis et omnibus exercitijs, petijsse nec unica nec ulla quidem voluntaria inscribendi nominis omissio sibi impedimento fuisse, quo minus ad examina Magistrij in artibus admitteretur. Deinde duo alij supplices discipuli, alter Reginaldus le Coeq virionensis, alter Herueus le Cordier Abrincensis Dioc. Bajocensis, postquam ubique per biennium in Universitate Cadomensi primum operam dedissent, prior quidem in Collegio Harcurano a Dionysio Halibg anni 1670. ad Paschales anni 1672. ibi tum docente M. Petro Cellier, posterior vero in Collegio Sylvano a Dionysio Halibus anni 1692. ad Festum Paschale anni 1694. ibi tum docente M. Stephano Gualtier, petierunt ut biennium illud Cadomense sibi hic pariter pro uno anno haberetur, atque adeo licerea ad examina Magistrij in artibus admitti. Præterea M. Nicolaus Pariset professor nauarricus, Idemque Nationi Germanicæ adscriptus Magister jam a die 14^a. augusti anni 1694. Et quidem in Tribu Continentium, cujus ex Tribulis Indigena, conquestus est, quod cum sit jure et vere esse debeat ejusdem Nationis Decanus, atque adeo in Comitijs secundum Procuratores sedere, jurata statuta dictæ Nationis Senatûs autoritate confirmata, se tamen ab Insularibus Magistris prohibeatur quo minus Decanatûs Juribus fruatur, postulauitque, ut quoniam ipse ex omnibus Germanicæ Nationis Magistris unicus professor ac Regens, cumque statutum sit, ut antiquissimus aut Regens actu, aut qui per septem annos Regens fuerit, sit dictæ Nationis Decanus, sedeat secundus ornatissimus Procuratores et Decanatûs Juribus fruatur. Quâ de re postea audito M. Joanne Parely ornatiss^o Germanicæ Nationis Procuratore, audito etiam M. Edmundo Pourchot Vniversitatis Syndico, visis dictæ Nationis Germanicæ statutis, quorum unum his verbis concipitur: Quamquam duo Tribus sint, Decanus tamen unicus, isque Juxta vetera statuta Nationis, Vniuersitatis et Senatusconsulta antiquissimus aut Regens actu, aut qui per ~~septem annos~~ septennium Regens fuerit, audito etiam eodem Procuratore de cæteris supplicibus, tum omissis ad deliberandum Nationem, postquam maturè deliberatum est, Gallicana, priscaque Germanorum animorum consensu per ornatiss^os Procuratores hos retulerimus, sibi liquere M. Nicolaum Pariset Jure Decanum esse Germanicæ Nationis, atque Injunctâ prohibere quo minus iste Pariset Decanus sedeat et Decanatûs Juribus perfruatur. omnibus tandem Indulgentibus voluimus cæteris supplicibus quod petierunt atque ita ab amplissimo D. Rectore cuncta de

quod vero

Confirmati quadrennio
R. M. Andreas Sarrazin
R. le comte professor
Magnanus, M. le Febre
Expocurator Normanus
et M. de la meure
Thesaurarius Provincie
Sacrauit, in cuius locum
ingressi retulerunt pro
Gallicana, & Rectoris
facta prorogatione
& Rectore aliquo prorogato
& singulis nationibus confirmatis
etc. C. R.

Anno Domini

Quod verò in Natione Gallicana turbæ hucusque [illegible] deliberandæ
extra postrò eius exercitatæ, eumque tumultus excitasse dicerentur quidam
Guidem Nationis Tribulia, Nomine ne quid simile posthac
fieret, quod ius antea nec semel, nec nisi oppositione aliud esset, Idem
M. Edmundus Fourré Syndicus postulauit, vt illi ph. tribuli
Interdicetur, ne deinceps Comitijs Interesset; quâ de Syndici
postulatione, primùm ritibus ad deliberandum Nationis, per omnes ordines
procuratores retulerunt, libi placuisse nullam deinceps dari Spatulam
Illi Magistro Turbatori, si ad Comitia veniret dari verò postmodum
si à Comitijs abstinuisset; atque ita partim ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

C. Rolliy R.

Die 2. aprilis natio Gallicana apud Mathurinos officij Magni Nunciij pro Episcopatu Trecorensi vacans per obitum Petri Antfraume conlatio Antonio Leau cui Picardi, qui tribus Iuramenta præstitit.

Die 7. aprilis 1696. In Comitijs Deputatorum omnium Statuum ordinis apud D. Rectorem & Collegio Laudunensi habitis, quibus cum Ipso D. Rectore Initio fuerunt RR. DD. M.M. Guichard Theol., Delez, Consultiss.ti Berger Medicinæ Facultatis Decani de Haulle Francus, Corette Picardus, Fortin Normanus, et Mugare Smitz Germanus Nationum procuratores, atque vna cum ijs Officiarij.

C. Rolliy R.

Supplicauerunt pro literis nominatis Iure Magistrij in artibus, Baccalaureatûs in Theologia & quinquennij Nicolaus Gouttard pbr Cenomanus, et Gilbertus de Bonnevie de poignial Clericus Claromontensis, taxaque vtrique soluendi placuit, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

C. Rolliy Rector.

Die 21. Martij 1696. Collegia lustrari capta sunt ab amplissimo Rectore et Integerrimis quatuor Nationum Censoribus, quæ [illegible]
[illegible] eis aderant Syndicus et scriba Vniuersitatis.

Probata sunt in Libro a nobilo Censoribus ad nobilem unaquæ.
C. Rolliy Rector.

adventus

Ac 1.us Lustratum est Collegium Æduense per 5. horas et amplius. In eo autem comparuerunt M. Fourré primarius, M. Gilbertus Operis promotor seu procurator, et Bursarij omnes, præter paucos, quibus permissum fuisse dicebatur degere in seminarijs ad aliquod tempus, vt ibi se ad sacros ordines suscipiendos præpararent. Atque ex ijs, quæ vbi primùm ab vtroq; ex eorum, tum à singulis seorsim quæsiuit amplissimus Rector, atque ex eorum responsis ac testificationibus compertum est non minima ex parte Collegio esse disciplinæ dissolutionem; cui malo, et remedium quatenus fieri posset, vt quàm 1.us adhiberetur, placuit eos quos, qui aderant cum amplissimo Rectore, apud quem primo quoq; die conuenire, de corrigendâ illa disciplinæ depravatione deliberaturos. Interim verò ex tempore ac de plano Edictum est, atque injunctum, vt omnes Bursarij vnà cum eorum Magistro primarius et procuratore, singulis diebus feriatis horâ nonâ conuenirent, ad preces pro simul fundendas; itemque manè similiter ad vtrius officium horâ certâ, ac deinceps statis et indictis horis sacrum missæ sanctissimum celebrarentur, cui omnes pie ac religiosè

vt Christianos ac Clericos decet interesse; vtque eo jam tum ipso die ad
dictas horas preces in eâ fierent, et postridie manè similiter, hicq; desiderat
singulis diebus manè et serò, assista ab amplissᵒ Rectore concludit &c vt

Die verò 24 eiusdem mensis Martij apud amplissᵐ Rectorem, dcs vi
adunatis conuenerunt ad sacrum in Collegio Laudunensi, ibiq; perlectis ac mature
perpensis Collegij Aduenis statutis, auditoq; super eâ re Visitatoris syndici
placuit dicti Collegij statuta seu vetera seu noua inuiolabiliter obseruari,
quædam autem ex ijs ob mutatas conditiones temporum immutari, aut
potius aliquâ interpretatione clariùs explicari visum fuit oportere, ea tamen
cautione, vt istis interpretationibus auctoritas Supremæ Curiæ auctoritati
cedat.

Cùm ex ijs, quæ ex dicti Collegij aduenis lectionibus comperta erant,
intellectum esset, dissolutionis fontem indè profluere, quòd Bursarij
negligerent gradus adipisci in ijs facultatibus, in quibus eos studere, aut
jam studuisse oporteret; siquidem Burſæ in Collegijs instituta ac
fundatæ sunt, vt qui eas ad certum ac definitum tempus obtinent,
ex statutis tenantur publica sui specimina edere, vt appareat
quantum in bonarum Artium studijs profecerint, idcirco certa tempora
definiri placuit, quibus dicti Collegij aduenis Bursarij, vti gradus,
quos debent ex statutis adipisci, adipiscantur.

Cumque Bursariorum dicti Collegij aduenis, alij sint Artistæ, alij
Decretistæ, alij verò Theologi, de singulis generibus hic statutum est:

Artistæ, quibus per statuta septennium studij conceditur, vt id temporis
explere possint, poterunt à quartâ Scholâ ordiri; confecto autem ipsius
biennio, tenebuntur intra tres menses gradum Magistrij in artibus
adipisci, aliter ipso facto Burſa vacabit. Quod si quid forte superfit
temporis ex concesso ipsis studij septennio, Theologiæ vel Juri studebunt
donec major Burſa vacauerit, ad quam ex statutis minores Bursarij
transferri debent, cæteris omnibus posthabitis; eâ tamen conditione,
vt tempus illud, quod majores Burſas expectando, Theologiæ vel Juri
dederint, imputetur illis, et ex legitimo majoris Burſæ tempore detrahatur.

Decretistæ, quibus per statuta septennium quoq; studij conceditur,
vt id temporis pariter explere possint, poterunt ab humanitatis Schola,
quam vocant secundam Classem ordiri; Idem confecto ipsius biennio
tenebuntur pariter, intra tres menses gradum Magistrij in artibus
adipisci; aliàs ipso facto Burſa vacabit. Confecto deinceps in studio
Juris biennio, intra sex primos menses Baccalaureatûs gradum consequentur.
Et intra sex alios proximè sequentes licentiæ gradum obtinebunt; aliàs
Burſa vacabit. Siquid autem postea superfit temporis ex concesso ipsis studiorum
septennio, anno post licentiam, Doctoratus Laureas adipiscentur. Cæterum
Burſa Adolescentibus actu ac reuerâ publicas Scholas frequentantibus

non otiosis aut primatis studentibus destinata sint, statutis Decretistis Doctoratus Laureas adepti fuerint (tenebuntur autem ijdem, vt superius præscriptum est, anno post licentiam adipisci, alioquin ipso facto Bursa vacabit) Bursarum emolumento frui non poterunt, etiamsi concessum ipsis studij septennium non expleuerint.

Item quia Theologi similiter intra sex menses post triennium studij Theologici tenebuntur subire examina, et intra alios sex menses Baccalaureatûs gradum in Theologia consequi; alioquin Bursa vacabit, deinde proximam ingredi Licentiam, alioquin Bursa vacabit; Et post licentiam gradum Doctoratûs obtinere præfinito ordine et tempore; alioquin Bursa vacabit.

Quod verò spectat ad nonnullos Bursarios Theologos, qui nunc degunt in Collegio, quique confecto jam studij Theologici curriculo, nullos adhuc adepti sunt in Theologia gradus, placuit annuum eis integrum indulgeri, intra quem tentantur Baccalaureatûs gradum consequi; alioquin ipso facto Bursa vacabit. Cui si quid ipsis superfuit temporis, ad licentiam aut Doctoratum, mercatorum prouehentur. Quorum autem Bursa vacauerit, siue quia legitimum tempus expleuerint siue quia præscriptos gradus definito tempore adepti non fuerint, ijs vetabitur promissa seu procurata Bursarum fructus et emolumenta persoluere; alioquin ductos fructus restituere cogetur de hoc; atque ita ab amplissimo Rectore concluditur.

adiuncti

Die 28. Martij Idem ibidem apud D. Rectorem congregatis, quòd in dicto Collegio Adiuncti publicus nunc patet ea viâ vbi via in alias transitus quibuslibet pennis, quâ frequenter Exteri, immò et Mulieres etiam per facellum vltro citroque commeant, placuit transitum illum muro quàm primum claudi, et vnum tantùm esse dicti Collegij aditum.

Præterea in imâ scalâ, quâ itur ad dicti Collegij cubicula, claustrum ea clathris ferreis, aut saltem ligneis apponi, quod à prope assidente Janitore seu ostiario referatur cui opus erit, ac statim claudatur.

Cum verò Janitorem, qui nunc est, quamprimùm cum vacare dimitti, et alium magis idoneum in ejus locum substitui, qui diligenter curet, neque mulieres in dicta cubicula admittatur.

Mandatum est Bursarijs et præfectis, etiam ijs, quibus publica schola vacat, ne quis Bursarius è Collegio exire, nisi prius à primario commeatum impetrauerit. Nec poterunt Bursarij cujuscunque facultatis sint, abesse omnino, et abnoctare à Collegio sine licentiâ primarij; non poterunt autem abesse ab eodem Collegio vltra tres menses sine peculiari licentiâ primarij et præterea de illius superioris, qua quidem publicè deliberatum, liber inscribetur: quod si vltra concessum tempus absuerint, ipso facto vacabit Bursa.

Sint Bursarij omnes Clericali habitu, vt statutis præscribitur.

Et quoniam vt studiorum, sic etiam virtutis societas multùm valet ad concordiam animorum, et ad stabiliendam disciplinæ ordinem, placuit inire quamprimùm à primario et promotore rationem cum superiore Collegij instituendæ

societatis, ut simul omnes vescantur in eodem coenaculo, quemadmodum statutis veteribus & novis decretum est.

Cum nondum à procuratore seu provisore accepti et expensi rationes annorum 1694 et 1695 redditae fuerint, et singulae singulis annis reddi debuerint, placuit utrasque intra mensem unum & alterum reddi.

Quod verò pertinet ad summam octoginta libellarum, quae pro auditione Computorum privatis solet distribui, placuit eam converti in publicam utilitatem, et adhiberi ad comparandam supellectilem necessariam instituendae victûs societati, et caeteros sumptus super eâ re faciendos.

Placuit quoque, quod factum jampridem oportuit, omnium titulorum & Chartarum ad res Collegij pertinentium, descriptionem quam 1.um fieri praesentibus primario, provisore tribus antiquioribus Bursarijs trium Facultatum, et uno Molinensi, ejusque exemplar subsignatum ab eis, qui ei descriptioni faciendae adfuerint, tradi amplissimo Rectori reponendum in tabularijs universitatis.

Atque ut occuratur Bursarum venditioni, quae fieri dicitur à quibusdam Bursarijs Bursas suas ante tempus statutis definitum abdicantibus, aut expleto tempore decedentibus, pacto cum ijs precio, quibus aditum ad easdem obtinendas pollicentur, placuit non conferri bursas ante annum à die vacationis. Ei autem anno addi menses duos juxta statuta, in gratiam eorum, qui Annoniaci, aut in diocesi viennensi ex parte regni nati fuerint.

Siquis à precibus sive matutinis, sive serotinis, aut à S.to Missae Sacrificio abfuerit, nisi legitimâ causâ impeditus, de quâ primarius indicabit, in singulas vices singulis assibus mulctabitur. eam autem Mulctam placuit diebus dominicis et festis duplicari. Absentium nomina pungit & notabit primarius, aut qui ejus locum tenebit. quae inde proveniet pecunia, cedet in publicos usus.

Et si statutis cum veteribus, tum novis cautum sit, nequid omnino primarius agere possit nisi ex consensu trium Bursariorum, tamen quia experimento compertum est, quatenus inde nasceretur incommodi, placuit, accedente scilicet authoritate supremae Curiae, curam omnem disciplinae tradi et committi uni primario.

Cum exemplar statutorum et fundationum, quod juxta decretum universitatis traditum est amplissimo S. Rectori, non sit integrum, placuit ea quae desunt quam 1.um suppleri, atque adijci ea, quae habentur de duabus alijs recentioribus Bursarum fundationibus qualiacunque sint, idque exemplar subsignatum à primario, provisore et tribus antiquioribus Bursarijs reponi inter manus amplissimi Rectoris. placuit quoque cum 1.um redditae fuerint accepti et expensi rationes, earum exemplar tradi eidem S. Rectori reponendum in Chartophylacijs universitatis, et praeterea aliud exemplar rationum accepti & expensi quae à quinquaginta annis aut fermè redditae fuerint.

Summulam quandam quae à Bursarijs Collegium ingredientibus pro Jocundo adventu solvi hactenus solita erat, et privatis distribui, placuit converti in publicos usus.

Haec in praesens statui et praescribi placuit, donec per tempus licet sparsas per statuta vetera et recentia multiplicem vivendi normas et leges in unum quasi corpus colligere, quas sub uno velut aspectu positas Bursarij possint et facilius nosse et accuratius exequi. Interim mandatum est syndico universitatis, ut quae superius praescripta sunt, diligenter observari curet.

C. Rollin Rector.

Bellovacensis

die 4a aprilis 1696. Lustratum est Collegium Bellovacum; ac 1us M. Joannes Vittement in eod. Collegio phiae professor, nuper verò designatus, et quidem Sto futurus successor M. Nicolai Boutillier viri Maximè Academici, et à multis annis primarij munere summâ integritatis laude perfuncti, sacramentum praestitit coram amplissimo Rectore, qui toti Collegio talem delectum gratulatus, Magistrosq. pariter et Bursarios cohortatus ad ea diligentissime servanda quae à Senatu sapientissimè praescripta sunt, de consilio decrevit ea, quae sequuntur:

Nimirum librum et codicem primo quoque tempore haberi placuit, in quem referantur, 1us quidem praesentia haec statuta, idq. intra octo dies; tum quaecunque ex deliberationibus conclusa erunt; Item vacationes Bursarum et quâ die in earum possessionem novi Bursarij inducti fuerint, atque alia ejusmodi acta ad Collegium pertinentia.

Item fieri quàm 1um descriptionem Titulorum et Charlarum Collegij, ornamentorumq. sacelli, ejusq. descriptionis exemplum tradi visitati, ad duo praeterea exempla rationum accepti & expensi; alterum earum, quae postremò, alterum earum, quae anno jam millesimo sexcentesimo quinquagesimo redditae fuerunt.

Item prohibitum, nequa omnino mulier in Collegij cubicula penetret.

Item placuit Scholares inquilinos, qui in conductis Collegij cubiculis habitant, aut habitabunt, publicae Collegij disciplinae subijci; ac si qui deliquerint, penes primarium esse, eos, quâ visum fuerit poenâ mulctare.

Item promulgari Bursarum vacationes apud Dormanos, alijsque in locis, pro quibus fundatae sunt, nequis eorum hominum, ad quos ea res pertinere poterit, illam ignorare possit; nec de vacantibus provideri ante duos menses elapsos ab ejusmodi promulgatione.

Item tradi quàm primùm exempla fundationis, tum Capellanorum tum Bursariorum Compendiensium.

praellaei

Deinde lustratum est eodem die 4o aprilis Collegium praellaeum, in quo vehementer improbatum est, quòd duo Capellani inconsultâ universitate, nec Senatûs authoritate adhibitâ, id sibi sumpserunt, ut aliquot Bursarum Collationem intermitterent, Bursariorumq. numerum imminuerint. Quia tamen perlectis accepti et expensi rationibus intellectum est Collegium multo aere alieno implicari, visum est sub bene placito Curiae, ut Collegij ruinae occurratur, sex tantùm Scholasticis Bursarum jura ac fructus attribui oportere, donec aes illud alienum dissolutum fuerit. Tunc autem dabitur opera, ut victûs et mensae societas, quae firmissimum est concordiae et disciplinae vinculum, restituatur inter Bursarios, legitimusque earum numerus expleatur.

Quod ut quàm primùm fiat, placuit coerceri supervacaneos sumptus et minimè necessarios, quales sunt, qui fieri solent ad emendas quotannis octo lignorum vehes, eo nomine, quòd importentur ad usum communitatis, quae jam nulla est: quales sunt &

quaedam pecuniarum summulae tum procurandis Collegij negotijs, tum conficiendis accepti et expensi rationibus hactenus ab Officiarijs usurpatae ac retentae, idque eo magis, quod sua sunt illis stipendia in eam rem satis ampla pro paupertate Collegij attributa.

Cum verò aequum non sit plusquam mediam partem Alumnorum domûs quotidiano victu fraudari; è reditu verò Magistrorum ne minimam quidem partem decurtari In tantis rerum angustijs, visum est rationi et aequitati consentaneum, non alia ab ijsdem Officiarijs usurpari cubicula, quàm quae nunc honesta satis et commoda ad habitandum ipsi per se occupant, saltem donec legitimus Bursariorum numerus restitutus fuerit. Caeterarum verò precia aedium, quae ab Inquilinis conducuntur, placuit cedere In rem communem & publica Collegij commoda.

Et quoniam M. Lud.cus Levasseur, ex quo tempore redituum Collegij quaestor fuit, quadringentas etiamnum libellas debet Ex ijs reliquis, quas plus acceperat quàm expendisset, ut patet Ex ultimis ejus rationibus, placuit centum quotannis libellas Ex ejusdem stipendijs eximi atque decerpi, donec residuum illud nomen planè expeditum ac persolutum fuerit.

Ne verò eidem Collegio fraudi futurum sit, quod nemo sit statutis Collegij designatus, qui à primario et procuratore rationes Exigat, placuit eas quotannis reddi coram amplissimo Rectore et syndico visitatis, idque gratuitâ utriusque operâ.

Item librum et codicem comparari placuit in quem referantur, primò quidem praesentia haec statuta, idque intra octo dies, tum quaecunque in deliberationibus conclusa erunt, et vacationes Bursarum, & quâ die In earum possessionem novi Bursarij inducti fuerint, et alia ejusmodi acta ad Collegium pertinentia.

Item vacationes Bursarum promulgari in ijs ipsis locis pro quorum Incolis et popularibus fundatae sunt, nec de vacantibus provideri ante duos menses elapsos ab ejusmodi promulgatione.

Tenebuntur Bursarij Intra tres menses post confectum philosophiae cursum adipisci gradum Magisterij In Artibus, alioquin Bursa vacabit; deinde Theologiae, aut Juri studere, atque Intra sex menses post studij tempus, (quod erit In Theologia triennium, In Jure biennium) subire examina ad obtinendum Baccalaureatum necessaria.

Aderunt omnes et rei sacrae, et precibus, quae fient simul manè et serò statis temporibus, Et singulis diebus Sabathi doctrinae Christianae, quâ eos Instituet primarius.

Nisi verò Bursarij tertio quoque mense afferant Testimonia subsignata manu Magistrorum ac professorum,

quos

quos tunc audient, quibus testimonijs constet eos assiduè ac diligenter studijs navare operam, placuit non persolui à procuratore dictis Bursarijs fructus et emolumenta Bursarum. hac verò testimonia ad hibebit procurator. In reddendis rationibus. Quod si neglexerit hanc seruare legem, et prædicta testimonia negere à Bursarijs, fructus eis persolutos restituere cogetur ê huc.

Postremò sancitum est ne ulla In Collegium mulieres admittantur.

C. Rollin Rector.

Die 11a aprilis. Lustratio Collegij S.ti Michaelis. Deque posita fol. vers.

Die 26. aprilis 1696. Natio Germanica apud Maturinenses officium Magni nuncij pro Ciuitate, Diœcesi et Episcopatu Constantiensi In Germaniâ vacans per obitum Petri Rauè contulit Jacobo Lange cuiusdam Sanctensis, qui solita juramenta præstitit.

Eodem die ibidem Natio Gallicana officium Magni nuncij pro Ciuitate Diœc. et Episcopatu Nolensi apud Armoricos vacans per obitum Caroli Tourain contulit Petro Chambodec Dº. Ter Magnica cuiusdam Sanctensis, qui solita pariter juramenta præstitit.

Die 2do. maij 1696. habita est apud Maturinenses horâ 7a. matutinâ Synodus Beneficiariorum Universitatis, vbi comparuerunt per se M. Nicolaus Arrebis SS. Cosmæ et Damiani pastor, Capellani verò Vesperi se M. Petrus le Vernier, M. Edmundus Ralgram, M. Petrus Poulet, per procuratores verò M. Jacobus le Gentil M. Hugo Nicolaus Cordier, et M. Petrus le Barbier. omnino autem defuerunt M. Choart, M. nic. Matheu, M. Colon et M. Rousse, quos moneri placuit, vt absentiæ causas, si quas habeant, quam primùm afferant, ne verò vnquam post hac simile officio desint, atque vt ab amplissimo D. Rectore admoniti sint.

C. Rollin Rector.

Die 12. Maij 1696. In Comitijs Deputatorum Universitatis ordinariis apud D. Rectorem In Collegio Laudunensi Habitis, quibus præsidente D. Rectore M. Carolo Rollin adfuerunt MM. Dor. Guichard Regia Decanus, Dehault Francia, Fremery Picardia, Forbin de Guettorville Normania, et Smitz Germaniæ Nationum procuratores atque vna cum eis officiarij Supplicarum pro literis nominationis titulo Magisterij de Artibus et Quinquennij Jacobus de Verde Clericus Sistaricensis Et Petrus Parmentier Diaconus Cornotensis, præfati vtrique concedi placuit, atque vt ab amplisso Rectore admoniti sint.

C. Rollin Rector.

Scti Michaelis

Die 11° Aprilis ibq̃ lustratus Collegium Sti Michaelis ab amplissº Rectore aqueiss[a]
4. nationis Censoribq̃, quibus cum eorum Syndicis visitatis et scriba. In eo comperierunt Hieronymus
Maison dieu primarius ejusdemq̃ Capellanus et procurator Collegij, Joannes Charon, Clemens
Gendrant, et Joan. Lingareau Bursarij, oēs Lemovicenses; quartus è Bursarijs (cum enim
tantùm quatuor) Dnus Josephus Ardilier, quamvis ritè admonitus fuisset lustrationem ipsi
collegium ab amplissº D. Rectore, aberat, nec mihi post lustrationem comparuit.
Interrogatis autem ijs tum singulatim tum seorsum, compertum est, Joannem qd Charon, qui
à sex annis in Bursam admissus fuerat, raram admodum et infrequentem dedisse
studijs operam, abfuisse sæpius à Collegio, nec ejusmodi esse, qui in studio literarum
possit proficere; Josephum verò Ardilier, fuisse hactenus indocilem, montanburt
asperum, legum et superiorum contemptorem; eundem sæpius abnoctare et abesse
à Collegio; nuper die festo annunciationis Beatæ virginis redijsse hora sequi duodecima
de nocte, accinctum ense, et comitante milite, valuasq; Collegij et vicinarum ædium
cum probris et conuicijs pulsasse. His aliisq; auditis et compertis discessum

Die verò 19 Maij congregatis apud amplissum Rectorem integerrimis Censoribus una
cum Syndico et scribâ visitatione, postulante Syndico statuta et decreta fi, quæ sequuntur:

Vt Bursarij cum primario singulis diebus feriatis, paulò ante horas nonas
conuenient ad preces Deo simul faciendas, utemq; mane similiter ad idem officium,
astate qd sesquihorâ, hieme verò sextâ horâ: ac deinde statis et industria
horis sacrum Missæ sacrificium celebraretur, cui oēs piè ac religiosè, ut
Christianos et Clericos decet, interessent. Si quis autem à precibus hinc matutinis
sue serotinis, aut à sto Missæ sacrificio et cæteris diurnis officijs ab hinc
mihi legitimâ causâ impeditus, de quâ primarius judicabit, in singulas vices
singulis assibus mulctabitur. Eam autem mulctam placuit duobus denarijs
et obolis duplicari. Absentium nomina punget et notabit primarius, aut qui
ejus locum tenebit. quæ inde proueniet pecunia cedet in publicos usus.

Singulis diebus sabathi statâ horâ primarius Bursarios doctrinæ Christianæ
præceptis instituet, eósque edocebit quæ ad Religionem pertinent.

Eisdem diebq̃ statâ quoq; horâ primarius à Bursarijs studiorum rationes exiget.

Bursarij tertio quoq; mense tradent primario testimonia habitgnata manu
professorum, quos tunc audient, quibus testimonijs constet eos assiduam ac diligentem
studijs navare operam. Placuit autem non perfore à procuratore ductis Bursarijs
fructus et emolumenta Bursarum, nisi proferant ejusmodi testimonia, quæ ipse
procurator exhibere tenebitur in reddendis rationibq̃. quod si neglexerint hanc servare
legem et prædicta testimonia exigere à Bursarijs, fructus eis persolutos restituet è suo.

Tempus studiorum sic placuit definiri juxta præsentem studiorum formam
ac regulam: orditi cursum poterunt à qualibet Grammaticæ aut Humanioris
Literarum Scholâ, nec studiorum ac Scholarum cursus interrumpent; alioqui Burſa vacabit.
Tenebuntur autem Bursarij suæ Theologiæ suæ Juri studere postea velint,
ne tempus frustrà terant, intra tres menses post confectum philosophiæ cursum adipisci
Gradum magisterij in Artibus, alioquin ipso facto Burſa vacabit. Deinde
Theologiæ aut Juri studere. Qui Theologiæ studebunt, intra sex menses post
triennium studij Theologici, exercitium tenebuntur subire examinis, et intra
alios sex menses Baccalaureatûs gradum in Theologia consequi; alioqui ipso facto
Burſa vacabit; deinde proximum migredi Licentiæ, alioqui Burſa vacabit: et post
Licentiæ gradum Doctoratûs obtinere prius finito ordine et tempore; tumque
confecto studiorum cursu Burſa vacabit. Qui verò Juri studebunt
post confectum Juris biennium, intra sex primos menses Baccalaureatûs
gradum consequentur, et intra sex alios proximè sequentes, licentiæ gradum
obtinebunt, alioqui Burſa vacabit. Anno autem post licentiæ,

Doctoralis laureæ

Doctoralem Lauream adipiscentur; Idemque illis erit et studiorum & Bursae finis. Qui autem à studio Juris ordientur, poterunt Juri studere etiamsi non sint Magistri in artibus, definitosque supra statutis temporibus gradus obtinebunt, nec ultra Lauream Doctoralem, Bursarum Emolumentis perfruentur.

Quorum autem Bursa vacaverit, sive quia legitimum tempus expleverint sive quia praescriptos gradus definito tempore adepti non fuerint, vetatur procurator ijs Bursarum fructus persolvere, aliter ductos fructus restituere cogetur de suo.

Et quoniam, ut studiorum, sic etiam victûs societas multum valet ad concordiam animorum, et ad stabiliendum disciplinae ordinem, à primario dabitur opera, ut quam 1um simul omnes Bursarij et ipse primarius vesciantur in eodem coenaculo, quemadmodum statutis Collegij decretum est.

Nulli Bursariorum, qui humanioribus literis aut philosophiae student, liceat è Collegio exire praeter quam ad frequentandas statis horis scholas, nisi prius à primario commeatum acceperint. Caeteri quoque, si frequentius exeant, moniti aliquoties à primario, ejus arbitrio mulctabuntur.

Nullus pernoctet extra domum sine legitimâ causâ, quam tenebitur manifestam facere primario, et ab ipso licentiam accipere. Si quis saepius à 1ario monitus, atque etiam ob id mulctatus, iterum tamen de nocte abfuerit, bursâ omnino privabitur ab ornatissimo Galliae nationis procuratore.

Nullus omnino aberit à Collegio sine licentia Magistri, quam ductus Magister scriptam dabit, et in deliberationum libro inscribet, nec ultra tres menses abesse licitum erit, nisi accedat etiam licentia ornatissimi Galliae nationis procuratoris, eaque scripto tradita, quae ipsa quoque publico deliberationum libro inscribetur.

Nullus adducet secum extraneos qui pernoctent in domo, nisi de licentia magistri gladio accincti juvenes in Collegium non admittantur.

Sint Bursarij omnes clericali habitu et domi et extra domum, praeter Decretistas qui poterunt esse alio habitu, sed modesto.

Fiet quam 1um descriptio omnium titulorum et Chartarum ad res Collegij pertinentium item & suppellectilium ad Capellam attinentium, praesentibus primario & Bursarijs omnibus, ejusque exemplum subsignatum ab ijs, qui ei descriptioni faciendae adfuerint, tradetur ornatissimo Galliae nationis procuratori, et amplissimo D. Rectori.

Arca communis, in quâ tituli et Chartae ad Collegium pertinentes reponentur, claudetur tribus clavibus, quarum unam 1arius, reliquas duas antiquiores duo Bursarij habebunt, quia nunc idem primarius procuratorque est; nec nisi praesentibus quatuor Bursarijs poterit aperiri.

Procurator reddet Bursarijs accepti & expensi rationes, semel saltem in anno, praesentibus ornatissimo procuratore honorandae nationis, & decano tribus Biturciensis, idque stato ac certo tempore, scilicet sub finem octobris. Ac si id procurator facere neglexerit, aut certe rationes suas ductis procuratori & decano non exhibuerit intra unum ab illo stato tempore mensem, placuit eum pro singulis hebdomadis, quibus tali officio defuerit, singulos nummos argenteos, quos scutatos vocant, solvere de suo in rem Collegij communem.

Semel saltem singulis mensibus, et saepius si res postulaverint, certâ & statâ die congregati simul primarius & Bursarij agent de negotijs Collegij. Ibi procurator exponet quid à quoque acceperit, quid impenderit. Si quae sint aedes resarciendae, si qui sumptus faciendi, communicabit cum Bursarijs, nec quidquam ijs inconsultis faciet. Quae ibi decreta fuerint item vacationes Bursarum, tempus ac dies, quo quisque in Bursarum possessionem admittetur, et alia ejusmodi ad Collegium pertinentia publico deliberationum libro

inscribentur; et quæ hic inscripta fuerint, proximis comitijs relegentur.

Siquæ graviores impensæ et reparationes faciendæ erunt, aut aliquid eiusmodi paulò majoris momenti, consulentur ornatiss.ⁱ Gallis procurator et Decanus Tribûs Asturiensis, ac hi diuersa sibi subinde, audita autoritas amplissimi d. Rectoris, nec quidquam gravioris momenti inconsultis ijs fiet, rerumq; conservatus publicus delectus libro inscribatur.

Nulla mulieres in Collegium admittentur. Claudatur Janua Collegij serò ætate qd nonâ horâ, hieme verò octauâ, iuxta Statuta Collegij. Observati autem sunbg Claues ad primarium deferentur. Postica fores, quibus ad vicinas aedes pater aditus, quamprimùm muro obsepientur.

Quod verò pertinet ad Bursarios duos, scilicet Joannem Charon et Josephum Ardilier; quoniam statuta expressè jubent hi; Studentes in decretis profiteri mutantur, vt infra sextum annum fiant Baccalaurei; alteri commodis sibi dictæ domus prouidentur, et ab ipsi domo et Collegio totaliter expellantur; placuit Joannem Charon, qui à sex annis et amplius in Bursa admissus nondum vllos in Jure, cui studere se dixit, gradus assecutus est, Bursâ priuari, ejusq; bursa ex hoc ipso die vacantem declarari, atq; adeo alium in ejus locum substitui intra sex menses ab ijs, quorum id juris est; alias ab Vniuersitate prorsus eijci, vt aliquis ei substituatur; idque eò magis quòd dictus Charon ab amplissimo d. Rectore interrogatus, se mentes hi Grammatici præceptis non esse instructus, vt statuta jubent; et præterea id sit ætatis, quâ hæc elementa edisci facilè non valeat.

Alterum verò, scilicet Josephum Ardilier, qui erga primarium indecore et contumaciter, nec ipsius amplissimi d. Rectoris imperio obediens fuit, placuit prope diem citari ad tribunal amplissimi Rectoris veniam supplicitèr petiturum hujus inobedientiæ, et publicè admonendum, nisi in posterum se se modestius gerat, Bursâ omnino priuatum iri. Quoniam autem statuta dicti Collegij expressè vetant quemquam admitti ad studium Physicæ, nisi bis Magistro Artibus et Baccalaureo Artium Ardilier jam ferè triennium Physicæ explenit non adepto illo gradu, placuit, nisi intra tres menses gradum magisterij Artibus consecutus fuerit, elapsis illis tribus mensibus bursa ejus ipso facto vacantem alteri attribui; atque ita ab amplissimo d. Rectore constitutum est.

C. Rolliy Rector.

Die 19. maij 1696. Lustratum est Collegium stæ Barbaræ, in quo interrogatus primario procuratore, Capellano et Bursarijs, compertum est acceptis et expensis rationes jam ab annis ferè duodecim redditas non fuisse, idq; propter primarij negligentiam, qui per annos complures redituum Collegij quæstor fuit. Quâ de re auditus Syndicus veritatis postea exposuit ex ejusmodi procuratorum in reddendis rationibus incuriâ certissimum plerumq; imperitiæ Collegijs ruinam postulauit, vt primariâ, nisi intra unum mensem rationes aliquot suas reddere inceperit, ac nisi eas ante trium mensium spatium ita reddidisset censeatur ipso facto primarij munere excidisse. Placuit autem mihi intra mensem reddi coeperint à dato hujus anni rationes suas, ac nisi omnes redditæ fuerint ante tres menses, tum facto à Syndico postulatum rationem haberi.

Item post redditas à primario rationes intra tempus præscriptum placuit à procuratore, qui nunc est, suas reddi intra mensem proximè sequentem; Item ex tradi veritati suæ redditarum rationum exemplaria, altera quæ recentiora, altera verò antiquiora, vt ijs peritis, cognito quæ præsenti rerum statu, melius decerni possit, quid à Collegij re videatur. Rationes autem redditi deinceps quotannis certo ac stato die; ac si id procurator facere negligerent, aut certè rationes suas superioribus non exhibuerint, tum post elapsum mensem, placuit eum pro singulis septimanis, quibus tali officio defuerit, singulos nummos argenteos soluere debere arcæ Collegij eidem.

Item placuit singulis diebus Sabbati coetum haberi de rebus Collegij pertinentibus, et quæcunque ea deliberationibus conclusa fuerint, ea in libros et actus publicos referri.

Item fieri descriptionem titulorum omnium et Chartarum, rerumque mobilium & supellectilium, quæ fuerint ad instruendum ornandumque Sacellum comparatæ.

Item promulgari vacationes Bursarum in ijs locis, in quibus id fieri consuevit, neque de Burſis provideri ante duos menſes ab eâ vacationum denunciatione, quia vt et Bursarum vacatio publicis deliberationum libris inscribatur.

Item tenebuntur Bursarij intra tres menſes post confectum ſuum curſum adipiſci gradum Magiſterij in Artibus, aliquin Burſa vacabit ac poſt alios tres menſes, qui dictum magiſterij gradum non conſecuti fuerint, placuit non procedere illis Bursarum emolumenta, quæ hi à procuratore ſolvuntur, ad ipſius tamen diem.

Item fient preces in loci mane et ſero ſtatis horis, et res ſacræ, nec omittet primarius Bursarij Doctrinæ Chriſtianæ præcepta ſingulis ſabbati diebus certâ & ſtatâ horâ explicare. Itemque fient à primario reſpectiones Burſarijs qui tenebuntur ſingulis trimeſtribus exhibere eorum, quos audient, profectuum teſtimonia, quibus conſter eos aſſiduè ac diligenter ſtudere. Nec ſolent procurator dictis Bursarijs fructus Burſarum perſolvere, niſi prius eorum ejuſmodi teſtimonia, quæ ipſe in reddendis rationibus exhibere tenebitur.

Item placuit duo poſtica, quibus è viâ publicâ aditus in hortum & aream Scalam patet, et alia ſi qua ſint, intra quindecim dies, lapideis claustris obſepiri.

Sanctum præterea neque mulier in Collegij cubicula penetret, vtque in ejus oſtiariæ locum, quæ nunc eſt, novus ianitor quamprimum ſubſtituatur.

C. Rolliy Rector.

Lubantini

Eodem die 19. maij luſtrauit Collegium Lubantinus, ab amplisſ. D. Petro Paguetio 4. Nationis Conſulibus, quibuscum aderant Syndicus & Scribæ ordinarij. In eo comparuerunt M. Edmundus Chalgrain Auguſtodunenſis, primarius, Simon Chappuis auguſtodunenſis, ejusdem Collegij Capellanus, et præterea Burſarij, primi Sac. Edmundus Chalgrain, Franciſcus Parmentier, et Antonius Chalgrain, qui tres ſunt Pariſini. Interrogatus autem primus an cur tres tantùm Burſarij nunc eſſent, ijque omnes Pariſini, cum juxta ſtatuta debuerint eſſe ſex, ijque aſſumi in Sedem de Lubanto Dioc. Nuernenſis et in villis circumvicinis dictæ villæ ad quinque, et intra circumquaque ipſas villas, ita tamen quod de dictis locis circumvicinis non concurrant duo de eodem loco in dictâ domo, sed unus tantùm eadem vice; reſpondit imminutum eſſe Burſariorum numerum propter imminutos Collegij reditus; Pariſini verò attributas ex eas Burſas, quia nemo ex dictis ſuperâ locis mittatur præter modicos Burſarum fructus et reditus. Mos verò duos ex dictâ villâ de Lubanto aut villis circumvicinis à Collegium eſſe admittendos.

Interrogatus deinde primarius cur à ſex aut ſeptem annis non accepti & expenſi rationes non reddidiſſet, reſpondit per ſe non ſtetiſſe, protuliſque easdem rationes ſuas, quas paratus eſſet reddere, promiſitque intra quindecim dies ad ſummum, eas ſe redditurum univerſas.

Placuit admoneri Superiores, ut quæſtiones rationes reddi curent, in poſterum easque reddi quotannis ſtato tempore, ſcilicet intra octavam natalis Pri Joannis ac ſi id procurator facere negligerent, aut certè rationes ſuas Superioribus non exhibuerint intra unum ab illâ ſtatâ die menſem, eum pro ſingulis ſeptimanis quibus hunc officium defuerit, ſingulos nummos argenteos, quos Scriptor vocant, ſolvere ex huic rei rem Collegij communem.

Quod ſpectat ad imminutum Burſariorum numerum, quamquam ad ſtatutæ nequaquam poſtulare præſens ſtatus Collegij, improbatus tamen ea quod

quod sine permissu superiorum, qui scripto extaret, et inconsultâ vrsitate, nec senatus autoritate adhibitâ id factum fuerit. Nihil autem super eâ re statui ~~[illegible]~~ oportere visum est, donec redditis rationibus perspici possit, quo nunc in statu sint res Collegij. Itaque placuit statim atque redditæ essent rationes vltimi anni, earum exemplum tradi amplissimo D. Rectori, item & aliarum rationum, quæ à 50. fermè annis redditæ fuerint.

Quod spectat ad patriam Bursariorum, cum sacra sancta debeat esse Fundatoris voluntas placuit quamprimum publicè denunciari in villa de Hulanto, et aliquot villis vicinis vacare Bursas in dicto Collegio, et si qui se obtulerint, ipsis locum cedi ab ijs, qui nunc dictas Bursas obtinent. quod si post tres menses à publicâ istâ denunciatione, quam factam esse in dictis locis publico instrumento patere oportebit, nemo se obtulerit, tum dicti tres Bursarij parisini justè ac legitimè bursas obtinere videbuntur. Cum autem in posterum aliquis vacabit locus, vacatio bursæ publicè denunciabitur in dictis locis et hæc denunciatio publico instrumento patefacta inscribetur in deliberationum libro; nec nisi tertio mense post hanc publicam denunciationem ad bursas admitti poterunt, qui non erunt è dictis locis oriundi.

Qui autem ad Bursas admittentur, legitimum proferent testimonium & patriæ & ætatis suæ, quod publico deliberationum libro inscribetur, vt hac in re etiam satisfiat voluntati Fundatoris, qui jussit recipi pueros in pupillari ætate existentes videlicet octo vel novem annorum vel circiter, vetuitque eosdem vltra festum Joannis Bap.tæ immediatè sequens decimum sextum annum ætatis completum remanere et commorari in dictâ domo.

Pergent fieri manè & serò preces statis horis, vt solet, item & sanctum Missæ sacrificium celebrari. Siquis defuerit sine legitimâ causâ, in singulas vices singulis assibus mulctabitur. Eam autem mulctam placuit diebus festis et dominicis duplicari.

Singulis diebus sabbati statâ horâ primarius Bursarios instituet præceptis doctrinæ Christianæ, atque eos, quæ ad Religionem pertinent, diligenter edocebit.

Iisdem diebus statâ quoque horâ primarius à Bursarijs studiorum rationem exiget.

Bursarij tertio quoque mense ostendent primario testimonia subsignata manu Magistrorum ac professorum quos tunc audient; quibus testimonijs constet eos assiduam ac diligentem navare studijs operam. placuit autem non persolvi à procuratore dictis Bursarijs fructus et emolumenta Bursarum, nisi proferant ejusmodi testimonia, quæ ipse procurator exhibere tenebitur in reddendis rationibus. Quod si hanc legem servare neglexerit, et prædicta testimonia exigere à Bursarijs, fructus persolutos restituet è suo.

Publico deliberationum libro inscribentur vacationes Bursarum, tempus & dies quo quisque in bursæ possessionem admittetur, ætas & patria vnius cujusque, & alia ejusmodi omnia ad Collegium pertinentia.

Si quæ graviores impensæ et reparationes faciendæ erunt, aut aliquid aliud paulò majoris momenti, consulentur dicti Collegij superiores, nihilque gravioris momenti inconsultis ijs fiet, eorumque consensus publico deliberationum libro inscribetur.

Nulli Bursariorum exire licerat è Collegio præterquam ad frequentandas statis horis scholas, nisi prius à primario commeatum acceperit.

Nullus pernoctet extra domum sine causâ legitimâ, quam Magistro tenebitur manifestam facere et ab ipso licentiam accipere. Siquis à primario monitus atque etiam ob id mulctatus, rursus tamen abnoctaverit, bursâ omnino à superioribus privabitur.

Magister & Capellanus non poterunt abesse à Collegio & pueros dimittere absque licentiâ superiorum, idque ad tempus duntaxat modicum; tunc quoque tenebuntur in sui locum substituere aliquem, vt expressè statutis jubetur.

Nullus secum adducet extraneos ad jacendum in domo nisi permissu & de licentiâ magistri. Gladio accincti juvenes in Collegium non admittentur.

Erunt Bursarij des Clericali habitu et domi et extra domum.

Fiet quamprimum descriptio omnium titulorum & Chartarum ad res Collegij pertinentium; item & supellectilium ad Capellam attinentium, ejusque exempla singula singulis superioribus et amplissimo D. Rectori tradentur.

Area commune

Arca communis, in qua tituli et Charta ad Collegium pertinentia reponentur, cui duabus clauibus, quarum vnam primarius, procurator alteram habebit.

Nulla mulier in Collegium admittetur, habitq; operam primarius, vt hospita forte nunc ibi versetur, è collegio quam primum discedat.

Claudetur Janua Collegij sero horâ nonâ. Haec omnia diligenter obseruari placuit, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum, &c.

C. Rolliy Rector.

Sagiensis.

Die 23. maij 1606. Lustratum Collegium Sagiense ab amplissimo Rectore, et 4. Nationum aquissis Censoribus, quibuscum aderam Syndicus visitator & Scriba. In eo autem comparuerunt M. Christophorus Repicket primarius, M. Christophorus Rocket Capellanus, et Bursarij sex. E reliquis quatuor (tam enim omnino decem) duo duti sunt in seminarijs degere, vbi se ad suscipiendos sacros ordines praeparent; alter petita à primario licentia ob negotium aliquod aberat, quartus denique qui vocatur michael Restrand, quamvis tunc in Collegio versaretur, non comparuit, Idemq; quamvis tunc Legitimè monitus, recusauerat sistere se cum reliquis Bursarijs coram amplissimo Rectore studiorum rationem reddituros.

Interrogatis autem tum omnibus in communi simul, tum singulis seorsum, Intellectumq; non minimam fuisse in eo Collegio disciplinae dissolutionem. Cui malo vt [illegible] remedium quoquo fieri posset, et quam primum adhiberetur, placuit eos ijs, qui aderant cum amplissimo Rectore, apud ipsum primo quoque die conuenire, de corrigendâ illâ disciplinae depravatione deliberaturos. Interim verò extemporè ac de plano Edictum est atq; injunctum, vt omnes Bursarij vnâ cum primario et Capellano singulis diebus sero paulò ante horam nonam conuenirent ad preces pro simul faciendas, Itemq; mane similiter ad Deum orandum, exacta quidem Tertiarum, Sexta verò quinta, hyeme verò sexta horâ; ac deinde statis et indictis horis Sacram Missam Sacrificium celebraretur, cui omnes pie ac religiosè, vt Christianos ac Clericos decet, interessent, vtque eo ipso tempore die ad dictas horam preces in coi fierent, et postridie mane similiter, hicq; deinceps singulis diebus mane &c. Injunctum autem primario, vt absentium nomina notaret, redditurus prope diem amplis. Rectori rationem singulorum Bursarijs solitos esse antehac tardius in Collegium regredi, & inde ortum morum ac disciplinae depravationem; placuit sexta statuta ab ijsdem domûs et totius visitatae Collegij fores claudi sero horâ nonâ, singulisq; diebus post obseratas fores deferri claues à Janitore ad primarium.

De statu verò praesenti reditumq; Collegii, qui non essent sufficiendis sumptibus necessarijs partis, deliberatio remissa in aliud tempus. Injunctumque procuratori, vt duo exempla rationum describi curaret, alterum veteris, vetus alterum, eaq; inter manus amplis. Rectoris quam primum deponeret, vt ijs perlectis cognitoq; praesenti Collegij statu, maturiùs de ea re posset deliberari; atq; ita ab amplissimo Rectore conclusum, &c.

C. Rolliy Rector.

Die 26 Maij 1696. Lustratum est Collegium Geruasianum ab ampliss. Rectore, et Integerrimis quatuor Nationum Censoribus, quibuscum erant Syndicus et Scriba Vrsitatis. In eo autem comparuerunt M. Andreas Mansel Doctor Theologus, prior et primarius dicti Collegij, M. Petrus Bunouf procurator, M. Robertus Surville vnus è duobus Capellanis, et praeterea Bursarij omnes tam majores quam minores, paucis exceptis qui varijs de causis abesse dicti sunt. E majoribus autem Bursarijs sunt sex Theologi, medicus vnus, vnus decretista, et vnus Scholaris Regius seu Matheseos professor. Artistae verò seu minores Bursarij omnino sunt octo. Jis tum communiter et simul, tum seorsum et separatim Interrogatis, compertum est in eo Collegio non minimam esse disciplinae dissolutionem; Cui malo vt remedium, quantum fieri posset, et quamprimum adhiberetur, placuit eos omnes qui aderant cum ampliss.o Rectore apud Ipsum primo quoque die conuenire de corrigendâ Illa disciplinae depravatione deliberaturos. Interim verò ex tempore ac de plano Edictum est atque Injunctum, vt omnes Bursarij vnà cum primario precibus quae mane et sero, statis indictisque horis fiunt, Item Sancto Missae Sacrificio, caeterisque Christianae pietatis officijs diligenter adessent, et quotidie serò horâ nonâ Collegij fores clauderentur. atque ita ab amplissimo R. Rectore conclusum est

C. Rollin Rector.

Thesaurarii

Die 28. Maij Lustratum est Collegium Thesaurariorum ab ampliss.o Rectore et aequiss.is 4. Nationum Censoribus, quibuscum aderant Syndicus et Scriba Vrsitatis. Comparuerunt In eo M. Cl. Galliot doctor Theologus et primarius, quatuor Bursarij Majores, quintus aberat, et sex Bursarij minores excepto vno, qui in Seminario degere dictus est; diuerseos Rothomagensis omnes è tractu Caletensi juxta statuta. Interrogatis autem ijs et communiter omnibus, et singulis separatim, patuit satis diligenter obseruari disciplinam et statuta. Ex aliquorum tamen responsionibus et querelis apparuit reditus Collegij ordinarios aequari aut etiam superari Impensis annuis et ordinarijs, quod proximam Collegio Calamitatem portenderet nisi ei malo obuiam iretur. Eâ autem de re nihil decerni posse visum est, donec perspectis accepti et expensi rationibus compertum euidenter fuisset, qualis esset praesens Collegij status. placuit igitur quamprimum tradi ampliss.o Rectori exemplum Rationum, quae recens et vltimo anno; Item veterum, quae à quinquaginta annis redditae fuerint.

quod pertinet ad disciplinam, vt pietatis et studiorum exercitatio magis ac magis floreat, postulante Syndico decreta sunt quae sequuntur:

Bursarij omnes tum majores, tum minores vnà cum primario singulis diebus sero horâ nonâ conuenient ad preces Deo simul faciendas; Itemque mane similiter ad Idem officium horâ sextâ; ac deinceps statis et Indictis horis sacrum missae Sacrificium celebrabitur, cui omnes piè ac Religiosè, vt Christianos ac Clericos decet, Intererunt. Siquis autem à precibus aut matutinis aut serotinis aut à Sancto Missae Sacrificio et caeteris diuinis officijs defuerit, nisi legitimâ causâ Impeditus, de quâ primarius Judicabit, In singulas vices singulis assibus Multabitur. Eam autem Multam placuit diebus dominicis et festis duplicari. Absentium nomina punget et notabit primarius, aut procurator. quae inde proueniet pecunia, cedet In publicos vsus Capellae.

singulis

MOYEN PAPIER DEUX SOLS LA FEUILLE

Singulis diebus Sabathi hora sexta primarius Bursarios doctrinae Christianae praeceptis instituet, eosque quae ad Religionem pertinent, edocebit. Iisdem quoque diebus statâ horâ primarius à Bursarijs studiorum rationem exiget. Ac praeterea, ut Decreto Supremae Curiae anno 1679. Injunctum est, Bursarij omnes Theologi tenebuntur semel in anno tueri suo quisque ordine publicas de Theologiâ theses; philosophi verò de philosophiâ. Destinata tuendis hisce thesibus dies indicetur à Magistro uni cuique Bursariorum juxta ordinem suae receptionis. Respondens Theses suas communicabit cum primario decem diebus antequam respondeat; Idemque earum exemplum singulis eorum, qui disputaturi sunt, tradet octo diebus antequam eas tueatur. Bursarij omnes Theologi tenebuntur disputare, cum de Theologiâ theses propugnabuntur; cum verò de philosophia, Theologi pariter & philosophi disputabunt, idque post primarium, qui semper disputationes sive de Thgia sive de phia aperiet, ijsque praesidebit. Quicunque majorum Bursariorum ab ijs repetitionibus studiorum, quae fient singulis hebdomadis, aberit sine legitimâ causâ, de quâ primarius judicabit, multabitur in singulas vices decem assibus; qui verò publicas theses suo ordine tueri neglexerit, viginti assibus multabitur. E minoribus verò Bursarijs qui abfuerit à Repetitionibus studiorum, quae fient singulis hebdomadis, privabitur portione mensae in unum diem; in duos verò, qui publicas theses sustinere ac tueri ~~neg~~ omiserit.

Bursarij tertio quoque mense tradent primario testimonia subsignata manu professorum quos tunc audient, quibus testimonijs constet eos assiduam ac diligentem navare studijs operam. Placuit autem non admitti dictos Bursarios à primario ad aulam et mensam communem, nec ijs persolvi à procuratore fructus et emolumenta bursarum, nisi proferant ejusmodi testimonia quae ipse procurator exhibere tenebitur in reddendis rationibus. Quod si neglexerit hanc servare legem, et praedicta testimonia exigere à Bursarijs fructus eis persolutos restituet è suo.

Cum autem Lubricae Adolescentium aetati nulla sit infensior pestis, quam otium, optimusque sit magister officij, et custos disciplinae labor, placuit sic studiorum tempora definiri, nullum ut iners & vacuum à labore spatium relinquatur, quae fuit profecto mens Fundatorum in instituendis Collegijs.

Igitur minores Bursarij, quibus nullum per statuta peculiare tempus definitum est, poterunt à qualibet Grammaticis vel humanitatis scholâ ordiri. Tribus autem mensibus post confectum phiae cursum tenebuntur gradum Magisterij in Artibus assequi; aliter ipso facto Bursa vacabit. Tum si qua major Bursa vacabit, ad eam admittentur caeterisque omnibus hac in re praeponentur. Si nulla major Bursa vacabit, poterunt Thgiae studere, eâ tamen conditione, ut tempus illud, quod Majorem Bursam expectando, Thgiae dederint, annumeretur illis, & ex Legitimo majoris majoris Bursae tempore detrahatur. Ultra verò Theologici studij triennium non poterunt minorem Bursam retinere. Nullus autem qui philosophiae cursum confecerit, admittetur ad Bursam Minorem

Theologi, quemadmodum statutis cautum est, ad majores Bursas non admittentur, nisi gradum Magisterij in Artibus fuerint consecuti. Si verò intra sex menses post triennium studij Theologici tenebuntur subire examina, & intra alios sex menses Baccalaureatûs gradum in Thgiâ obtinere; aliter ipso facto Bursa vacabit; deinde proximam licentiam ingredi; aliter Bursa vacabit. Et post Licentiam, gradum doctoratus adipisci intra annum; tunc q̃ confecto studiorum cursu Bursa vacabit.

Quorum autem Bursa vacauerit, sive quia legitimum tempus expleuerint, sive q̃a præscriptos gradus definito tempore adepti non fuerint, ijs nec primarius permittet aditum ad mensam & aulam communem; nec procurator Bursarum fructus persoluet, aliter dictos fructus vterque restituere cogetur de suo.

Janua Collegij claudetur serò, hyeme quidem horâ octauâ, æstate verò nonâ, quemadmodum decreto Supremæ Curiæ anno 1679. cautum est: Claues autem ad primarium deferentur.

Nulli Bursariorum, qui humanioribus literis, aut phiæ student, liceat è Collegio exire, præterquam ad frequentandas statis horis scholas, nisi prius à primario commeatum acceperit. Cæteri quoque nondum scilicet Baccalaureatûs gradum adepti, si frequentius sine causâ & necessitate exeant, moniti aliquoties à primario, ejus arbitrio multabuntur.

Nullus abnoctet extra domum sine legitimâ causâ, quam tenebitur manifestam facere primario, et ab ipso Licentiam accipere. Siquis sæpius à primario monitus, atq̃ etiam ob id multatus, rursus tamen de nocte abfuerit, is Bursâ omnino priuabitur à Collatoribus.

Nullus omnino aberit à Collegio sine licentiâ primarij, quam scripto dabit et deliberationum libro inscribet; nec vltra mensem abesse quis poterit, nisi accedat etiam licentia Collatorum, aut eorum, qui ab ipsis fuerint ad id delegati; quæ ipsa quoque publico deliberationum libro inscribetur. ~~quod si &c.~~

2 Nullus secum adducet, admittetve extraneos ad jacendum in domo nisi permissu primarij. Gladio ciniti Juuenes in Collegium non admittentur.

1. Quod siquis excepto vacationum tempore vltra mensem abfuerit sine permissu primarij, aut sine legitimâ causâ, quam saltem post reditum si non antè potuerit, tenebitur probare Magistro, is Bursâ omnino priuabitur, vt cautum est decreto Supremæ Curiæ an. 1679.

Fiet quam primum descriptio omnium titulorum & Chartarum ad res Collegij pertinentium; item et ornamentorum Capellæ, præsentibus primario, procuratore et duobus saltem antiquioribus majorum Bursariorum. Cujus descriptionis exemplum subsignatum ab ijs, qui ei faciendæ adfuerint, tradetur Collatoribus, aut ijs, qui fuerint ab ipsis delegati. vnum quoque tradetur amplissimo Rectori.

Arca communis, in quâ tituli et Chartæ ad Collegium pertinentes reponentur, claudetur tribus clauibus, quarum vnam primarius, procurator alteram; tertiam verò antiquior ~~ac~~ Majoribus Bursarijs obtinebit.

Coquus communis acceptæ à procuratore Collegij et impensæ pecuniæ rationem reddet singulis hebdomadis tempore quadragesimali, extra illud, singulis mensibus.

Procurator Collegij accepti & expensi rationes reddet singulis trimestribus, præsentibus et audientibus Bursarijs. Idem verò cum rationes generales suæ procurationis reddet, earum exemplar descriptum Collegis deferendum curabit pro ipsorum antiquitate quindecim diebus antequam eas reddat. Istas autem generales rationes reddet quotannis certâ ac statâ die sub finem Januarij præsentibus ijs quot Collatores ad id delegauerint. Quod si procurator id facere neglexerit, aut certè dictis delegatis rationes suas non exhibuerit intra vnum ab illâ statâ die mensem, placuit eum pro singulis hebdomadis, quibus tali officio defuerit, singulos nummos argenteos, quos scutatos vocant, soluere de suo in rem Collegij communem.

quod si

MOYEN PAPIER DEUX SOLS LA FEUILLE

Quod si redditis rationib⁹ annuis aliquod fuerit pecuniæ
In manibus procuratoris ⁊ ⁊ ⁊ quæ aliquod fuerint pecuniæ
rationis, repræsentare tenebitur, ⁊ aquæ ⁊ ⁊ ⁊ ad antequæq; claudatur
manuæ relinquetur ad publicos Collegij vsus, vel si major fuerit, in arca communi
præsentib⁹ Bursarijs reponetur. ⁊ Atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum est.

C. Rollin Rector.

Bajocensis

Eodem die 28. maij ab ijsdem quibus supra, lustratum est Collegium Bajocense. In eo verò
compararunt primarius tantum ⁊ unus Bursarius, cum vel minimum decem residerent
parisin de Cenomanensi, partim de Andegauensi diœcesi. dixit autem primarius propter
rerum angustias et Collegij inopiam ideo intermissum esse Bursariorum ad tempus
Bursariorum admissionem, quòd eò novarum additionum et veterum Instaurationum
multo ære alieno Collegium obrutum erat. Id autem se fecisse consulto priùs, sed nullâ
tantùm voce Superioribus; fore verò post annum vt decessit. Bursarij in integrum
restituerentur. At vehementèr improbatum est, quòd privato propemodum arbitratu
sine Collegij Superiorum permissu de scripto, nec consultâ vniuersitate, nec adhibitâ,
vt reté ab ijs ordine fieri oportuit, suprema Curia auctoritate Bursarios ferè
omnes sustulisset. Et quoniam eâ de re statui nihil potuit, mihi cognito priùs,
et diligenter explorato præsenti Collegij statu, placuit à primario tradi propediem
Amplissimo Rectori earum rationum, quæ proximè, et aliarum vnius cujusque quinquennij
abhinc annis redditarum fuerunt, diligenter perspectis, dabitur opera, vt quam primùm
fieri poterit, legitimus Bursariorum numerus restituatur; atque ita ab amplissimo Rectore concluditur.

C. Rollin Rector.

Narbonensis

Eodem etiam ipso die 28. maij Lustratum est Collegium Narbonense ab ijsdem. In eo autem comparuerunt
M. franc. Raullé primarius et quinque Bursarij, quorum tres Theologiæ reliqui duo
physicæ studere dicti sunt. Interrogatus autem primarius cur tam exiguus nunc hujusmodi
Bursariorum numerus, qui apparuit fuisse olim multò amplior, rndit jampridem
imminutum fuisse Bursariorum numerum propter imminutos Collegij reditus. Quod vt certius
fieri posset, placuit à primario tradi quamprimùm Amplissimo Rectori exemplar rationum acceptæ et expensi
quæ proximo anno, et earum altera quæ quinquennio abhinc annis reddita fuerunt.

Quod pertinet ad disciplinam, vt pietatis et doctrinæ studium pariter vigeat, decreta fuere
postulante Syndico quæ sequuntur.

Bursarij ter cum primario singulis diebus ferè paulò ante horam nonam conuenient
ad precem vna simul faciendas, deinde mane elapso ad idem officium horâ sextâ; ad decimam
statâ et indictâ horâ sacrum Missæ Sacrificium celebrabitur, cui ter in hebdomade pro
Christianorum ac Clericorum decet, intererunt. Si quis autem à precibus seu matutinis, seu sextinis
defuerit, nisi legitimâ causâ impeditus, de quâ primarius judicabit, in singulas vices
singulis assibus mulctabitur. Eam verò mulctam placuit diebus Dominicis festisque duplicari.
Qui cæteris pietatis officijs defuerit, solito more et hactenus usurpato mulctabitur.
Absentium nomina punget et notabit primarius. Quæ inde provenient pecuniæ, cedent
in publicos et necessarios vsus Sacelli.

Singulis diebus Sabbathi statâ horâ primarius Bursarios doctrinæ Christianæ
præceptis instituet, rosetque quæ ad Religionem pertinent, edocebit.

Iisdem diebus statâ quoque horâ primarius à Bursarijs studiorum rationem exiget,
professores, quos tunc audient, quibus testimonia subsignata manu
studijs operam. Placuit autem non prius à procuratore dictis Bursarijs victum et
Emolumenta Bursarum, nisi præferant ejusmodi testimonia, quæ ipse procurator
tum exhibere tenebitur, cum reddet accepti et expensi rationem. Quod si neglexerit
hanc servare legem et prædicta testimonia exigere à Bursarijs, victum eis persolutos
restituet tertio.

Cum autem lubrica adolescentium ætati nulla sit infestior pestis quam otium
ac desidia, optimaque sit officij magister ac disciplinæ custos labor, placuit hic
studiorum tempora definiri, nullum ut sinerent et vacuum à labore spatium relinquerent

quemadmodum id expressis verbis Statuta Collegij jubent.

Itaque ij Bursarij, quibus in Facultate Artium, aut Theologiâ tantum studere licet, poterunt audire à quolibet Grammatici vel Humanitatis Scholâ vel statim à Philosophiâ. Confecto autem Philosophiæ cursu, tenebuntur intra tres menses gradum Magistrij in Artibus assequi; alioquin ipso facto Burſa vacabit. Confecto verò et huius Intervallo Theologici studij triennio, ijdem tenebuntur, intra sex menses subire examina, et intra sex alios menses gradum Baccalaureatûs adipisci; aliter Burſa vacabit. Tum proximas ingredi licentias, aliter Burſa vacabit. Denique anno post licentias gradum Doctoris obtinere, vel cessit Burſa finis. Quorum autem Burſa vacauerit, huic quæ legitimum tempus expleuerunt, huic quia præscriptos gradus definito tempore adepti non fuerunt, vetatur ijdem procurator perhibere fructus et emolumenta Bursarum; aliter dictos fructus reponere cogetur de suo.

Et quoniam, vt studiorum, sic etiam vitæ societas multùm valet ad concordiam animorum et ad stabiliendam disciplinæ ordinem, à primario habitus operæ, vt hi fieri potest, quam simul omnes vescantur in eodem cœnaculo.

Vetera Collegij statuta, et hæc recentia quotannis à primario Bursarijs legi, ac recitari, eademque diligenter obseruari placuit. Actum ut supra.

C. Rollin Rector.

Die 2. Junij 1696. In Comitijs Deputatorum Vniuersitatis ordinis apud D. Rectorem, et Collegio Laudunensi habitis, quibus ea ipsa D. Rectore M. Carolo Rollin adfuerunt MM. Quercy Procurator, de Loy Iuris vtriusque, et Berger Medicinæ Decani; de Hault Franciæ, Cramoisy Picardiæ, Fortin Normaniæ, et Smits, Germaniæ nationum procuratores actum vna cum ijsdem officiarijs nimirum Syndico, Quæstore et Scribâ.

Supplicauerunt per literas nominationis titulo Magistri in Artibus et Grammatici Guillelmus Roneau Diaconus Cabillonensis, et Paulus Boullon Clericus Ambianensis, vtrique concedi placuit. Actum vt supra.

C. Rollin Rector.

Die 4 Junij apud D. Rectorem de more conuenerant (die Veneris 25 maij) quatuor nationum Censores, Syndicus et Scribæ ad fores Collegij Laudunensis, vbique comparuerunt primarius, Capellanus, et Bursarij ædis Collegij Sapientiæ, interrogatique ijdem an seruata essent diligenter, quæ paulò ante (die 23. maij) Amplissimus Rector cum amplissimis Consulibus seruari præceperat, compertum est eo ipso die, quo Collegium lustratum fuerat, Michaelem Bertrand Serius et post occlusas domotâ Scalâ per fenestras, quæ via Immunitatis, se penetrasse in Collegium. Conquestus est etiam primarius, duobus post horis, cum Cantor vellet fores occludere post horas nonas, peractis Vesperis jam precibus, vnum è Bursarijs nomine Gauber, veniam postulasse egrediendi, causatum nescio quid, eâque negatâ, propter indictas recens ab amplissimo Rectore legem vt nemo nisi necessitate cogente egrederetur, stante ad fores dicto Bertrand cum Seguret, et minacibus prohibentes ne fores occluderentur, eosque inde, regresso Gauber, vix multis primarij admonitionibus atque etiam precibus demoueri potuisse atque exorari, vt sinerent claudi januas. Id ita peractum testati sunt aliquot è Bursarijs, qui rei adfuerant, vel hunc strepitum è proximo cubiculo audierunt.

Et verò retulit D. Rector ex illis tribus Bursarijs vnum, Vesperis Seguret, postridie quàm id accidit, mane venisse ad se conquestum, quod primarius fores Collegij oculis occludi juberet, eundemque insolenter denunciasse, non futuros esse Bursarios occludi fores Collegij ante decimas horas, nisi pessimi quidam fores è Collegio in propinquas domos obstruerentur.

Denique præsentibus omnibus Bursarijs vocatus est ab amplissimo Rectore Magistro Bertrand, vt, quoniam arguebatur Crassæ Ignorantiæ, ac dicebatur non posse Latinè interpretari, ac ne vix quidem legere, publicè doctrinæ suæ specimen ederet. At is oblato ad interpretandum libro, renuit vir-

Laudunensis

Expectari

MOYEN PAPIER DEUX SOLS LAFEUILLE

Experiri suas, ut jubebatur ab ampliss. Rectore, statimque discessit.
Idem jam citatus antea Iterum atque iterum recusarat.

Postrà interrogatus primarius an singuli diligenter precibus & sacro Missæ Sacrificio adfuissent, ex quo in publicâ Collegij Lustratione id præceptum fuerat, rondit cæteros oes diligenter adfuisse præter Bertrand, Gaubert et Seguret, qui sæpius precibus, ac præsertim ijs, quæ manè fiunt adfuissent.

Cum dimissis illis, deliberari cœptum est, ac multa qd syndicus universitatis expostulavit de uno è Bursarijs, scilicet Michaele Bertrand, conquestusque est, quòd vocatus ab ampliss.o Rectore cum cæteris Bursarijs ad reddendam rationem studiorum non adfuerit; quòd quo die lustratum est Collegium, non comparuerit; quòd eodem die jussa ampliss.i Rectoris et Censorum, quæ per socios audierat, violaverit, regressus tardius, et per fenestram in Collegium ingressus; quòd paucis post diebus, indictâ horâ fores occludi vetare voluerit; quòd iterum citatus ab ampliss.o Rectore, adfuerit quidem, sed studiorum rationem reddere recusaverit; quòd precibus et Matutinis, et Serotinis ferè semper defuerit, etiam ex quo id peculiariter in publicâ Collegij Lustratione præceptum est; quòd rursum publicè interrogatus ab ampliss.o Rectore, respondere abnuerit; quòd contra statuta Collegij Sagientiæ, quæ præcipiunt, ut in Collegio prædicto nullus recipiatur nisi sufficienter fuerit in Grammaticalibus eruditus, & parvis Logicalibus initiatus. Eademque jubent Bursarios nisi in Facultate Artium & Theologiæ gradus statis ac definitis temporibus assumpserint, à Collegio expelli; quòd contra hæc statuta in Collegium admissus sit, in eoque decennium jam expleverit aut potius perdiderit Dictus Bertrand, non modò nullis assumptis gradibus, sed et antea, et nunc maximè studiorum exercitationi prorsus inhabilis et ineptus; quippe qui id sit ætatis, quâ literarum & Grammaticæ elementa jam non possit ediscere: his de causis ne pauperum bona adjuvandis Adolescentium studijs destinata, alendæ ignaviæ & ignorantiæ amplius deserviant, postulavit syndicus dictum Michaelem Bertrand Collegij Societate privari, ejusque Bursam vacantem re ipsâ declarari.

Quod verò pertinet ad alios duos, scilicet Seguret et Gaubert, quorum & diligentia in studio, et in obsequendo docilitas ac modestia desideratur, postulavit idem syndicus eos citari quamprimùm ad tribunal ampliss. Rectoris, veniam ibi publicè postulaturos insolentiæ, quâ & ipsum D. Rectorem allocuti sunt, et ejusdem ac Censorum edicta violarunt, eosdemque admoneri, ut in posterum sapientius ac modestius se gerant, adsint accuratius precibus, quæ fiunt mane, & sero, & sancto Missæ Sacrificio, & majorem studio ac diligentiorem dent operam, primarijque jussis, quâ par est reverentiâ pareant; quod si facere neglexerint, vacantes earum Bursas declarari.

Audito igitur syndico, placuit coi consensu æquiss.is ejus postulationibus annui, atque adeo Michaelem Bertrand Collegij Societate privari, ejusque Bursam vacantem re ipsâ declarari; Reliquos verò duos, scilicet Seguret et Gaubert citari quamprimùm ad tribunal ampliss. Rectoris veniam ibi publicè postulaturos, eosdemque admoneri, nisi in posterum sapientius ac modestius sese ~~gesserint~~ gesserint, severius in eos animadversum iri.

De Reliquis ad disciplinam Collegij pertinentibus, audito pariter syndico, sic statutum est.

primo quidem

primo quidem, cum lubrico scholarium ætati nulla sit insertior pestis quàm
otium, optimusq; sit magister officij, et custos disciplinæ labor, placuit hic studiorum
tempora definiri, nullum vt vacuum et vacuum à labore spatium relinquatur, quæ
fuit profectò mens fundatorum in instituendis Collegijs. Vt igitur conveniat
Bursarijs per statuta decennij, vel etiam duodecennij spatium implere possint,
potentum ab humanitatis schola, quam secundam classem vocant, ordiri; huic autem
ab hac, huic à prima schola ordiantur, tenebuntur tribus mensibus post confectum primi
biennium gradum Magisterij in artibus assequi; alioquin ipso facto burse eorum vacabit.
Post triennium autem studij Theologici, quod statim à prima ingredientur, tenebuntur
intra sex menses subire examina; alioquin burse vacabit. Et intra alios sex menses
Baccalaureatûs gradum in Theologia consequi; alioquin Burse vacabit. deinde proximis ingredi
Licentiæ, alioquin Burse vacabit; et post licentiæ gradu Doctoratûs obtinere,
prafinito ordine et tempore; quo gradu obtento, alijs cedent loculi et bursæ,
etiamsi forte non expleverint integrum decennij aut duodecennij spatium.

Quorum autem Burse vacauerint, huic quia legitimum tempus expleverunt, huic quia
præscriptos gradus definito tempore adepti non fuerint, ijs vetabitur procurator
Bursarum fructus et emolumenta persolvere, aliisq; dicta fructus restituere cogetur de suo.

Fient in commune preces, quâ horâ superius notatum est; siquis autem à precibus
huic matutinis, huic serotinis, aut à sancto Missæ sacrificio, aut cæteris pietatis
officijs abfuerit, nisi legitimâ causâ impeditus, de quâ primarius judicabit,
in singulas vices singulis assibus mulctabitur. Eæ autem multæ placuit duplicari
et festis duplicari. Absentiæ nota plangat primarius et procurator, quæ inde
provenient pecunia, cedet in publicos vsus.

Singulis diebus sabbathi certâ quadam et statâ horâ primarius à Bursarijs
studiorum rationem exiget, lustrabitq; an dictata à Magistri diligenter exceperint.
Eadem die, statâ quoq; horâ idem primarius Bursarios doctrinæ Christianæ
præceptis imbuet. Quicunque Bursariorum alterutri exercitationi defuerit
quinque assibus mulctabitur.

Unusquisque Bursariorum tenebitur singulis tribus mensibus profere primario
testimonium professoris, quem audiet, quo constet eum diligenter navare
studijs operam; nec dictis Bursarijs fructus Bursarum persolvet procurator
nisi proferant ejusdi testimonia, quæ ipse in reddendis rationibus exhibere tenebitur.

Et quoniam, vt studiorum, sic etiam virtutis societas multum valet ad concordiam
animorum, et ad stabiliendam disciplinæ ordinem, à primario dabitur opera, vt
quam primùm simul omnes simul vescantur, eodem cæmento, quo statuti Collegij decretis et

Singuli hebdomadis statâ die et horâ congregabuntur simul primarius
Capellanus et Bursarij ad agendum de negotijs Collegij. Ibi procurator
Exponet quid à quoque acceperit, quid impenderit; hique quæ sint eadem
reparanda, hique sumptus faciendi, concabit cum socijs; nec quicquam
inconsultis ijs, et hinc majoris sociorum partis consensu conficiet. quæ ibi
decreta fuerint, item vacationes Bursarum; tempus recitandi, quo quisque
in Bursarum postillionem admittatur, et alia ejusmodi ad Collegium pertinentia
publico deliberationum libro inscribentur.

Fiet quadruplex descriptio omnium titulorum et chartarum ad res Collegij pertinentium
præsentibus primario, Capellano, procuratore et duobus antiquioribus Bursarijs
altero Sagiensi, Cenomanensi altero; ejusque descriptionis exemplum subsignatum
ab ijs, qui ei describendi faciendæ adfuerint, tradetur singulis Collatorum et
ipsi amplissimo Rectori reponendum in tabularijs vrbicatæ. Diligentiæ, quam in hac
descriptione faciendâ adhibita fuerit, reddetur quam ampla ratio amplissimo Rectori.

Arca communis, in quâ tituli et Chartæ ad Collegium pertinentes reponentur,

Claudetur

Claudetur quatuor Classibus quæ
Capellanus alteræ, reliquæ
de duabus diœcesibus obtinebam, nec
adstantibus aliquot cæteris Bursarijs, potent aperiri

Procurator reddet computa cæteris Bursarijs saltem semel singulis anno circa natalitia
Domini. Quæ vt accuratiùs reddantur, inuitabuntur deputati duo à Collatoribus, vt ijs
adesse velint; qui vt adesse noluerint, vt non potuerint, reddentur eam rationem
coram amplissimo Rectore & vrbitatis Syndico.

Si quæ forte lis orta fuerit in domo, componetur amicè Iudicio primarij, Collatorum
Sociorum, aut si inter illos non conuenerit, Arbitrio amplissimi D. Petiti, idque
vt Statuta Collegij expressè ferunt ad amputandas omnes litium occasiones,
sub pœnâ amissionis totalis Bursarum partis parere nolentibus.

Nulla mulieres in Collegium admittentur; atque adeo curabit primarius, vt
quamprimùm vxor Ianitoris demigret è Collegio.

Nulli Bursariorum qui humanioribus literis aut philosophiæ student, licebit
è Collegio exire præterquam ad frequentandas statis horis Scholas, nisi
prius à primario commeatum acceperit. Cæteri quoque, si frequentia vacare,
monitis aliquoties à primario, cujus arbitrio multabuntur.

Nullus iacebit extra domum sine causâ legitimâ, quæ constabit manifestare
Magistro, et ab ipso licentiam accipere. Si quis secus à primario monitus
atq; etiam ob id multatus, iterum tamen de nocte abfuerit, pœnâ omnino
priuabitur à Collatoribus.

Nullus omnino abesto à Collegio sine licentiâ Magistri, nec vltra
tres menses abesse potest, nisi accedat etiam licentia Collatorum, de scripto,
quæ publicis deliberationum libro inseretur. Si diutius absunt, fructus
Bursarum vltra tres menses non percipiet, cedetq; is fructus in vtilitatem Collegij.

Nullus adducet secum extraneos ad iacendum in domo, nisi de licentiâ
Magistri. Gladio cincti Iuuenes in collegium non admittentur.
Singulorum cubicula identidem lustrabit primarius.

Sint omnes Bursarij clericali habitu et domi, et extra domum.

Obstruetur quamprimùm ea Janua, quâ è Collegio in vicinas domos patet aditus.

Describentur quoque quamprimùm Statuta Collegij Nitidè & accuratè,
eaque cum ipso Exemplari diligenter collata, & obsignata à
primario, Capellano, et duobus Antiquioribus Bursarijs tradentur
Amplissimo Rectori reponenda in Tabularia vniuersitatis.

Hæc in posterum diligenter obseruari placuit. atque ita ab
amplissimo D. Rectore confirmata sunt.

C. Rollin Rector.

Die 5. Junij 1696. Germanicus natio apud Matrinenses officium
Magni nuncij pro ciuitate, dioc. et archiepiscopatu Upsalensi
in Regno Sueciæ vacans per obitum Edmundi Richer contulit
Renato Lethun ciui Parisiensi, qui solita sacramenta præstitit.

Die 20. Junij in Comitijs supplicatorijs apud Matrinenses habitis p. m. in angulo versus Ostium
de more consistens, ibi facta supplicandi potestate supplicauerunt pro literis nominationis
titulo Magistrij in artibus & quingenis Franciscus Bourdon ambianensis, Franciscus
des autels aduersus, Joan. Bapta Faulte Lemouicensis, Nicolaus Lantilly Parisiensis
Carolus le Marié Rothomagensis, eaq; illis ob. concedi placuit. Denique p. Comitia postea
D. Rector peroranti, probatis quæ gesserat decretis literis commendatitijs præcepit ad alios Pro sacras
sub Inuocatione sti Bernardi in Collegio Bernardinorum, vbi à Guigard Decano Theol. recipiuntur sunt.

C. Rollin Rector.

Die 23 Junij 1696. In Comitijs Rectoris apud Maturinenses horâ decimâ matutinâ de more habitis, facta supplicandi potestate, 1mus duo Scholastici Cadomensis pro cursu philosophiæ cursum in Ordinario Cadomensi per biennium, alter quidem Petrus Boscher Macloviensis ex Collegio Sylvano professore M. Guilberto à Dionysiabus anni millesimi sexcentesimi octogesimi octavi ad Inducias anni millesimi sexcentesimi nonagesimi; alter verò Guillelmus Lecrivenne Constantiensis pariter in Collegio Artium, professore M. Georgio Guiberto à Dionysiabus anni millesimi sexcentesimi octogesimi quinti ad Inducias anni millesimi sexcentesimi octogesimi sexti, pariter in Collegio Sylvano, professore M. Stephano Guilberto à Dionysiabus anni 1686. ad vacationes annales anni millesimi sexcentesimi octogesimi septimi, petierunt ut biennium Cadomense sibi pro uno anno haberetur. Deinde Franciscus Renatus Briolo Ebroicensis M. Guillelmi Guenon celeberrimi physici de Marchiano professoris discipulus postquam exposuit se rebus philosophicis operam quidem navasse jam à Remigialibus anni 1694. atque etiamnum navare assiduè ac diligenter, sed quia primum physicam studere incepisset in Universitate Rothomagensi nec sibi licuisset in hac urbe venire ante mensem Januarium proximum sequentem, atque adeo nomen suum inscribere in priore Logicorum Catalogo, sed illud humanis longitudo legendi desiderio ad sensum vehitata, petijt ut sibi mitigemus liceret ad examen Magistrij in artibus pervenire ac si nomen suum priore logicum Catalogo inscripsisset quod interceptum ejus fuit casu. Deinde Carolus le Foul Sagiensis M. Jacobi le Gall Canonici physici de Lezonio professoris discipulus postquam planum fecit multorum testimonijs se gravi morbo implicitum domi fuisse tum, cum posteriores Logicorum Catalogus conficerentur, atque adeo non potuisse ut eo nomen suum inscribere petijt ut sibi mitigemus liceret ad examen Magistrij in artibus admitti. Deinde Barthelemi Amabilis de Turenne d'Aynac Cadurcensis postquam duos per annos in Collegio Lexoviano audivisset à Remigialibus anni 1691. ad Inducias anni proximè sequentis M. de Berry ibi tum docentem physicæ professorem sed omnino nomen suum scribere in priore Catalogo physicæ quod et ipsum accidisse et casu tum ejusmodi contigisse dixit, petijt ut benignè remitteretur, perinde ac si nomen suum in eo catalogo inscripsisset quem adhuc scripsit in posterum.

Celebremo M. Nicolao Parisot professor Navarricus congressum est de plurimis Magistris Nationis Germanicæ, quòd cum ostenderet die et tribus continuis quibus ex Tribulis Indigena, atque adeo hic et physicæ vices ei ipso die fungeretur munere quadrumviri, idque ex dicta Nationis statutis Senatûs auctoritate confirmatis planum fecit; nullâ tamen statutorum habitâ ratione, alium ex alterius tribûs, quæ Insulanis, magistrum ex quadrumviralî purpurâ per vim ornatum habuit, ut quadrumviri munus contrà jus omne fungatur, postulaverit ut ea res cæterarum Nationum deliberationi ac judicio permitteretur ab ijsque statutorum integritati cumularetur. De quibus omnibus hujusmodi supplicationibus audito M. Edmundo Pariset Procuratore Syndico, dimissa ad deliberandum Natione, postea per ornatissimos procuratores retulerunt se Indultum velle. omnibus suffragijs quod petitum est ac depostulatione M. Nicolai Parisot nomine Nationis placuisse tribus ejus Nationibus ut statuta Germanicæ Nationis servarentur, utque dictus M. Parisot eo die gradum muneris fungeretur atque ita ab amplissimo D. Rectore cumulatus est. Confirmati verò quadrumviri singuli à singulis Nationibus, nimirum ab honorando Gallorum Nationis M. de Saint procurator, à Picardorum M. Carelet exprocurator, à veneranda Normannorum M. Marmion; ab his ubi unanimi consensu M. Nicolaus Parisot, Lavaurus, solemne in manibus amplissimi Rectoris præstitisset, et in conclave Ingressi, postea per Gallicam renunciavissent se Rectorem fecisse amplissimum Rectorem prorogasse quæ prorogatio ab omnibus Nationibus confirmata et perpetuata est.

C. Rollin Rector.

Die 2 Julij 1696. Galliciana Natio apud Maturinenses officium Magni Nuncij pro Civitate Dueis et Archiepiscopatu Burdigalensi vacans per obitum Gabrielis Besse contulit Remigio Legrix cujus parisiensi, qui solita juramenta præstitit.

die 30a Junij 1696.
vid. fol. vers.

55.

Die 7. Julij 1696. In ordinarijs apud D. Rectorem Collegio Ipso D. Rectore M. Carolo Rollin Richard Phgia & Berger Medicinæ Decani; Picardia, Portin Normania, et Smits Germania Nationum Procuratum, alijq; una cum ijs officiarij;

Laudunensi habitu, quibus cum de Hault Francus, Framery

1m. Supplicauit pro latiens nominationis titulo Magisterij in Artibus & Germaniensij Franciscus Pierre Subdiaconus Tanginensis, ratisq; illi cordi placuit

Deinde expohuit amplissimus Rector se curauisse denunciari Priori & Collegio Cholelario, vt antequam dictum Collegium Lustretur, sibi traderentur & exemplum statutorum Collegij, et Nomina Bursariorum cujuscunque sint ordinis & conditionis, et a quo tempore Bursas obtinent, vbi studeant & quibus disciplinis quemadmodum illud ipsum denunciatum fuit alijs Collegijs quæ jam lustrata sunt, Et a quibus ea in re diligenter satisfactum fuit, Cumque dictus Prior tamen hactenus id minime juridice denunciatum fuerit, parere tamen recusauerit; Idcirco eidem Priori diem dictam fuisse nomine M. Edmundi Pourchot Vniuersitatis Syndici, vt hodie apud D. Rectorem & Tribunal Academicum se sisteret, rationes si quam haberet, cur non paruisset reddituus Is autem cum se stitisset, atq; interrogatus nullam tamen legitimam causam attulisset, quare ipse et dictum Collegium Cholelarum non tenerentur communi omnium Collegiorum lege et conditione; Cum rogatis dictisque sententijs, audito prius Syndico, vnanimi omnium consensu placuit, nisi intra tres dies dictus Prior obtemperauerit, eaque amplissimo Rectori tradiderit quæ postulata sunt; eum omni suffragio tum actiuo tum passiuo in vniuersitate Parisiensi ipso facto priuari, atque ab omnibus Academicis Comitijs et muneribus excludi, ac si contumax esse pergat, in eum Lustari, atque ita ab amplissimo D. Rectore concludi fecit

C. Rollin Rector.

die 28 Julij 3 Comitijs Deputatum visitandi apud D. Rectorem 3 Collegio Laudunensi ea ordine habitis
1m. Initus et contractus coram notarijs cum Rege quodam dicto le maistre, quo contractu locata p. duos sequentes
p. rati Clericonj 3 sex annos, pretio quadraginta quinque libellarum annuo.
2. Postulatum et nomine D.ni des Fougerets de quarumdam ædium in fundo Academico sitarum venditione cogitantia, vt si quid de jure dicendum remitteretur, quoniam ejusmodi venditio et voluntaria, nec fieret nisi vniuersitas contenta sit singulis assibus pro singulis libellis, placuit oblatam illam a dicto D.no conditionem accipi, aliterq; concludi fecit.

Postulatum et nomine D.ni de Rousseveau, vt ob venditionem vnius domus in fundo Academico sitæ, quam domum emptura est, aut jam emit D.nus de St André, aliquid quoque vniuersitati remitteret de jure dicendum. Quâ de re placuit exigi tantum singulos assis pro singulis libellis, atque ita ab amplissimo D. Rectore concludi fecit.

C. Rollin Rector.

Lexoviensis

die trigesimâ Junij 1596. Lustratum est Collegium Lexoviense ab amplissimo Rectore et aliquot ex Nationum Censoribus, quibuscum aderant Syndicus et Scriba Visitator. In eo comparuerunt M. Franciscus Langlois doctor Theologus et primarius Collegij cum omnibus professoribus; quatuor majoris Burſarij, et tres minores, cum antea novem essent majores, et totidem minores. Interrogatus autem primarius cur tam exiguus esset Burſariorum numerus, respondit hunc imminutum esse ob imminutos reditus Collegij, quod multo ære alieno obrutum esset ob novas ædium constructiones. Ex variis autem interrogatoribus et responsis compertum est latiores esse in hoc Collegio disciplinas, nec ei observandæ satis diligenter; glaucos admodum è Burſarijs, qui superessent, diligenter dare studijs operam; nullam eos studiorum reddere primario rationem, nec publicas Theses ut Statuta cautum est, lustrinere; non fieri mane et sero in communi, ut decet, à Burſarijs et primario precem: veteres superesse quasdam rationes, quas à duobus antiquis procuratoribus ruri nunc et procul hinc degentibus non fuerunt redditæ; ultimas rationes redditas quidem esse, sed nondum clausas et obsignatas. Item conquestus est unus è professoribus non satis commodam et honestam habitationem sibi à primario dari.

Postulante Syndico decretum est ut clausis et obsignatis, quàm primùm fieri poterit, ultimis illis rationibus, tradantur illarum exemplum amplissimo Rectori; Item et veteres, quæ quinquaginta abhinc annis fuerint redditæ; ut cognito præsenti statu Collegij, statuatur quis esse debeat numerus, et reditus Burſariorum, quem quidem non consultâ veritate, nec adhibitâ Supremæ Curiæ autoritate imminutum esse vehementer improbamus, et

Interim placuit mane et sero fieri in communi precem, quibus vel quasi Missæ sacrificio diligenter adsint cum primario omnes Burſarij.

Item singulis diebus Sabbathi primarium à Burſarijs rationes studiorum exigere; atque inprimis dare operam, ut Burſarij Theologi Theses singulis mensibus suo quisque ordine lustrinent.

Item primarium tuendæ disciplinæ vigilantius incumbere, et diligenter cavere ne per scholarum tempus publica studiorum exercitatio ullo strepitu per aream ambulantium aut ludentium interturbetur; neve ulla mulier à Collegij admittatur.

Eundem monendum esse, ut professores, quos alioquin plenis et ingratis occupat labor, saltem honestâ et commodâ habitatione perfruantur.

Quod pertinet ad veteres illas rationes, quæ nondum sunt redditæ, placuit dari operam à primario, ut eæ quàm primùm reddantur; diligentiam verò, quam eâ in re adhibuerit, ipse rationem reddet.

Fiet quàm primùm diligens et accurata descriptio omnium Chartarum et Titulorum ad Collegium pertinentium præsentibus primario et majoribus Burſarijs. Cujus exemplar tradetur Superioribus Collegij, Item et amplissimo D. Rectori.

Quod spectat ad studiorum tempus, quoniam ea mens Fundatorum fuisse videtur, ut tantum temporis indulgeretur Burſarijs Theologis, quantum ad conficiendum Theologiæ cursum erat necessarium, placuit, audente scilicet autoritate Supremæ Curiæ, illud tempus hic definiri juxta præsentem studiorum formam ac regulam, nullum ut mensem et vacuum à labore spatium relinquatur. Itaque Burſarij Theologi confecto Theologici studij triennio, tenebuntur intra latinenses subire examina, et intra alios sex menses Baccalaureatûs gradum assequi; aliter ipso facto bursa vacabit. Gradu autem Licentiarum suscepto, poterunt adhuc annis duobus suis bursis uti, ut statutis expressè permittitur.

Burſarij minores, quibus per Statuta septennium concedatur, poterunt à quolibet humanitatis scholâ orduri: confecto autem Philosophiæ biennio, intra tres menses tenebuntur gradum magisterij in artibus assequi; aliter bursa vacabit. Tunc verò postpositis cæteris omnibus, ad majores bursas promovebuntur, quæ vacaverint. Quod si quid forte superabit temporis ad explendum septennium, poterunt interea studere Theologiæ, ita ut tamen tempus illud, quod majores bursas expectando, Theologiæ dederint, detrahatur ex legitimo majoris bursæ tempore.

Cùm Statuta expressè jubeant, ut quos Burſarios è Diœcesi Lexoviensi, pars è Caletensi tractu assumantur, habitus opera in posterum ut id diligentissimè observetur.

Cum sit fundatio quædam singularis, quâ Bursa, quæ obtinet Joannis Alais vernacula, ejusque emolumenta trahebat quæ à amplissimo Rectori. Item quæ ab amplissimo Rectore constituta sit, ne majoris status Collegij plura decernantur; Et hæc ab amplissimo D. Rectore constituta sunt

C. Rolliy Rector.

de Mercede

Die 5. Julij 1596. Lustratus fuit Collegium vulgò dictum de la Mercy ab amplis. Rectore et aliquot. 4 nouis Censoribus. In eo Comparuerunt Prior Prælector dict. Collegij, fratres tres duo Prælectores veri actu studentes Theologiæ, et Bursarius unus studens in quarta classe grammes; cujus qd Burſa recens fundata sit. Interrogatus Prior an extaret vetus fundatio Collegij, Ita et recentis illius Burſæ fundatio, petijt utrumq; ij dicto Collegio asseruari. Itaq; postulauit Syndicus, placeret utrumq; illius fundationis exemplar tradi quæstori amplis. Rectori; adstante ab ipso amplis. Rectore conclusum est.

Remensis

Eodem die 5. Julij lustratus fuit Collegium Remense, in quo comparuerunt Primarius et procurator et professores duo theologi, qui ambulantes ad scholas domus societatis, ibi theologiam docent. Cum nullus locus in eo Collegio Bursarij, nec fuisse unquam dicantur, non dubium est eo commorandum. Fundationis tantum mentionem fundatoris cujusdam Institutis à C. Rollin Rectore. Perrault, placuit ejus exemplar tradi quæstori amplis. Rectori. placuit quoque mulieres à Collegij aditu arceri, adstante ab amplis. Rectore conclusum est.

Montis acuti

Eodem die 5. Julij Lustratus fuit Collegium montis acuti; in quo comparuerant M. Lud. Roy primarius, cum ijs professoribus, M. Elig. Varangue procurator, M. Ioannes Claudius Coger pro primarius seu Alumnorum præfectus, M. Ant. Laurent discreti; Item M. Antonius Laurent et Jacobus Grenier Capellani; fratresq; quinquaginta circiter Bursarij. Iis ibi tum simul tum separatim interrogatis patuit disciplinam, quæ qd severa sit admodum et dura satis diligenter observari; Receptis tribus Bursarijs, qui ex quo ad pinguiores fortunas pervenerunt, quasi contagione aliquâ diuitiarum corrupti, exuisse obsequij Jugo, spretisq; Collegij statutis ac legibus, ad otium et inertiam deflexerunt: adeò verum est, optimas esse labores, disciplinas et virtutes omnes magistras reipublicæ. De procuratore verò ita fere conqueri sunt, quòd à duodecim annis et amplius nullas acceptæ et expensi rationes reddiderit; quòd aliquot titulos et chartas ad Collegium pertinentes apud se domi seruet extra Collegium, nullo dato testimonio, quo se hos titulos et chartas recepisse testetur. Denique quòd non habeantur de Collegij negotijs frequentes et publicæ deliberationes. Multas causas attulit procurator cur nondum suas reddident rationes; in primis quòd M. Humblot doctor Theologus, qui ante se per quatuor annos Collegij negotia procurauit, nondum ipse acepta et impensa per totos quatuor annos decennio rationes reddiderit. Quâ de re auditus Syndicus urbanè postquam exposuit Ex ejusmodi procuratorum reddendis rationibus incommoda certissima plerumque impendere Collegijs ruinas, postulauit vt ductus procurator M. de Varangue, nisi intra duos menses rationes aliquot suas reddere inceperit, multetur pœnis Academicis, et procuratorio munere priuetur. Auditis Syndici postulationes placuit dari operam à primario et procuratore apud Reuerend. priorem Carthusianorum vt M. Humblot quàm suas rationes absoluat. Interim procurator ipse hic se suis reddendis accingat, vt intra duos menses eas reddere incipiat; quod si facere neglexerit, ab vrbitate proscribatur, vt eas reddere cogatur.

De tribus verò Bursarijs, quorum Burſa à D. Gabriele du Reynel recens fundata, cæteris hujus principiis, placuit tabula mentem pij Fundatricis claris et expressis verbis in testamenti tabulis consignatam, ductos Bursarios manere in eâ societate, in quâ primùm versabantur, ibi ad ipsis à superiore Collegij permissum fuerit. Id autem vt commutatum

pietate, doctitate, modestiâ, diligentiâ facilé obtinebunt. quodsi id ipsi hoc permissu non fuerint, teneantur manere in certo Collegio, minimum, vt (quod tamen ipsa fundationis expressis verbis cautum est) in eo iuxta leges et statuta Collegij viuant, et accuratius huic officio perfungantur; atq; adeo surgent cateris horâ, quâ ceteri; adsint matutinis cæterisq; precibus et pietatis officijs et studiorum exercitationibus, quibus ceteri ætate Bursarij, primarijq; omnibus in rebus parebunt. Id si facere neglexerint, debitus operæ vsus illis Bursarum fructus persoluantur. Si verò iterum atq; iterum monitionem non recipiscant, Burſâ omnino à Superioribus priuabuntur.

† nisi aliter primario videbitur. C. R.

Primarius, et alter, quibus id muneris ac curæ à dictis Superioribus mandatum est, iuxta mentem ac voluntatem piæ fœminæ diligentiam adhibebunt, vt dicti tres Scholares profectum in studio literarum, ijdemq; certis temporibus diligentem pauperis pueri, qui ejusdem piæ fœminæ liberalitate, artes aliquas discunt, vos doctrinæ Christianæ præceptis imbuant, et ea, quæ ad pietatem et religionem pertinent, edoceant, inquirantq; à puerorum Magistris de eorum moribus et industria in discendo artibus suis; denique dabunt operam vt quæcunque in dicta fundatione contineantur, accuratè mandentur executioni.

In posterum autem, vt negotia Collegij ordine nota fiant, placuit singulis hebdomadis statâ die et horâ conuenire simul primarium, procuratores, et discretos tres alumnos de Collegij negotijs deliberaturos, quæ ibi decreta fuerint, publicis deliberationum libro inscribi; nihil verò quicquam in consultis ijs à procuratore geri.

Rationes accepti et expensi reddet procurator quotannis certâ ac statâ die: Quod si intra bimestre ab illâ certâ ac statâ die rationes non reddiderit, aut certè eas Superiori non exhibuerit, in singulas hebdomadas, quibus huic officio deerit, soluet singulos nummos argenteos, quos sestertios vocant.

Fiet quamprimùm diligens et accurata descriptio Chartarum et Instrumentorum ad Collegium pertinentium; item librorum Bibliothecæ, eiusq; exemplum tradetur Reuerendo Priori Carthusianorum, et primario Collegij, item et amplissimo Rectori.

Eâdem illâ descriptione tradetur amplissimo Rectori exemplum quarumdam fundationum, quarum mentio facta est in Lustrando Collegio, scilicet D. de Pompadour, et D. le Fevre, et aliarum si quæ sunt.

Item dabitur opera, vt quamprimùm executioni mandetur recens fundatio M. Markier, nuper, dum viueret, Collegij Gymnasiarchæ. Hæc in præsens decreui placere, atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum est.

C. Rollin Rector.

Turonensis

Die decimâ Julij 1696. Lustratum est Collegium Turonense ab amplissimo Rectore et aliquot ex 4. nationum Conseruibus, quibus cum eo erant Syndicus et Scriba Vniuersitatis. In eo autem comparuerunt M. Petrus Verrier primarius et duo Bursarij, omnes Turonenses, iuxta statuta eorum in hoc Collegio accuratissimè obseruanda. In variis interrogandis et responsionibus statui. Itaque nihil aliud statim visum est oportere, nisi vt Bursarum tempus, iuxta præsentem fundationis formam ac regulam hic describitur, nullius vt rei et vacuum à laboribus spatium esset.

Atque

Atque ut id fiat, poterunt Bursarij à qualibet Grammaticis Scholâ ordiri. Confecto autem ipsius triennio, tenebuntur intra tres menses gradum Magisterij in Artibus assequi; aliter ipso facto bursa vacabit; Tum si Theologiae studeant confecto studij Theologici triennio, tenebuntur intra sex menses subire Examina, et intra sex alios menses proximè sequentes Baccalaureatûs gradum assequi; aliter bursa vacabit. Inde proximam ingredi licentiam, aliter bursa vacabit. denique uno anno post confectam licentiam, doctoris lauream adipisci, isque erit Bursae finis. Similiter qui studijs operam dabunt aut in Iuris aut in Medicinae Facultatibus, tenebuntur singulos gradus statis ac definitis in unaquaque Facultate temporibus sine ullo intervallo ad lauream usque doctoralem adipisci, secus Bursa eorum ipso facto pariter vacabit.

Rationes accepti et expensi reddentur quotannis, ut hactenus fieri solitum est; ijs autem reddendis aderit vel Cancellarius Vesitatae, qui dicti Collegij visitator est & Inspector, vel aliquis delegatus à Turonensi Archiepiscopo, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum est.

C. Rollin Rector.

Justitiani

Eodem die decimo Julij 1696. Lustratum est Collegium Justitianum ab amplissimo D. Rectore et aequissimis 4. Nationum Censoribus, quibuscum aderant Syndicus et Scriba Vesitatae. In eo comparuerunt M. Festu primarius & Bursarij decem, è quibus Rothomagensis sex, Bajocensis duo, Aruernus unus è Claromonte, & Lexoniensis unus. Scilicet duae sunt in dicto Collegio fundationes: altera vetus, recens altera. Per veterem instituuntur duodecim pauperes Scholares studentes in Facultate Artium, è quibus octo assumendi sunt è dioecesi Rothomagensi, unde M. Joannes Justitiae fundator dicti Collegij traxit originem; quatuor autem de dioecesi Bajocensi, in cujus Ecclesia Cathedrali idem fuit cantor & Canonicus. Per recentem verò instituuntur quinque pauperes Scholares ad studendum in dicto Collegio per sex annos tantum; è quibus duo assumi debent ex urbe Aruerniae dictâ Salem (unde erat oriundus fundator harum Bursarum D. Livet olim Supremae Curiae parisiensis princeps) aut è vicinis locis; tres autem reliqui ex hac Civitate parisiorum aut alijs ex locis. Interrogatus autem primarius, cur Legitimus septemdecim Bursariorum numerus non existeret, rondit extitisse hactenus hunc numerum; nuper verò vacavisse quinque Bursas, quarum duas, quae essent è fundatione D. Livet, impletas esse, sed Bursarios nondum in earum possessionem esse admissos. Sic autem imminutos esse Collegij reditus, ut jam tot sustinendis sumptibus non essent pares. Quae res ut manifestior fieret, placuit tradi quanquam amplissimo Rectori exemplum Rationum quae ultimo anno essent redditae, item & veterum quae quinquaginta abhinc annis redditae fuerint.

In posterum autem ex illo numero septemdecim Bursariorum semper octo è dioecesi Rothomagensi, quatuor è Bajocensi assumentur, juxta primam fundationem; è reliquis verò quinque, duo ex urbe Aruerniae dictâ Salem aut è vicinis locis; tres autem ex urbe parisina, aut aliunde, si ibi non reperiantur. Atque ut is ordo diligenter et religiosè servetur, cum aliquis de Bursae possessione decedet, in ejus locum substituetur alius, qui sit ejusdem dioecesis.

Quod si visum fuerit è re Collegij imminuere ad tempus numerum Bursariorum, id fiet servatâ aequali proportione.

Cum autem vacabit Bursa aliqua in ijs duabus, quae destinatae sunt oriundis ex urbe Aruerniae Salem, hujus Bursae vacatio statim à primario declarabitur pastoribus & Consulibus dictae urbis; nec poterit dicta bursa conferri alteri, nisi

post tres menses elapsos ab illa declaratae vacantis Bursa. quod si intra tres illos menses nemo ij illa urbe reperiatur habilis ad obtinendam illam Bursam, tunc conferri possit alicui alteri, qui sit è vicinia loci.

Fiet in communi precum more ex[h]ort; Ut ex missa celebrabitur quibus diebus ad statuta jubent. Si quis autem à precibus hinc matutinis hinc vespertinis, aut à S[t]o Missae Sacrificio aut à coetu Christianae pietatis officijs absque[b]it nisi legitimâ causâ impeditus, de qua primarius judicabit, in singulas vices singulis assibus multabitur. Eam autem multam placuit diebus dominicis & festis duplicari. Absentium nomina punget primarius. quae inde proveniet pecunia, cedet in publicos usus.

Singulis diebus Sabbathi certâ quadam et statâ horâ primarius studiorum rationem exiget à Bursarijs. Eadem die statâ quoque horâ idem primarius Bursarios doctrinae Christianae praeceptis imbuet. quicunque Bursariorum alterutri exercitationi defuerit, quinque assibus multabitur.

Unusquisque Bursariorum teneatur singulis trimestribus proferre primario testimonium professoris quem audiet, quo testimonio constet eum diligenter studijs navare operam; nec ullis Bursarijs fructus Bursarum persolvet procurator, nisi proferant ejusmodi testimonia, quae ipse in reddendis rationibus exhibere teneatur.

Et quoniam, ut studiorum sic etiam virtutis societas multum valet ad concordiam animorum, et ad stabiliendam disciplinae ordinem, à primario habitus operae erit quam primum simul dies vocantur in eodem cenaculo, quem ad mores statutis Collegij decernet &c

Singulis mensibus semel et saepius, si res postulabit, congregabuntur simul primarius, Capellanus et Bursarij ad agendum de negotijs Collegij. Ubi procurator exponet quid à quoque acceperit, quid impenderit, si quae sint aedes reparandae, si qui sumptus faciendi, communicabit cum socijs quae ibi decreta fuerint, Item vacationes Bursarum, tempus admissionis, quo quisque in Bursam possessionem admittetur, et alia ejusmodi ad Collegium pertinentia publico deliberationum libro inscribentur.

Nihil gravioris momenti peragetur nisi convocato prius de eo domûs provisore: ejus consensus inscribetur quoque publico deliberationum libro.

Fiet quam primum descriptio omnium titulorum et Chartarum ad res Collegij pertinentium praesentibus primario, et quatuor antiquioribus Bursarijs. Quisque exemplum subsignatum ab eo, qui ei descriptioni faciendae ad quem tradetur gubernator data domus, et ipsi amplissimo D. Rectori reponendum in tabularijs visitatis diligentia, quae si hac descriptione faciendâ adhibita fuerit, primarius reddet quam primum rationem D. Rectori.

Arca communis, in quâ tituli et Chartae ad Collegium pertinentes, reponentur claudetur duabus clavibus, quarum unam Gubernator Collegij, alteram primarius habebit

Procurator reddet accepti et expensi rationem semel saltem in anno statâ ac certâ die Magistro seu gubernatori, primario et Bursarijs. Quod si intra mensem ab illâ statâ ac certâ die rationes non reddiderit, singulis hebdomadis, quibus hoc officio defuerit, solvet singulos nummos argenteos, quos Scutatos vocant.

Nullae mulieres in Collegium admittantur.

Collegij fores claudentur horâ nonâ, ut statutis visitatae cautum est.

Describentur quam primum statuta Collegij, si eorum exemplar inter titulos et Chartas ad Collegium pertinentes reperiatur, eâque cum ipso Exemplari diligenter collata, et subsignata à primario & 4 antiquioribus Bursarijs tradentur amplissimo D. Rectori reponenda in tabularijs visitatis

quae d

Quod pertinet ad gubernatores et Magistrum domûs; quorum statuta dicti Collegij expressè jubetur, et id hactenus religiosè fuit observatum, ut statim atq; Rectorij Inducto ortu fuerit electus, præsentetur in congregatione generali visitatio post electionem ejus proximè secuturâ, ubi juret se jura, reditus, et proventus ac statuta dictæ domûs pro posse huc fideliter servaturum; dabitur ei opera, ut dictæ domûs gubernator, et hunc præscriptum morem non servaverit in quo electus est, quàmprimùm observet, et hac in re statutis Collegij fiat satis.

Hæc in posterum diligentèr servari placuit, atq; ita ab amplissimo D. Rectore concluditur

C. Rollij Rector.

Camerac. visitatio

Die 24 Julij 1609. Visitatum est Collegium Cameracense ab amplissimo D. Rectore, adjunctis 4. Nationum Consulibus, quibus ea aderant Syndicus et Scriba Universitatis. Comparuerunt in eo M. Andreas Sarrazin Bac. Theol. et primarius, M. Jacobus Jouvenot Capellanus, idemq; procurator et ex Bursarijs, qui numerus est primæ et unicæ fundationis Institutæ. Interrogatus autem ijs tum simul tum separatim, compertum est Capellanum non fungi diligenter officio huic, nec celebrare missas quibus id diebus statuta præcipiunt. Hisque postulante Syndico decreta sunt quæ sequuntur:

Sacerdos seu Capellanus ad minus ter singulis hebdomadis missam celebrabit, in Capella Collegij (ut statutis expressè jubetur) vel celebrari faciet, per Dominum Sacerdotes acceptus à Magistro domûs; scilicet die Sabbathi de Beatâ Mariâ, die dominica cum officio diei secundus tempus; die Lunæ vel Mercurij pro defunctis. Si verò præter istas tres missas contingat aliquas alias vel easdem celebrari, seu propter festum solemne seu propter anniversarium fundatoris, dem Sacerdos eandem Missam tenebitur celebrare. Itaq; si occurrat festum aliquis dies in hebdomada qualiscunque sit, hoc die festo tenebitur quoque Sacerdos missam celebrare præter tres illos statos ac designatos dies. Quod si in posterum aliquoties monitus Sacerdos neglexerit hac in re officio fungi huic, nec diligenter et religiosè voluntati fundatoris, quæ sacra et inviolabilia esse debet, fecerit satis, dabitur opera, ut alius in ejus locum substituatur.

Pergent fieri diligenter mane et sero preces in æde à primario, Capellano, et Bursarijs debitâ statâ ac certâ horâ. Hæ statâ quoque ac certâ horâ et quibus conveniet diebus Sacrosanctæ missæ sacrificium celebrabitur à Capellano. Qui autem à precibus sive matutinis sive vespertinis, aut à Missæ sacrificio cujusq; diei pietatis officijs abfuerit, nisi legitimâ causâ impeditus, de quâ primarius judicabit, is singulas vices singulis assibus multabitur. Quæ multa diebus festis ac dominicis duplicabitur. Absentium nomina pueri ac notabit primarius.

Singulis diebus Sabbathi primarius statâ ac certâ horâ Bursarios Doctrinæ Christianæ præceptis imbuet, eosq; quos ad Religionem pertinent, edocebit. Eodem die statâ quoque horâ ab ijsdem studiorum rationem diligenter exiget.

Quod pertinet ad tempus studiorum; qui minores scholas frequentabunt eas sine ulla interruptione percurrent; alioqui Bursa vacabit. Idem confecto primo biennio tenebuntur intra tres menses gradum Magisterij in Artibus assequi; aliter ipso facto Bursa vacabit. Qui Theologiæ studebunt confecto studij Theologici triennio, tenebuntur intra sex menses Lectoris Examina; aliter Bursa vacabit. Et intra sex alios menses proximè sequentes gradum Baccalaureatûs assequi; alioqui Bursa vacabit. Cum proximam ingredi

licentiæ

Licentiæ, aliter bursa vacabit. Denique anno post licentiæ doctorali laureâ insigniri, et is erit Bursæ finis.

Decretistæ, quibus per statuta septennium studij conceditur, vt id tempore explere possint, poterunt ab humanitatis scholâ ~~quinquagesimâ~~ 2da classe vocatâ, oriri. Ijdem confecto primo biennio tentburtium pariter intra tres menses gradum Magisterij in artibus adipisci; aliter ipso facto bursa vacabit. Confecto deinde in studio Juris biennio, intra sex primos menses baccalaureatûs gradum consequentur, aliter bursa vacabit; Et intra sex alios menses proximè sequentes licentiæ gradum obtinebunt; aliter bursa vacabit. Siquid postrò superfuit temporis ex concessis ipsis studiorum septennio, anno post licentiæ, Laureæ doctorales adipiscentur. Cum autem bursæ adolescentibus actu ac re ueræ studentibus destinatæ sint; statuit atque decretista doctoralem lauream adepti fuerint (tentburtium contegeant, vt superiùs præscriptum est anno post licentiæ adipisci, aliter ipso facto bursa vacabit) Bursarum emolumentis frui non poterunt amplius, etiamsi concessum ipsis studij septennium non expleuerint. Nec poterunt ijdem ad explendum illud tempus è studio Juris ad theologiæ transmutare.

Habitur opera à primario, vt, si fieri possit, virtûs et mensæ societas inter Burtarios instituatur.

Fiet quamprimùm diligens descriptio chartarum & titulorum ad Collegium pertinentium, cujus exemplum tradetur amplissimo D. Rectori; eidem quoque tradetur exemplum rationum vltimarum, quæ quinquaginta abhinc annis fuerunt redditæ.

Hæc communi consensu decreta sunt, rataque habita ab amplissimo D. Rectore concluserunt. /

C. Rollin Rector.

Sorb. plenum

Eodem die 24 Julij 1696. Lustratum est Collegium Sorbonæ plenum ab amplissimo D. Rectore et aliquot ex nationibus, quibuscum aderant Syndicus et scriba Universitatis. Hos ea comparuerant M. Th. Burreaux doctor & socius Sorbonicus recens electus in primarium dicti Collegi; M. Charmetreau doctor quoque & socius Sorbonicus, ejusdem Collegii procurator, professores omnes, et Bursarij nouem (vacuis bursa vacare à paucis diebus dictatis). Jamprudem enim ad decem redactus est numerus Bursariorum, quem apparet olim fuisse multò ampliorem. Ex illis verò decem Bursarijs, sex sunt primæ et antiquæ fundationis, reliqui quatuor recentiorè Institutæ à D. Moreau. E sex primis duo assumi debent è Matisconensi diœcesi, ijque à Matisconensi Episcopo præsentandi: uno ex diœcesi Ebroicensi; ijque pariter ab Episcopo Ebroicensi præsentandi; duo denique de provinciâ Turonensi, et hi eligendi et constituendi ab Abbate majori Monasterij, qui jus Collationis dicitur dicti Collegij bursarum habet. Reliqui quatuor è quacumque Regionum oriundi sint, vnde esse debent, excepto uno, Leliciet Jacobo Le Tanneur, qui licet sit parisinus, nuper & fermè ab anno substitutus est in locum Turonensis contra statuta et mentem Fundatorum. Itaque postulante Syndico, placuit dicto Jacobo Le Tanneur non frui amplius fructu et emolumento Bursæ, et intra tres menses alterum in ejus locum substitui, qui sit è Turonensi provinciâ; eamque legem deinceps diligenter observari, vt in locum Bursarij decedentis nemo substituatur, nisi qui sit è diœcesi et provinciâ, quas statuta præscribunt. /

Ex variis Interrogandis et responsis patuit in dicto Collegio florere pariter pietatis et doctrinæ studium, disciplinam diligentèr observari, et legere inter dies præcepta et concessa; quod ea optimus & clarissimus discipulus vnicuique. Itaque amplissimus Rector gratulatus est vnumquemque singulis tam felicem Collegij statum, idemque publicè gratum et memorem animum hostatus erga præsentem domum, in qua virtutis & literarum elementa à teneris hausit, feliciter educatus vigili curâ & verè paterno studio clarissimi viri C. Golinet hujus dicti Collegij, gymnasiarchæ aliquot abhinc annis fato functi; ab eodemque ad publicum docendi munus primum in secunda classe, deinde in Rhetorica Executus, his per acta discessum est.

C. Rollin Rector.

Eodem die 24

grassinai

Eodem die 24 Julij 1596. Lustratus ꝛa Collegium Grassinæum ab amplissᵒ D. Rectore & aquissᵘˢ 4 Nationum Censoribus, quibuscum aderam Syndicus & Scriba Universitatis. In eo comparuerunt M. franc. framery primarius, M. Langeus Capellanus, et Doctor Tirol, professores ibi, et undecim Bursarij, duodecimi vacante loco. Interrogatis omnibus seorsim, seu separatis patuit disciplinam diligenter observari; Religionisque et bonæ pietatis studium quale per manus traditum ꝛa seruare domo vigere. Facta vero mentione Rationum, quas à plurimis annis non exstare redditas, primarius, qui idem procuratoris munere fungitur, eas protulit manuscriptas respondit(que) se paratum eas reddere. Postulante Syndico placuit eas omnes reddi quamprimum. In posterum autem singulis annis certa ac statâ die reddi. Quod si facere per negligentiam omiserit primarius, in singulas hebdomadas quibus tali officio defuerit, solvat ab eo in rem Collegij communem singulos nummos argenteos, quos scutatos vocant.

Placuit quoque fieri quàm primùm diligentem & accuratam descriptionem & Chartarum & Instrumentorum ad Collegium spectantium, item ex libronum Bibliothecæ, atque etiam ornamentorum Capellæ, ejusque exemplum tradi Illustrissᵒ Serenissimi Archiepiscopo Superiori domûs.

Quod facta ꝛa mentio Bursarum aliquot, quæ plurimis abhinc annis fundatæ a Clarissᵒ Viro D. Cocqueret, olim ejusdem Collegij Gymnasiarcha sanctæ nullas apparent, placuit eâ de re à primario diligenter inquiri, ne illa fundatio mandari possit executioni.

De alterâ verò fundatione recentiori, quæ spectat nobiles Hibernos, quos Illustrissima quæ quidem fundatio Britanniæ Regina & Collegium Grassinæum se contulit, Universitate, placuit eam rem deferri quamprimùm ad Tribunal amplissᵒ Rectoris et Deputatorum Universitatis. Ita ꝛa ab amplissᵒ Rectore conclusum ꝛa

C. Rollij Rector.

Eodem die 24 Julij 1596. Lustratus ꝛa Collegium Fortetianum ab amplissᵒ D. Rectore Et aquissᵘˢ quatuor Nationum Censoribus, quibuscum aderam Syndicus fortesti et Scriba Universitatis. In eo comparuerunt M. Perlan Canonicus Ecclesiæ metropolitanæ Parisiensis, Decti quoque Collegij primarius, M. Franciscus Mogreau procurator ejusdem Collegij & dela Morliere Capellanus, et decem Bursarij. Interrogatus ille fundationes Collegij, quas fundationes diligenter observari placuit antequam quidquam statueretur, earum brevem fundationum descriptum exemplar tradi quamprimùm amplissimo D. Rectori reponendum & Tabularij Universitatis. Acta ꝛa ab amplissᵒ D. Rectore conclusum ꝛa

C. Rollij Rector.

Die 4 augti 1596. In Comitijs Deputatorum Universitatis ordinarijs Lauduensi habitis, quibus auspicato D. Rectore ad suadam ord. MM. Quelgard de Gault Francum, Framery Picardum, Fortin Normanum e quatuor nationum procuratoris, aliosque ejusdem ordinis officiarios ordi

supplicem ordi

Supplicauerunt pro literis nominationum titulo magistrij in artibus et quinquennij Adrianus fouet Abbavillaeus, Aegidius Barbier Syluanectinus, Andreas vestier Arelatensis, Andreas dionysius Gallois parisinus, Antonius Josephus du meynet, parisinus, Antonius des landes nouiodunensis, Antonius le fevre nouiomensis. Bernardus Claudius Lordelot parisinus, Bernardus Morlet Cameracensis. Carolus Berteville pontoesianus, Carolus de Zerville Senonensis, Carolus Grimoult Rothomagensis, Carolus Truiart Syluanectinus, Carolus faucamberge Meldaeus, Claudius David Bellouacus, Dionysius percheron Carnutaeus, Edmundus fuet parisinus, Franciscus Bertel Catalaunensis, franciscus Lestendu Carnutaeus, Gilbertus Carolus Camusat Claromontensis, Fr. Gabriel de Bretigneres vernonaeus Ordinis Clumacensis. — Jacobus Briet Abbavillaeus, Jacobus le Roy Ambianensis, Jacobus Cocquerel nouiodunensis, Jacobus Collemant parisinus, Jacobus Nicolaus le page parisinus, Jacobus Boutet parisinus, Jacobus Bouteville nouiomensis, Joannes le Radde Rothomagensis, Joannes franciscus Marc pontoesianus, Joannes Chabot Santonensis, Joannes hubert parisinus, Joannes Ludus du val pontoesianus, Josephus naudé nouiodunensis, Ludouicus Jullien parisinus, Ludouicus Rambour pontisarensis, Natalis Cuquemelle Carnotensis, Nicolaus Claudius Rugniatre Laudunaeus, Nicolaus Sotan Senonicus, Nicolaus Vuatier nouiomensis. Paulus Balduc Senonicus, Paulus Chabin Carnutaeus, petrus Bartholomaeus Loppin Turonicus, petrus Abrahamus de la Rüe Rothomagaeus, petrus paillet Boloniensis, Renatus Baillot parisinus, Simon Gauché Lingonensis, et Theodorus Guillaume parisinus, easque illis omnibus literas comodi placuit, atque Ita ab amplissimo D. Rectore conclusum est.

Quod M. Edmundus pourchot syndicus universitatis obtulit typis excusam eorum praediorum descriptionem quae in prato clericorum sita sunt, quam descriptionem fieri placuerat die 4 7bris 1694, placuit ei et gratias haberi, et reddi quindecim libellas, quas dederat D.o de Boismartin, cujus operâ usus est, deducendas ex majore summâ, quae dicto de Boismartin promissa est; Tum persolui ducentas septuaginta et unam libellas Typographo, qui descriptionem illam typis impressit, et octodecim libellas Scalptori, qui tabulam aeneam sculpsit, in qua prati clericorum superficies exarata est. quia tamen descriptio illa et tabula sunt priuati hominis opus, si quod in ijs mendum atque erratum reperiatur, id soli auctori attribui, non Academiae fraudi ac detrimento esse placuit. atque Ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

C. Rollin Rector.

die 14. augusti 1686. In comitijs præclaræ Facultatis Artium apud
Maturinenses hora 7.ª matutinâ de more habitis ad eligendos Examinatores
Candidatorum Magisterij in Artibus tum apud R. Mariam, tum apud Græcam
Genouefam, postquam D.ⁿ Rector exposuit causam congregationis & quales
esse deberent, qui hoc grauissimo munere fungerentur; M. Edmundus Pyrot
Meldensis Eccl.ae R. Mariæ Cancellarius præsentauit M. Rabouin
Doctorem Theologiæ, qui vices suas nomine Procancellarij obiret, cum ipse per se
Cancellarius huic muneri fungi non posset; quâ de re jam antea amplissimus D.ⁿ
Rector jam admonerat, in antecessum duos hac comitia haberentur; deinde
designati sunt ab eod.ⁿ D.ⁿ Cancellario hi Examinatores; primus M. Franciscus
Nicolaus Pregeros Bacc. Theol. pro honorandâ Gallorum natione, M.
Antonius Cheron Licentiatus Theol. pro fidelissimâ Picardorum, M. Matthæus
Renault Bacc. Theol. pro venerandâ Normanorum et M. Ioannes Farly
Licentiatus Theol. pro Constantissimâ Germanorum; deinde totidem et eodem
nationum ordine designati sunt à M. Le Febure Doctore Theol.
et Procancellario Eccl.ae Genouefæ, primus M. Bernardus Collet
Humanitatis in Forbonensi Collegio professor, M. Ambrosius Lanciat Rhetoricæ
antè professor, M. Jacobus Fleury humaniorum literarum & Græcarum
professor et M. Jacobus Murphy Baccalaureus Theologus. Tum de ijs
dimissis ab amplissimo Rectore ad deliberandum vocatis, postquam per omnes
Procuratores retulerunt se gratum & acceptum habere M. Rabouin
in procancellarium R. Mariæ, atque eos dare operam elegisse dum probassent
Examinatores, qui fuerant designati, excepto uno M. Francisco Nicolao
Pregeros, qui ab honorandâ Gallorum natione reiectus ut quod nondum
esset idoneus, qui hoc muneri fungeretur; Atque in Regio Collegio
Gualtero Bellouaco Physices professor, qui apud R. Mariam pro honorandâ
Gallorum natione Candidatos Magisterij in Artibus tentaret, cæteris ita
placitum, ut supplices accederent. Tum ijs satis superque supplicando,
sibi Constantiensia post confectum jam physicæ cursum per biennium in Vrbitate
Cadomensi, scilicet à Diuinitatis anno 1686 ad Inducias gratiæ
anni 1688 in Collegio Lexouiano ibi tum vigente professore M. Guillebert
Petit, et biennium illud Cadomense sibi pro uno anno haberetur.
2.us Ludouicus Geoffroy Danus Diuæ Remensis post confectum quoq; per
biennium physicæ cursum in Vniuersitate Remensi, in quo Collegio bonorum puerorum
à Remigialibus anni 1689 ad Remigialia anni 1691. prolatis enim
Literis magno ejusdem Vrbitatis sigillo munitis, quibus constaret se
adeptum fuisse gradum Magisterij in Artibus in præclara ejusd. Vrbitatis facultate Artium
sibi hic pro uno anno haberetur. 3.us Claudius Duval Clericus
Ebroicus M. L. du Han celeberrimi in Sorbonensi Collegio physices professoris
discipulus, postquam omnibus viris medicis aliorumq. veritatis grauissimorum
testimonijs planum fecit se non potuisse nomen suum inscribere in
posteriore physicæ curriculi Catalogo præterea quod graui morbo correptus abfuisset
à Scholâ nec ante diem maij 26.tum redire in eandem scholam potuisset,

quo tempore

quo tempore catalogus ille jam delatus fuisset in tabularium vrsitatis, petijt vt si liceret nihilominus ad examina magisterij in artibus admitti.

4us Joannes Jacob de Tigny Salmuriensis dioc. Andegauensis M. Landry clarissi in Regia Nauarrâ phia professoris discipulus, postquam fidem fecit prolatis Medicorum aliorumque virorum grauissimorum testimonijs, se morbo implicitum in patriâ non potuisse ante finem Januarij in hanc vrbem peruenire, atque adeo in priore Logicorum Catalogo nomen suum inscribere petijt similiter, vt sibi nihilominus liceret ad examina magisterij in artibus admitti.

5us Franciscus Cheual Senonensis M. Reginaldi Gentilhomme celeberrimi in Cardinalitio phiae professoris discipulus, postquam fidem fecit et medicorum et aliorum virorum testimonijs se graui etiam morbo, quo per aliquot menses conflictatus est, impeditum domi fuisse, quo minus in professoris Scholâ versaretur, atque adeo non potuisse nomen suum in priore physicorum Catalogo inscribere petijt, vt sibi quoque nihilominus liceret admitti ad examina magisterij in artibus.

6us Simeon Maniat Altissiodorus M. Pauli le Cordelier celeberrimi in Mazarinaeo phiae professoris discipulus, quod nomen suum desideraretur in posteriore Logicorum Catalogo, cujus omissionis nullam aliam causam attulit, quam quod illud scripsisset quidem in alijs Catalogis qui apud phiae professorem, & Collegij moderatorem remanserunt, non autem in eo, qui ad tabularium vniuersitatis delatus esset, postquam grauissimorum virorum testimonijs fidem fecit se professoris Lectiones scriptis et auribus assiduè ac diligenter per biennium excepisse, petijt vt sibi liceret ad examina magisterij in artibus admitti; quibus de rebus et supplicationibus audito M. Edmundo Pourchot vrsitatis syndico, dimissae ad deliberandum nationes, postea per ornatissimos procuratores retulerunt sibi placuisse indulgeri omnibus praedictis supplicibus quod petierunt, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

C. Rollin Rector.

Die 18. augusti 1696. congregatis apud ampl. D. Rectorem in Collegio Laudunensi aequissi 4. nationum Censoribus cum syndico et scribe vrsitatis actum est de rebus pertinentibus ad Collegium Harcurianum, quod ab ijsdem lustratum fuerat die 6a Junij quidam anni & cujus prouisor et Bursarij Theologi saepius apud ampl. D. Rectorem auditi fuerant. Itaque ad stabiliendam in hoc Collegio disciplinam, et constituendum cunctis in rebus certum ordinem, postulante syndico coi omnium consensu decreta sunt quae sequuntur.

Harcurianum

Ac 1o. qd, qn multae st in dicto Collegio Bursarum fundaoes, eaque varijs temporibus et à varijs personis institutae, placuit eas oes hic breuiter recenseri, vt patet cujus quisque loci esse, et à quo ad has bursas nominari debeat.

Anno 1312. Radulphus de Harcuriâ, quondam Archidiaconus de Constantino fundauit in dicto Collegio viginti octo Scholares pauperes studentes in Artibus et in phia, quorum quatuor de dioecesi Constantiensi; quatuor de Bajocensi, quatuor de Ebroicensi, quatuor de dioe Rothomagensi assumi debent; reliqui duodecim de ijsdem dioecesibus et alijs et indifferenter de omni natione.

Idem fundauit in eodem Collegio duodecim pauperes Scholares studentes seu instruendos in Theologiâ Facultate; quorum pariter esse debent duo de dioe Constantiensi, duo de Bajocensi, duo de Ebroicensi, duo de Rothomagensi; Reliqui quatuor indifferenter, vt prius, de omni Natione.

Anno 1484. D. Joannes Boucart Episcopus Abrincensis duodecim Bursas Minores fundauit: at eae anno 1536. redactae sunt ad sex, quae conferuntur partim à Capitulo Ecca Abrincensis; partim ab Ecca Leonensi; partim ab heredibus fundatoris.

Anno 1579.

MOYEN PAPIER DEUX SOLS

Anno 1509 d. Guill. Gerbert dominus villarum
de Breau et d'Imberuille fundauit
Normanis vnas minores burſas

An. 1550. d. Joan. Mulot Cancellarius Eccl. Constantien. fundauit burſas
vnas majores huic Theologicas et minores duas, quæ conferentur ab heredibus
et cognatis dicti fundatoris.

+ anno 1650 mr. Guillaume fundauit partim mas burſas pro liberis suorum heredum

An. 1644. Robertus Pelerin fundauit mas burſas pro liberis suorum heredum +
Anno 1663. Joan. Rouxel fundauit parter vnam burſam pro liberis suorum
heredum. his vltimis tribus burſis major quam carteria reditus assignatus et
et jura quædam peculiaria concessa sunt. Anno 1680 Guido Goneau fundauit

+ d. coquus dicti Collegij burſas minores fundauit

An. 1690 Ludou. Noel burſam minorem fundauit pro liberis heredum suorum +
Collectis simul omnibus hisce fundationibus erunt esse tredecim Burſarij
Majores seu Theologi; quinquaginta minores Burſarij, et præterea tres
C. Rollin R. alij, quorum peculiaris fundatio est.

Ex illis minoribus Burſarijs, quos juxta fundationes primùm commemoratas
quinquaginta esse oportuit, non ita pridem verò, licet ab annis circiter
viginti, sex et triginta fuisse apparet; jam octodecim tantùm superesse,
immunitis vehementer Collegij reditibus ob novas ædificationes. Theologorum
numerus stat integer, exceptis duobus, quorum burſis ob aliquot menses vacant.
Cum autem per statuta decennium modò Burſarijs Theologis concedatur,
et per recentiores literas Regias, ut aiunt vulgo, patentes, supremæ
Curiæ auctoritate confirmatas, ijdem teneantur intra priores quinque
annos Baccalaureatûs gradum, et intra quinque alios sequentes doctoratûs
Laureas assequi; postulante Syndico placuit burſas M. Claudij
Cornauin emeriti professoris, et M. Hasé. Le Mône, quorum primus
à 45. annis, alter à sexdecim annis burſas obtinet, ita de facto
vacantes declarari, aliosque in eorum locum intra tres menses substitui, nisi forte
dicto M. Cornauin propter senectutem et tropias indulgeri suprema Curia jubeat.

Quod spectat ad M. Joannem d'Ormeaux Baccalaureum & Theologiæ professorem
in dicto Collegio, qui licet decennium expleuerit, burſâ tamen frui deficiente hoc
ut professori contendit per sententiam Arbitralem latam an. 1667.
quorum hæc sententia ab illustriss. et prudentiss. viris D.D. le Nain et Turgot
de qt. Clair communi consensu primisonæ et Burſariorum Theologorum, inter
quos erat M. Le François nunc Professor, lata est ad sopiendas quæstiones
Litis et stabiliendam in Collegio Concordiam, atque adeo plurimùm habere videtur
potest, sed eadem repugnare videtur veteribus statutis et recentioribus
literis Regis, quas vulgo vocant patentes. ne ullus superest hæsitandi locus, placuit Curiæ quàm
operam, ut hinc sententia Arbitralis auctoritate Supremæ Curiæ auctoritatis, locus stari veteribus statutis.

Quod spectat ad M. Guill. Briffet primarium minorum Burſariorum
qui à triginta annis et amplius majores burſas obtinet, quoniam
exiguam admodum laboris meritedem ut primarius Arbitrandi suscipit, et
magni tamen momenti videtur, ut minoribus Burſarijs præsit aliquis, qui
huic uni curæ incumbat, totumque se instituendis illis adolescentibus tradat,
visum est de re Collegij, ut dictus primarius retinere possit burſam
Majorem quandiu hoc munere fungetur. Quia tamen illud statutum videtur
non esse consentaneum, placuit id ratum hic haberi si quidem Supremæ Curiæ
auctoritati et consentiat.

Denique quod spectat ad M. Petrum Polymer procuratorem Collegij

M. Andream Engicehard et M. Franciscum Adam priorem dicti Collegij, quorum prior Medicinae, alij duo Juri contra statuta hactenus studisse dicuntur, placuit eorum quoque bursas re ipsa vacantes declarari, nisi in posterum assiduam et diligentem Thgiae dederint operam: Illud verò tempus quod alteri quam Thgiae facultati impenderint, imputari ipsis, et ea legitimo decennij spatio detrahi, ita ut confecto Theologiae triennio si jam quinque annos expleverint, teneantur intra sex menses subire examina et deinceps Baccalaureatus gradum assequi.

Quod pertinet ad minores Bursarios, ut in conferendis octodecim illis bursis, quae jam supersunt, suum unicuique collatori jus, quantum fieri poterit, servetur, hanc servari legem placuit. Provisor, qui conferendi majores bursas duodecim jus integrum et incolume retinet, conferet praeterea decem minores Bursas antiquioris et primae fundationis, duas adolescentibus è Constantiensi dioecesi, duas è Bajocensi, duas ex Ebroicensi, duas è Rothomagensi; duas promiscuè quibuscunque voluerit ex omni natione secundum statuta.

E fundatione R. Joan. Bouvart Episcopi Abrincensis assumentur tres, quorum unus à Capitulo Abrincensi, alter à Thesaurarijs Ecclesiae Leonensis, tertius ab heredibus fundatoris nominabitur.

E fundatione R. Godefr. Hebert Episcopi Constantiensis assumentur quatuor, quorum duo à capitulo Constantiensi, duo ab heredibus fundatoris, si supersint, sin minus, ab eodem Capitulo Constantiensi nominabuntur.

Denique unus nominabitur ab heredibus et propinquis M. Ludovici Nael eo ritu quo indicitur in ejus testamento.

Cum autem in posterum accrescit numerus Bursariorum, assumentur è qualibet fundatione, servatâ quatum fieri poterit aequali proportione.

Collatores supradicti monebuntur à provisore per literas ut jus suum usurpent et bursas, quas debent, conferant: nec provisor ullas conferet, quin dicti Collatores contulerint suas, aut saltem aliquot ex ijs Bursarijs, qui in Collegium admissi sunt, tanquam suos adoptarint: alioquin provisor fructus Bursarum restituere cogetur è suo.

Singulis Bursarijs, qui in posterum admittentur, sive Theologi sint, sive Artistae, concedentur à provisore subsignatae sigillo Collegij literae, sive, ut aiunt vulgo, provisiones, in quibus exprimetur, quae sit cujusque patria, cujus fundationis Bursa quam obtinet, cui successerit, et à quo sit nominatus ad bursam suam. Iis etiam Bursarijs, qui jam in Collegium admissi sunt, concedentur similes literae seu provisiones, in quibus praeterea exprimetur tempus et dies quo quisque in bursam admissus est. nec procurator dictis Bursarijs fructus Bursarum persolvet, nisi proferant suas provisiones, alioquin ~~[illegible]~~ fructus restituere cogetur è suo.

Quod pertinet ad tres Bursas, quarum unam M. Robertus Peler in alteram M. Nicol. Quintaine, tertiam M. Joan. Rouxel fundaverunt 1° ad bursam M. Roberti Peler in assumetur semper adolescens, qui sit è Locis, quae in fundatione designantur. Dictus Bursarius bursam tenere poterit à sextâ classe ad finem usque studiorum tam humanitatis et philosophiae, quam Thgiae aut Medicinae, ita ut nihil derogetur è statutis dicti Collegij. Quamdiu erit Artista, hoc est quamdiu literis humanioribus vel philosophiae studebit fructus distributionibus, juribus et dignitatibus Artistarum; portionem verò seu distributionem duplo majorem accipiet, quam quae fiet caeteris Bursarijs Artistis, et praeterea singulis hebdomadis quinque asses à procuratore Collegij accipiet. At cum idem gradum magisterij in artibus fuerit assecutus, fruetur ijsdem emolumentis, dignitatibus, immunitatibus

MOYEN PAPIER DEUX SOLS LAFEUILLE

Juribus et privilegijs, quibus caeteri Bursarij Theologi, ita ut nulla nova provisione, nullis ad id literis indigeat. non augeatur tamen portio seu distributio, quae fruebatur prius ut Artista.

2°. ad bursam M. nicolai quintaine assumetur Adolescens, qui sit quoque e Locis, quae in fundatione designantur. E ducentis et viginti quinque libellis annui reditus, quas fundator Collegio reliquit, dictus Bursarius percipiet quotannis centum et viginti quinque libellas, quae ei per singulas hebdomadas distribuentur. Dum erit Artista, ijsdem Juribus, privilegijs et emolumentis fruetur, quibus caeteri minores Bursarij. Cum vero gradum Magisterij in Artibus fuerit assecutus, admittetur in unam e duodecim majoribus Bursis primae fundationis, si qua vacaverit, et ipse ad eam Idoneus inventus fuerit, et qualem statuta postulant, tuncque ijsdem Juribus, privilegijs, immunitatibus et emolumentis fruetur, quibus caeteri majores Bursarij. Tempus dictae Bursae erit quatuordecim annorum, nec ulterius produci poterit ullâ de causâ. Si Bursarius, cum in dictam Bursam admittetur, paratus erit studium philosophiae ingredi, bursâ fruetur per decem annos tantum: si vero magister erit in artibus, bursa fruetur per octo tantum annos. Cum bursa vacabit, tenebitur provisor Collegij vacationem hanc notam facere ijs, quorum Juris est ad dictam bursam nominare. Quod si post denunciationem vacationis bursae, bursa illa non statim conferatur, fructus qui per vacationem illam procedet, solvetur ei, qui in possessionem illius bursae postea induceretur, modo non excedat vacatio spatium unius anni. Quod enim ultra spatium et reditum annuum excurret, id cedet in utilitatem Collegij, ut in fundatione exprimitur.

3°. ad bursam M. Joannis Rouxel assumetur quoque adolescens qui sit e locis, quae in fundatione designantur. caeteraque hujus fundationis, ut reliquarum conditionum diligenter executioni mandabuntur; atque adeo dicti Bursarij, juxta fundationes suas, cum assecuti fuerint gradum Magisterij in Artibus, in numerum majorum Bursariorum transferentur, ijsdemque omnino privilegijs ac juribus, quibus caeteri Theologi, fuentur, aderuntque singulis deliberationibus, quae habebuntur de rebus Collegij, rationesque accepti et expensi, quae reddentur a procuratore audient, ac subsignabunt, tuncque et cum obitus celebrabuntur, alijsque in occasionibus easdem distributiones percipient ac caeteri Bursarij Theologi.

Quod pertinet ad quasdam pecuniae summas, quae debentur societati minorum Bursariorum, decreta sunt quae sequuntur.

Primo summa trecentarum libellarum annui et perpetui reditus, quas M. Petrus Padet olim provisor Collegij legavit dictae Societati minorum Bursariorum ad coemendum lignum, sal et alias ejusmodi res, integra persolvetur quotannis dictae Societati artistarum, non minutatim et particulatim, ut aliquot abhinc annis fieri coeptum est, sed quatuor aequis pensionibus, quae fient tertio quoque mense, anticipato semper tempore, quo facilius et commodius dictae Societatis necessitatibus consulatur, ita ut, verbi gratiâ, initio proximi mensis octobris solvatur illi Societati summa quinque et septuaginta libellarum quae ipsi debetur in tres ultimos anni menses, atque ita deinceps. Quoniam autem ab annis fermè quindecim identidem aliquid decurtatum est ex illa summa trecentarum libellarum, quae dictae Societati debetur quotannis, quae quidem summa excurgit circiter ad quadringentas libellas, placuit eam summam quadringentarum libellarum dictae Societati minorum Bursariorum restitui quamprimum fieri potest.

Item placuit summam mille libellarum, quae jampridem eidem Societati minorum Bursariorum legata est a M. desauberis, ut simul cum eâ pecunia quae

confficeretur, vt ducendis suppellectili congestis, quæ eisdem reliquerat, Collocata q̃ vsui q̃ Dominorum Bursariorum necessitatis subleuare posset, placuit Inquã, colligi quamprimũ fieri potuit, et conuecti q̃ vsq; minorum Bursariorum Dictæq; hyemis summam, cuius nulla q̃ vtilitatem Bursariorum collocatio sancta apparet; an vsurarũ dictæ summæ minoribus Bursarijs à Collegio soluj quotannis

Item eius fundus quoque conuecti ad vtilitatem ejusdem Societatis minorum Bursariorum summam quingentarum libellarum, quas morientis M. Denis dictis Bursarijs Legauit, quæ qđ summa iamprudem à collegio accepta vti necdum q̃ vllos Bursariorum vsus conuersa.

Item cuius M. Forbij morientis testamento legauerit minoribus Bursarijs centum libellas annui et perpetui reditus; percipiendas extrecentis libellis annui quoque et perpetui reditus, quas debebantur ab vxa domo xenotrophij hospitali, quæ vocatur L'Hostel Dieu, Inhumendas pro prudentia provisoris et primarij minorum Bursariorum ad coemendum illis libros, codices, chartas et alia ejusmodi, quorum quotidianum Scholarum vsus indiget; Dicta autem domus Dei ad extinguendum annuum hunc et perpetuum reditum centum libellarum, quem Collegio Marcianano debebat, dicto Collegio persoluerit duo millia libellarum et insuper trecentas septuaginta octo libellas, Scilicet duo millia libellarum in sorte, et trecentas septuaginta et octo libellas In vsuras, quas debebantur; Collegium soluet In posterum diligenter dictæ Societati Artistarum quotannis summam centum libellarum, quas Bursarijs minoribus, qui tunc temporis erunt, distribuentur circa tempus quadragesimæ; et insuper soluet dictæ Societati vsuras pluriũ annorum ipsi debitas, quas fere ad mille libellas excurrunt, nisi forte malit has vsuras sorti addere, et hic augere annuum reditum quem minoribus Bursarijs debet.

Item cuius ab eodem M. Thoma Forbin Bursarijs Theologis legata sit summa trecentarum Libellarum annui et perpetui reditus percipienda vt locatione quamdam domum quæ pendent à Capella Sctæ Marthæ apud Ecclesiam Sti Andreæ des arcubas; qui reditus percipitur ab vno è Bursarijs Theologis casterorum nomine, vta vt tamen nullus huiusce reditus publica rationes reddantur, placuit rationes reddi ab ijs, qui hactenus hunc reditum perceperunt; In posterum autem eundem reditum percipi ab vno è Bursarijs Theologis procuratorio nomine casterorum, qui quotannis accepta et expensa pecuniæ rationem casteris Bursarijs Theologis præsente provisore reddat eadem die, quâ procurator Collegij suas reddet, ratæq; rationes transscribatur q̃ publicum codicem, cui inscribentur publicis Collegij rationibus.

Item cuius M. Gadet in publicum Collegij vtilitatem moriens legauerit magnam Societati Conuictorum mensas, tabulas, plurimasq; suppellectiles culinarias, placuit earum omnium rerum, quas Collegio reliquit dictus M. Gadet fieri diligentem et accuratam descriptionem, cuius exemplar vnum reponatur In arcâ communi, In quâ asseruantur Cartæ ad Collegium pertinentes, alterum remanrat Inter manus provisoris.

Item fieri quàm primũ accuratum ac diligentem Catalogum librorum omnium, qui sunt In Bibliotheca, cuius exemplar vnum reponatur quoque In Tabularijs Collegij, alterum remanrat In ipsâ Bibliotheca penes eum Bursarium, cui Bibliothecæ cura committetur. quamprimũ verò legetur Bursarius, qui Bibliothecæ curam suscipiat, atq; adeo emolumentis ad id à M. Gadet destinatis perfruetur. dabiturq; opera, vt in posterum Bibliotheca pateat, et In ea conspiciatur ad monumentum grati memorisq; animi Imago picta Clarissimi viri M. Petri Gadet, qui illam Bibliothecam non mediocri copia optimorum librorum ditauit, optimeq; de Collegio et de omni Academiâ meritus est.

Item fieri quoque accuratam descriptionem omnium ornamentorum Capellæ et aliarum rerum, quæ ad sacra pertinent, cuius duplex quoque sit exemplar.

Item fieri In primis diligentem et accuratam descriptionem titulorum et Chartarum ad Collegium pertinentium. Quod vt commodius confici possit, comparetur quam primũ majus armarium, In quod tituli et Chartæ omnes Collegij transferantur

Ea

MOYEN PAPIER DEUX SOLS LAREVILLE

ex illa arca, in quâ nunc in ordine Jacent, nec in ea possint ~~Jene~~ spectent et confusè omnes contractus. Confectis autem hanc rerum omnium descriptionibus et Catalogis, curet ejusdem Magister Collegij et Scrutari an ea, quæ in dictis catalogis contrinentur extent et appareant.

Item deputari tria cubicula, ubi commodè habitent et curentur ægrotantes Bursarij eâq; necessariâ suppellectili instrui à Promotore, qui rebus ad id à M. Rectore suppellectilem dispensabit huiusmodi.

Quod pertinet ad reditus Majorum Bursarum, utrum quatuor et quadraginta libellarum, an centum et quinque libellarum esse debeat; Item an Promotor propter Locationes additas, quas obtinet, debeat Collegio debeat ducentas et mille libellas tantùm, an mille et octingentas, præsertim eo quo novarum additus accessit ampliationis, quoniam utriusque illius rei Judicium pendet apud Supremam Curiam, eas Integras et Intactas relinquere placuit. Item de novis ædificationibus, ad quas confirmandas decreto Supremæ Curiæ permissum est Collegio mutua sumere triginta et quinque mille libellarum, quoniam plurimo jam ære alieno obrutum est Collegium ob recentes et ultimas ædificationes, inde contigit ut numerus Bursariorum plus mediâ parte imminutus sit; et ultimis rationibus quas reddita sunt, patet idem Collegium novo ære alieno præterea constrictum esse; placuit Supremo Curiæ libellus supplex offerri, quo postulatur ab eâ, ut prohibeat ne decretum superius citatum executioni mandetur, atq; adeo ne Collegium Marcianum mutuam possit sumere pecuniæ summam quæ superiùs expressa est sine consensu totius Universitatis, cujus plurimum interest ne Collegia, et antiquæ Bursarum fundationes magnificis novarum additionum constructionibus obruantur funditusq; pereant.)

De reliquis ad disciplinam Collegij pertinentibus audito partim Syndico, hi statuti fient in communi præsentia tam manè quam serò quâ horâ solutus est prandium et diligentius Interesse Bursarij omnes tam Theologi quàm Artistæ. Siquis autem à præsentibus sine matutinis, sine vesperis aut à Missa Sacrificio, aut à cæteris precibus officijs absentis nisi legitimâ causâ impeditus, de quâ Promotor, si sint Theologi, principalis Artistarum, si sint minores Bursarij, judicabit, in singulas vices singulis assibus mulctabitur. Eam autem mulctam placuit duplicari Dominicis et festis duplicatis. Absentium Theologorum nomina ponet ac notabit prior; artistarum eorum primarius. Quæ inde provenient pecuniæ, cedet in publicos usus. Fient singulis hebdomadis disputationes à Theologis, quibus præsidebit prior. Singuli sicâ vice respondebunt de rebus Theologicis. Quicunque ex exercitationibus defuerint, quinque assibus mulctabitur.)

Et quoniam, ut studiorum, sic etiam virtutis societas multum valet ad concordiam animorum, et ad stabiliendum disciplinæ ordinis, à Promotore dabitur opera, ut quam primum simul omnes Theologi versentur in eodem cœnaculo, quemadmodum statutis Collegij decretum est.)

Singulis hebdomadis statâ die et horâ simul Promotor, Prior et Bursarij Theologi ad agendum de negotijs Collegij, congregabuntur in Bibliothecâ, vel in alio certo loco, quemcunque designarint Promotor, non verò in Capellâ, quæ Domus orationis est, nec profanis usibus destinata. Ibi procurator exponet quid à quoq; acceperit, quid impenderit, et id tenebitur Prior Collegij juxta Statuta in charta scribere, et in fine anni sumptuum scriptus contra scriptum procuratoris ad computum Domûs asservet. Si quæ sint ædificanda aut reparanda, si quis sumptus faciendi, communicabit cum Sociis, nec quidquam super talibus ipse et sine majoris Sociorum partis consensu conficiet. Quæ ubi decreta fuerint Item vacationes Bursarum, tempus ac dies, quo quisque tam Theologorum quam Artistarum in Bursarum possessionem admittetur, et alia ejusmodi de Collegium pertinentia publicis deliberationum libris inscribentur.)

Siquos autem Exemptis paulo grauioris, qui v.g. excedant summas quinquagenta
Libellarum, fecerit procurator, nec semptor appareat, publico deliberationum libro facta mentio
eò consensu omnium, aut saltem majoris partis sociorum, sumptus illi non approbabuntur, cum
procurator reddet aucpti et expensi rationes, sed vos ipse è huic persoluere tenebitur.
quodcunq; ejusmodi comitia, quae singulis hebdomadis habebuntur, peraturq; sunday
Inscribetur à priore in publicis deliberationum libro, et proximè sequenti hoc Comitia
antequam agatur de vlla alia re, ab eodem publicè relegetur, tuncq; à promotore, priore
procuratore et duobus antiquioribus Theologis subsignabitur. Quicunque Bursarium
Theologorum his comitijs defuerit, in singulas vices decem assibus multabitur.

Procurator bis in anno rationes aucpti & expensi reddet, ex statutis expressè jubetur,
videlicet in mense Aprili et octobri immediatè sequenti. Rationum verò liber tres
Exemplo absenti curabit, quorum vnum promotori, alterum priori & Bursarijs Theologis
Examinandus tradet saltem octo diebus antequam rationes reddat. Cum reditio rationum
absoluta fuerit, ex illis tribus Rationum exemplis duo subsignabuntur à promotore, priore
et duobus Bursarijs Theologis, quorum vnum in Cartophylacio Collegij asseruabitur, alterum
remanebit penes ipsum procuratorem, qui rationes reddidit; tertium verò tradetur procuratori
qui postea ad hoc munus assumetur, ex statij negotiorum Collegij notitiam habere aliquam possit,
et ita deinceps. Quicunq; Bursariorum Theologorum reddendis rationibus non adfuerit
tribus libellis multabitur. Si verò procurator intra mensem ab illo die superiùs
designato, v.g. si anteferiæ maij et nouembris rationes suas non reddiderit, in singulas hebdomadas
quibus tali officio defuerit, soluet nummum argenteum, quem Scutatum vocant. Eo autem
multam cedem in vtilitatem eorum, qui reddendis rationibus adierunt. Magistro autem computa
hi facta mutua cum grata dictatum domus tenebitur reportare tribus approbatoribus, scilicet
Amplissimo D. Rectori, Cancellario parisiensi et antiquiori Magistro seculari in Theologia
Regenti de Natione Normanorum, si quis sit; alioquin alij antiquiori Magistro
seculari in Theologia regenti, cujuscunq; nationis fuerit, ex statutis Collegij expressè jubetur.

Prior annis singulis eligetur in festo S^ti Lucæ ritu indicto in statutis; isq; injuncta
sibi in eisdem statutis munera diligenter exequetur. quatuor postremis, quam nouus
prior fuerit electus, eligetur quoque procurator. Et quoniam ei, qui nunc procuratoris
munere fungitur, hoc munus non fuit rite et juxta statuta prorogatum, vel alicui
quamprimum in ejus locum substituetur, vel ipsi munus ritu solito et indicto per statuta prorogabitur.

Principalis Artistarum, praeterquam quod quotidie et vigili curâ prouidebit ut
minores Bursarij et modestè precibus ac pietatis officijs adsint, et diligentiæ studio
vacent, et publicas assiduè frequentent Scholas, dabit operam, ut singulis diebus
Sabbathi philosophi disputationes instituant de rebus philosophicis, quibus prior
juxta statuta præsidebit; ipsi verò alternis respondebunt et argumentabuntur.
At cæteris autem Bursarijs, qui humanioribus literis et Rhetoricæ studerent, eadem die
primarius Artistarum diligentiæ studiorum rationem exigit. Idem verò eodem die, statâ ac
certâ horâ omnes Bursarios minores doctrinæ Christianæ præcepta imbuet, eosque
quos ad Religionem pertinent edocebit.

Idem quolibet die veneris præsentibus et antiquioribus Bursarijs Artistarum, si quibus
si adesse volent, rationem reddet eorum quæ acceperit et expenderit per hebdomadas,
eæq; rationes subsignabuntur à duobus Bursarijs antiquioribus. Bis quoq;
in anno, vt major Collegij procurator generalem rationis reddet, præsentibus, Magistro,
priore et sex antiquioribus Artistis.

Laudentur omnes posthac fores quibus secretus patet in Collegium aditus.
Ac ne in posterum contingat id, quod jam accidit, vt Bursarij statutorum et legum
quas seruare debent, ignorantiam præterant, præsidet Congregatis omnibus Bursarijs
bis in anno recitabit statuta Collegij vetera quæ ad disciplinam pertinent;
Literas Regias, vt eium vulgo, patentes, et præsentia hæc decreta. In primis
Cauebit ne vltra tempus præfinitum Bursarij in Collegio degant: alioqui juxta
statuta præclara Facultatis Artium pecuniam à Bursarijs malè acceptam restituet d. suo.

Cum facta fuerit descriptio titulorum et Cartharum ad Collegium pertinentium
tradet amplo D. Rectori descriptum exemplar fundationum omnium, quarum supra facta est

mentio

Leges ne præsentia hæc decreta paulatim obliterentur, inscribuntur quæ in publicis deliberationum libro.

MOYEN PAPIER DEUX SOLS TREVILLE

Mentio et aliarum liqu[ium] sint
qua aliquid Collegio [illegible] testamentorum per
plumbum Veris prater [illegible] Bursanja legatus a[d]

In primis dabit operam Provisor, vt et vetera Statuta et hæc recentia Decreta
et recentioris aliquot fundationes, et Illustrium aliquot virorum testamentis facta
donationes, quâ decet diligentiâ et Religione executioni mandentur; ne hujusmodi
testamenta et ultimæ morientium voluntates, quæ sacra et Inviolabilia esse debent
neglectæ jacerent et irritæ, refrigescat studium et liberalitas aliorum, qui de Collegio
et de Bursarija bene mereri fortasse cogitant.

Hæc communi omnium consensu decretasunt atq[ue] ita ab ampl. D. Rectore concluſum est.

C. Rollin Rector.

Die 23. augusti 1696. In Comitijs Deputatorum ordinarijs apud D. Rectorem In
Collegio Laudunensi habitis In antecessum pro ijs, quæ habenda essent de more
Carolo Rollin, Mag. Guichard Picardiæ Decanus, de gaul Franciæ, Framery
et [illegible]us supplicarunt pro literis nominationis juris magisterij In Artibus
Germaniæ Nationis procuratore
et quinquennij Michael Cassiere pbr Claromontanus, Joannes Baptista
Antianus Mainqueneau Subdiaconus Parisinus, Ludcus Franciscus de quay
Clericus Parisinus et Claudius Poncy Clericus Senonensis, ratq[ue] illis debet
concedi placuit atq[ue] ita ab ampl.[us] D. Rectore concluſum fuit.

Pro nuntiatâ extra ordinem negotijs Academicis operâ a[d]
Majores D. Rectoris appantore, placuit solvi illi a[d] quæstore Academico Guillrau
viginti libellas; et pro Impensis ab eodem factis de huc rependi illi
triginta libellas, atq[ue] ita partes concluſum.

Negotium datum est eidem erarij Academici quæstori, vt reciperet a[d] D.[num]
Guillard Integerrimo Curiæ parlamenteæ Senatore Instrumenta Litis quæ
fuscepta est adversus D.[um] de Hautefort, placuitque dari duci D. Senatoris
Secretario, quod quæstori justum et aquum videbitur. atq[ue] ita statim concluſum

C. Rollin Rector.

24.
Die 27. augusti 1696. Natio Germanica apud Maturinenses
officium Magni nuncij pro diocesi et Episcopatu Trajectensi,
vacans per obitum Andreæ petit contulit Francisco de France cuni parisiensi,
qui solita juramenta præstitit.

Mandatum Rectoris.

Nos Carolus Rollin Rector Vniversi studij Parisiensis, omnibus
præsentes literas Inspecturis, Salutem. Jampridem a nobis viri boni
Efflagitant, vt quam pluribus In Collegijs privatim aliquot
professores piam consuetudinem vsurpant quotidianæ scripturæ
sacra recitatione suorum studia consecrandi, eam Nos publicè
et communi lege sanciamus. Id quidem Ipsa Academia
pietatis non minus quam doctrinæ parens, tacitè quodammodo
innuit, dum In primis jubet, vt pueri a Magistris et

Carnotensis, Guillelmus Brigot clericus Rothomagensis, Guido Dalmade clericus Claromontanus, Franciscus Lepage subdiaconus Parisiensis, Franciscus Dominicus Blondel Acolythus Atrebas, Jacobus Jtam clericus Catalaunus, Joannes Aulterroche clericus Claromontensis, Joannes Ludovicus Delorme diaconus Parisinus, Joannes Baptista Martin pbr Lemovix, Joan. Baptista philippes clericus Rothomagensis, Ludovicus Gabriel André clericus Venetensis, Michael Audran Siscampanus clericus Rothomagensis Nicolaus Andreas de Monchy clericus Atrebatensis, Petrus le Bourgeois Acolythus Rothomagensis, Petrus Franciscus le Roux de Neville pbr Constantiensis Renatus Carré clericus Cenomanensis, Stephanus Joannes Baptista Garot pbr Parisinus, rogg plus debg eundi placuit, atgs ita ab amplissº D. Rectore conclusum est

Deinde itum est in Comitium seu capitulum, vbi postq. D. Rector precatus, probatisq quæ quæstiones in hoc tumultu Magistratu, decretisq eodem nomine habendi comitialibus processibus ad Aedem Pro sacris huic Invocationi sti Medardi, vbi dº Guichard Doctor Theologus Decanus rem sacram fecit

Rector

Die 10ª octobris 1697 In Comitijs Rectoriæ apud Maturinenses horâ 10ª matutinâ vt moris est habitis, factâ Supplicandi potestate Joannes le Clerc clericus Attrebatensis, quòd Imprudenter scripsisset in Catalogis, Joannes Baptista ac postea compertum habuisset in tabulis Baptismatum, se vocari Joannem tantummodò, petijt, vt in Album Magistrorum in Artibus, Baptista deleretur, quod illi concessum est. Deinde M. Claudius Peugny honorandæ Gallorum Nationis Censorem, cum à M. Josepho de la Roche accusatus esset, quòd à Candidatis Magisterij in Artibus, plus quàm præscriptum est, pecunias exegisset, quòd à quibusdam Candidatis ultro ac libenter datum esse aliquantulum pecuniæ ei quero, qui eorum Codices ad Typos retulerat, idq; etiam factum nonnullorum aliorum exemplo, qui ante se Nationis suæ Censores fuissent; quin et amplissimi D. Rectores eadem re implicarentur atq; insimulari auderet, quasi plus quàm quod acceptum fuisset quàm liceret, nec quicquam tamen probaret, quin quod & fieri debet, et solet et licitum semper fuit, de his audito M. Dom. Francisco Vitalis Syndico, qui et quâ de re M. Claudius Peugny accusatus esset, et quòd Rectoriæ dignitatem verbis violasset, postulavit, vt propterea ei denceps suffragio tum activo, tum passivo privaretur, ac dimissa ad deliberandum Nationes, postea per omnes amplissimi procuratoris relationem, Gallicana qd. se exhibuisse M. Claudium Peugny dignum & quæ ad rem attinebat, sed non antequam Censor esse desisset. Picardia, se censuisse eundem eadem multandum; Cui tamen sententiæ Censor Picardicus interfuisset; Normanica, nullum de dato M. Peugny ferendum esse Judicium quandiu censuram gereret; Germanica, non esse cur ei M. Peugny ulla pœna irrogetur ob eam pecuniam, quæ accepta diceretur; de eo vero quòd amplissimo D. Rectori falsò objecisset, si veniam peteret, ipsi ignoscendum esse. Tum D. Rector pronunciavit M. Claudium Peugny cæteris Academicis dignum videri; sed supersedendum usquedum Magistratu abiisset, atq; ita concluxit.

Rector

Confirmati verò quadrumviri, nimirum MM. Claudius Lorey professor Bellovacus Petrus Rabeut ibd quæst professor, Quæstor professor Lexoviensis Et Joannes Farely Bas Pyrenæus præstito solemni Juramento in consueto Magistrali Consessu, professionem Gallicanæ renunciandum se Electos in Rectores M. Joannes Vattement Emeritus Philosophiæ Et Jucundus Primarius & Allegro Praelius Bellovacus, qua electio à singulis Nationibus comprobata et confirmata.

Rector

ANTOYEN PARIS LAURENTIE

die 11. octob. ibid. compaguerunt apud Maturinenses horâ 7ª matutina
M. Joannes Vitement Rector
M. Guichard Thio Decanus, et cæteri ordines huj Decani facultatis, huj procuratoris nationis
atq; una cum ejs officiarij ad Instaurationes huic confirmandas novi Rectoris, atq; ex Angulo Comitij
sacræ Capitali de more confluerunt, ad dextram quidem D. Rectoris M. Alexandri Arthus Ex Rector
ex Rector, ad lævam D. Guichard, et cæteri hinc inde ordine quo fieri solet, ac
postquam vir clarissimus Ex Rector verba fecit de Negotijs Academicis eaq; amplissimi D. Rectoris
diligentia commendavit, ordines huj Decani, huj procuratoris, hinc quoque suffragio Rectoris fuerunt
sibi grata ac rata esse dixerunt, inde D. Rector ordines et suas ad proprios collocavit

Die 26. octobris In Comitijs Censorijs apud Maturinenses horâ 7ª matutina habitis
postquam D. Rector exposuit causas congregationis, et quanta fide ac diligentia oporteret Censores, huj dimisso ad singulos eorundem Nationis, postea per ornatissimum
procuratorem renunciatum se elegisse hos censores; Gallicana quidem elegit M. Franciscus
Bucaille Rad. Theol. Picardica M. Jacobus Le Roux Rad. quoq; Theol.; Normanica
M. Joannes Vadelorge Emeritus Humaniorum Literarum et Lexonius professor, et Germanica
M. Carolum Magenis Collegij Longobardorum promotorem, ijque solemne sacramentum
in manibus amplissimi Rectoris præstiterunt. Præterea de quodam hoc ipso tempore
qui libellis et programmatibus publicè propositis significaverat se Mathesin
in publici exercitij Collegio docturum, quasi præter duos Philosophiæ professores, quorum
ea Mathesin, ut cæteras Philosophiæ partes docere, ipse tertius adjungeretur, censuerunt
Nationis hujus homini interdicendum esse, ne publicè doceret tanquam professor
sed privatim tantummodo, quemadmodum fieri solet ab ijs, qui vulgo Repetitores
appellantur; eundemq; placuit ab amplissimo D. Rectore mens ejus hoc decretum
significari; atq; ita ab amplissimo D. Rectore cum laude fuit.

Die 9. novemb. ibid. In Comitijs Deputatorum Visitatorum ordinis apud D. Rectorem M.
Joannem Vitement in Collegio Præmonstratensi Bellovacensi habitis, quibus cum ipso D. Rectore
interfuerunt MM. Guichard Theol., Deloy Juris utriusq;, Baudin Medicinæ
Facultatum Decani; Stephanus Mallement Francus, Des Jardins Picardus,
Borrey Normanus, et Cossin Germanus Nationum procuratores atq; una cum ejs officiarij
supplicaverant pro literis nominationis juris magistrij in Artibus quinquennij
Joannis le Clerc Clericus Ambianensis, et Jacobus Prevel acolythus Rothomagensis
eaq; utrique concedi placuit; præterea supplicarunt Nicolaus Jacqueber
Bolonensis, sed quia nondum erat clericus, placuit concedi literas modo illi literas
quinquennij, nondum verò literas nominationis, atq; ita ab amplissimo D. Rectore cum laude fuit.

Quod expositum est necesse esse reparari caminum quendam in ædibus San Barbaranis
et alia quædam, quæ ruinam minitantur, datumq; negotij MM. Mallement et Colletet
quæstori, ut videant quid fieri necesse sit, agantque cum fabro et
cæmentario; præterea negotium quoq; datum est eidem quæstori ut satisfaciat D. Martesano
pro nuperâ Universitati operâ, atq; ita finita comitia.

Placuit reddi pensionem annuam trecentarum libellarum, quæ Fortunio pertinebat
et D. Girard causam in Parlamento cognitori, atq; ita comitia
postulante D. Deloy consultissimæ Facultatis Decano, ut hi hujusque
Collegis Intercessoribus solverentur ab urbanis annuæ pensiones, sed de ea
re deliberatum non fuit, atq; adeo ni hil comitia

de postulatione Collegij Justitiani, de qua jam antea actum fuerat, ut ad tempus aliquod minueretur numerus Bursariorum, donec Collegium aere alieno liberetur, placuit afferri à primario et procuratore statuta Collegij, et alia Instrumenta ut iterum examinetur quid ea de re fieri conveniat,

Cum M. Stephanus Mallement sederet procurator honorandae Gallorum Nationis ab eadem ipsâ Natione electus et constitutus, accessit M. Jacobus Durban postulans, ne dictus M. Mallement procurator esset propterea quod sibi munus procuratorium deberetur Jure antiquitatis, ac dixit se in eam rem vadatum fuisse In hunc diem dictum M. Mallement, qui respondit sibi datum non fuisse satis temporis, ut causam suam defenderet, atque postulavit ut ea res differetur; eam verò placuit ampliari ad octo dies, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Vittement Rector.

Die 16. novembr. 1697. In Comitijs Deputatorum Universitatis apud D. Rectorem in Collegio praeltro-Bellovaco extra ordinem habitis, de Controversia Inter MM. Stephanum Mallement et Jacobum Durban ortâ de munere procuratorio honorandae Gallorum Nationis, postquam uterque auditus est, quia visum est neutrum sufficienter probavisse suam Immatriculationem, atque adeò non liquere quid peremptorio Judicio decernendum sit, placuit antea exquiri ex tabulis Quaestorijs & Censorijs quid juris it; Interim verò procuratorium munus geri à M. Stephano Mallement, sine praejudicio tamen Juris utriusque, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Supplicavit pro literis nominandis jure magistrorum in artibus & quinquennij Petrus Margaretta petit pbr Meldaeus, tasque illi concedi placuit atque ita conclusum

26.

Vittement
Rector

6. decemb

Moyen Papier Deux Sols Lafeuille

die 7. decembris 1697. In Comitijs Deputatorum universitatis ordinis apud D. Rectorem in Collegio praelio Bellovaco habitis

Supplicauerunt pro literis nominationis jure magisterij In Artibus & quinquennij Petrus Claudius du Costé Diaconus parisinus, Claudius Matthaeus Le Nain Subdiaconus Laudunensis, Petrus Ludovicus Patenostre clericus Catalaunensis Stephanus Milon diaconus Laudunensis, et Nicolaus Dacquebert clericus Boloniensis, qui jam supplicauerat Superioribus Comitijs, sed nondum erat tum clericis, quibus literas nominationis omnibus concedi placuit, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit

Quod orta esset controuersia de munere procuratorio Germanicae nationis Inter MM. Nicolaum parisot et Joannem farely. postquam vterque auditus est visisque prolatis vtrinque instrumentis, omnibusque maturè perpensis, rogatis dictisque sententijs, visum est munus procuratorium dictae nationis Germanicae geri oportere à M. Nicolao parisot, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Vittement Rector

die 12. decembris natio Germanica apud Maturinenses congregata officium Magni Nuncij pro diocesi et Episcopatu Insularum In Scotia vacans per obitum Nicolai de St Leu contulit Juliano Hermon ciui parisiensi, qui solita Juramenta praestitit. + qui quidem Nicolaus de St Leu successerat Immediate Guillelmo Sauari

Die 13. decembris In Comitijs Supplicatorijs apud Maturinenses habitis postquam in angulo peristylij consessum est, vbi factâ supplicandi potestate supplicauerunt pro literis nominationis jure magisterij In artibus & quinquennij Carolus le Sueur Abbavillaeus clericus diocesis Ambianensis, et Joan. Ludouicus Vinchon subdiaconus Nouiomensis, easque vtrique concedi placuit. Deinde itum est in Comitium seu Capitulum vbi postq. D. Rector peroravit probatis quae gessisset, eique decretis literis commendatitijs, processum est ad Aedem Deo Sacram sub Inuocatione Sti Nicolai de Cardineto, vbi Curio Doctor Theologus, rem sacram fecit, concionem habuit

Die 16. decembris In comitijs Rectorijs apud Maturinenses horâ decimâ matutinâ de more habitis, factâ supplicandi potestate 1º. Serenissimus Princeps Ludouicus franciscus Anna Maria à Lotharingia clericus parisinus M. Le Blond celeberrimi In Collegio Marchiano philosophiae professoris discipulus, postulauit multis de causis, quas eleganti oratione exposuit, vt Academica scribendi lege solutus, ab eoque onere & molestiâ eximius haberetur. 2º. Claudius Bernache clericus parisinus et Magister In Artibus, postq. exposuit se, dum philosophiae studeret, sibi assumpsisse alterum nomen, videlicet Bernardum, quod tamen sibi tum non Inditum fuisset

cum

Cum Infans lustralibus Baptismi aquis tinctus atq; initiatus esset, sed postea adjunctus, petijt ut placeret illud altius & accuratius, nomine de Literis Magistrij in Archiv hibi jam antea expeditis exmierecher. 3. Jacobus Boivin Viraucensis dioc. Bajocensis Clericus, post confectum jam in vniversitate Cadomensi cursum philosophicum per biennium, in Collegio Arcuum, Doctore & professore Clarissimo viro M. Georgio Aubert, videlicet à Dionysio Archiv anni 1693. ad Inducias generales anni 1695.; ac deinde ut omnis philosophiæ operam ij hac vniversitate Cadomensi per annum integrum à Remigij anni 1695. ad Inducias anni 1696. in Collegio Harcuriano, petijt, ut hominis illius Cadomensis libri hic pro vno anno haberentur. 4to Petrus Josephus Augustus Guelin sibi Cadomensis postquam exposuit se gradum Magistrij in Archiv adeptum fuisse Anno millesimo sexcentesimo septimo, die decimâ tertia Januarij, hibi verò, quod multis jam aliis, quibus plura nomina Inscripta sunt, accidisse, ut in Literis Magistrij unus tantum modò ex suis nominibus Scriptum fuerit, reliqua duo omissa, petijt, ut ea duo nomina, quæ omissa sunt ac desiderantur tum in Tabulis Academicis, tum in Literis Magistrij in Archiv, ea ijsdem & Tabulis et Literis addi placeret. Doctora Auditi sunt duo Magistri Germanicæ Nationis, nimirum M. M. Kirby et Smith. de munere quadrumviri contendentes eo quod dictus Kirby antiquior Magister esset, idq; alter fateretur, sed quod ipse suus antea fraterni fuisset absens, ejus nunc ratio haberi non deberet, sed habenda tantummodo data Smith qui maturius hinc steterat fuisset, æquum censeret hanc sibi postulatam permitti Judicio reliquarum Nationum. De his dibus Kippleby, audito M. Edmundo Fourneyer vniversitatis Syndico, dimissa ad Liberalis navis postea per manus procuratoris rebellem, se ex Serenissimo primum à Lotharingia liberrime concessisse quod postulabant; ac eadem quoque hippleby dibus indulsisse quod petierunt. de cæteris quæ ad Germanicam Nationem de munere quadrumviri, Gallicana natio æquabilia censuerunt, quis adesse M. Kirby, et quadrumviri munus fungeretur. atq; ita de dibus ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Confirmati quadrumviri, nimirum M. Matthæus Mordret philosophiæ professor in gymnasio Bellovacæo, M. Nicolaus Magny Germanitatis ibidem professor, M. Ludovicus Jamage philosophiæ professor in Regia Navarræa, et supradictus M. Kirby, post gratulatum de more solemne Sacramentum in consilium ingressi. Consulta Rectoris facere amplissimo D. Rectori prorogassent, quas prorogatas ab dibus singulis nationibus ordinibus comprobata ita et confirmata

Rittment
Rector.

MOYEN PAPIER DEUX SOIS LATEVILLE

Acta et Conclusiones anni 1698.

Anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo, die quarto mensis Januarij In Comitijs Deputatorum universitatis apud D. Rectorem In Collegio praeclaro Bellovaco habitis, quibus cum Ipso D. Rectore M. Joanne Vitternent scribendo ad fuerunt sapientissimi Superiorum Facultatum Decani, et ornatissimi Quatuor Nationum Procuratores, atque una cum ijs Officiarij.

Supplicaverunt pro literis nominationis jure magistrij In artibus Egumpsius Josephus de Bocq Clericus Ambianus, et Nicolaus Picard Clericus Sagiensis, easque illis utrique concedi placuit, atque ita a D. Rectore conclusum fuit.

Deinde, quâ de re anno proximè superiore, die ultimo mensis aprilis datum fuerat ab universitate testimonium, quo notum certumque factum est, omnibus quorum interest, aut Interesse poterit, neminem ex ullâ congregatione, sive seculari, sive Regulari, aut Rectorem universitatis aut Decanum In quacunque Facultate, sive Theologiae, sive Juris, sive Artium fuisse unquam, aut esse posse; de eadem Ipsâ re, Audito M. Edmundo Pourchot universitatis Syndico, placuit iterum, idque unanimi omnium consensu, eidem testimonio firmissime adhaerere, eamque rem novo hoc, si necesse est, testimonio confirmari; Neminem videlicet ex ulla congregatione, sive seculari, sive Regulari, aut Rectorem universitatis, aut Decanum in ulla quacunque Facultate, sive Theologiae, sive Juris, sive Artium fuisse unquam, aut esse posse; idque esse ab Academiae parisiensis moribus, atque institutis alienissimum, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Quod D.us Gillet causarum In parlamento patronus postulavit, ut pro jure clientelari, quod universitati, ob emtionem venditionem ejus domus, quae constitutâ auctione venalis est, et vocatur l'Hostel de Bourbon, universitas contenta sit mille et quingentis libellis, si ea domus ipsi Gillet addicetur; placuit nihil ab eo plus exigi quam mille et quingentas libellas, sed eâ conditione, ut ea domus Eidem Gillet, et non alteri addicatur, idque fiat intra finem mensis februarii proximi, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

14 Vittement Rector

die 14 Januarij 1698. Natio Gallicana apud Maturinenses Officium Magni Nuncij pro dioc. et Episcopatu Montalbanensi vacante per obitum Joannis Jacobi hacte contulit Jacobo Leziers civi parisiensi; qui solita Juramenta praestitit.

Eodem die 14. Natio Germanica apud Maturinenses congregata officium Magni Nuncij pro Dioc. et Archiepiscopatu S.ti Andreae In Scotiâ vacante per obitum Joannis Bap.tae de Bizeray Contulit Petro Corrozel civi parisiensi; qui solita juramenta praestitit.

die 8ª februarij 1698. In Comitijs Deputatorum Vniuersitatis apud D. Rectorem in Collegio Bellouaco habitis, quibus ad Ipsum D. Rectorem M. Joannes vittemens ad Cancellarium DD. Guichard Tybie, de Loy Turnebu Decani, Mallement, de Jardins, Borrey, et Janson quatuor Nationum procuratores, atq; una cum eis officiarij, facta supplicandi potestate, supplicauit pro litteris nominationis Jure Magistrij in artibus et quinquennij frater Dominicus Greene Anglo Benedictinus presbyter diœc. Salisburiensis, eas sibi concedi placuit, atq; ita ab amplissimo D. Rectore concluſum fuit.

die 14. feb. In Comitijs deputatorum Vniuersitatis apud D. Rectorem in Collegio Bellouaco extra ordinis habiti, quod expositum fuit eas ædes, quas habet D. Chastelier in fundo Academico sitas voluntarie vendendum esse eâ conditione ut Vniuersitas remittat de Jure Clientelari, placuit remitti quartam partem dicti Juris, atq; ita ab amplissimo D. Rectore concluſum fuit.

Quod etiam propositum fuit eam domum quæ fuit D. Nomenchon conditâ auctione venalem esse, ac D. de Lamoignon Aduocatus generalis quæsiisse a Vniuersitate quodam Academico quid Vniuersitas in pari occasione soleret remittere de Jure Clientelari negotium datum fuit DD. de Loy et Boudin, ut adirent dictum D. de Lamoignon, ut ea re certiores fierent quid eâ in re illum interesse posset, ut ea eo benigne agatur. atq; concluſum

De Collegio Justitiano, de quo jam actum fuerat die ultimo aug. anni præsentis placuit ut numero octodecim Burſiarum seu minus, seu de Burſa suspendi ad decem annos, eâ conditione, ut primarius, qui idem nunc erit, quinquies officio Capellani non percipiat ex dicto Collegio plusquam trecentas libellas per singulos annos, atque ita ab amplissimo D. Rectore concluſum fuit.

die 24. feb. 1698. In comitijs deputatorum Vniuersitatis apud D. Rectorem in Collegio Bellouaco extra ordinis habitis, quibus eas D. Rectore M. Joanne vittemens scribendo ad Cancellarium DD. M.M. Guichard Tybie, Cugnet Juris vtriusq; Decani, Mallemus Franciæ, de Jardins picardiæ, Borrey Normaniæ, et Janson Germaniæ Nationum procuratores, atq; una cum eis officiarij

Quod expositum fuit Illustrissimum Senatûs principem D. de Harlay de Academia optime meritum postulauisse, ut a Serenissimo principe D. Comite de Marsan Rhi amicissimo Vniuersitati benigne ageret de jure Clientelari ob eas domus, quas dictus D. Comes de Marsan emit ab Emptura ut a D. præside de Tambonneau in fundo Academico sitam, placuit unanimi consensu remitti medietatem quartæ, atq; ita ab amplissimo D. Rectore concluſum fuit

Deinde, procuratione coram notarijs facta, M. Medardo Colletet quæstori Academico attributi placuit auctoritate ac potestate, ut ob redemptionem censûs annui Academiæ debiti a D. præside de Tambonneau summam pecuniæ debitam ob capue, simulq; vetera pensionum nomine solutarum nomina reciperet, præsentibus DD. Borrey et Pourchot eidemq; M. Colletet quæstori permissum fuit ut ijs de rebus quascunque auctoritates necessarias daret, atq; ita ab amplissimo D. Rectore concluſum fuit

Mallement Rector

die 25. feb. habita fuit apud Maturinenſes hora 7ª matutina, Comitia Deputatorum Vniuersitatis ad aperiendas et vocandas rotulos, quæ cum inchoandis retineri vsq; in crastinum placuit.

Mallement. Rector

die 1ª martij 1697. In Comitijs ord.nis Deputatorum Vniuersitatis in Collegio Bellouaco habitis quibus cum D. Rectore M. Joanne vittemens scribendo ad Cancellarium DD. M. Guichard Tybie, Mongin Juris, Boudinin medicinæ Facultatis Decani; Mallemus Franciæ DD. Jardins picardiæ, Borrey Normaniæ, et Janson Germaniæ Nationum procuratores atque una cum eis officiarij.

Supplicauerunt pro litteris nominationis jure magistrij in artibus et quinquennij Guillelmus Guy hebdomadarius parisinus, Petrus Grenier clericus parisinus

Jacobus de la Chaise

Jacobus de la Chaux clericus Æduensis, Franciscus Marguerannus Mauger pbr Constantiensis, Franciscus Gabriel Lauch clericus Audomarensis, Joan. Bapta Morrau de Milly acolythus Ambianus, et Joannes Franciscus Potier pbr Genouefensis vasq; illis omnibus conferi placuit, atq; ita ab amplissimo D. Rectore concluſum fuit.

Quod viri duo accessuros conditiones offerentes, ut unius statas sibi altera alteri areas seu partes fundi academici venderet, placuit antequam eâ de re quicquam decernatur ut quæstor Academicus instrumenta litis aduertus D. de Hautefeuille recipiat à Secretario D^ni Guillard; ac scabinum negotium datum sit D^ni de Morgny, de Sedaume, et Borrey unà cum officiarijs, ut se se conferant ad rem præsentes, seu in fundum Academicum videantq; quid fieri conueniat atq; ita concluſum fuit.

Quod verba facta sint occasione eorum quæ geruntur aegritudine Clementis, ac quæsitum sit quid fieri conueniret si aliqua ex Municipalibus Academijs cum Parisiensi foederatis, contra id quod et moribus atq; institutis nostris postea usu ita degeneraret à consuetudine ac disciplinâ Majorum ut quemquam apud se, de quacunque esset congregatione siue Seculari, siue Regulari, aut Rectorem aut ejus vicarium Facultate decanum esse pateretur aut ullum omninò Magistratum gerere; utrum Facultas Decanum esse pateretur aut ullum omninò Magistratum gerere; utrum Facultas Decanum esse pateretur aut ullum postea cum eâ conditione retineri placeret; eâ de re rogatis suffragijs sententijsq; summâ omnium consensione placuit nullum amplius cum eâ conditione Facultatis Decanum fieri, atq; ita ab amplissimo D. Rectore concluſum fuit.

Vitement Rector

17. Die 18. Martij 1698. In comitijs supplicatorijs apud Maturinenses habitis
15. In angulo peculiari de more consessum D. Rectore facta supplicandi potestate supplicauerunt pro literis nominationis Joannes Touchais pbr Macloviensis, Joannes Varambaud pbr Parisinus, Josephus Viallis diaconus Claromontanus, Richard Crochard clericus Rhedonensis, Jacobus Farrell pbr Dioc. Waterfordiensis et Hugo Barriac de Meallet pbr Sanfloranus, eaq; illis ubique concedi placuit atque ita ab amplissimo D. Rectore concluſum fuit.

Deinde in Comitio seu Capitulo, postq. D. Rector peroravit, probatis quæ gesserat in hoc triennij Magistratu, recensitoq; literarum commendatitiarum processu, ad vota Deo sacrata sub Invocatione S^ti Joannis Bellouacensis, ubi M. Petrus Guillard doctor Theologus rem sacram fecit et M. de la Coste filius doctor Theol. concionem habuit.

Vitement Rector

Die 24 martij in Comitijs Rectorijs apud Maturinenses horâ decimâ matutinâ more habito, factâ supplicandi potestate, Ludovicus de Laisement clericus Rothomagensis, postquam exposuit se fidem celsissimæ fecisse Lectori physices cedere quos annuatim sustinebat, Tabellarij culpâ amisisse, petijt, ut sibi nihilominus liceret ad examina Magistrij in artibus admitti.

Deinde M. Mathurinus Mordret in Collegio Bellouacensi physices professor conquestus est, quòd duos è discipulis suis non ita pridem è suâ Schola transfugas alij duo physices professores in suas sine suo permissu, ac dimissorijs, ac fieri debet, literis admisissent; M. quisquis Egidius le Boslond Petrum du Flos Laudunensem M. verò Chandru Josephum Corentinum gouesnou Conspitensem postulauissent, ut si duo Scholastici ad se remitterentur.

Quibus de rebus audito M. Edmundo Fourcho vniuersitatis Syndico dimisso ad deliberandum
nationis postea per ornatiss.os procuratores renunciauerunt sibi placuisse indulgeri
praedicto supplici scholastico Ludouico Lasemeam quod petijt; eam tamen cautionem veterandae
Normanorum Natio ad hibendas esse censuit, ne cuiquam posthac, qui semper à professore
dictata non haberet, sui magni gratia indulgeatur, mihi cui immunitas scribendi suffecit
prius legitimè concessa, neve ejusmodi gratia in exemplum trahatur.
De postulatione verò M. Mathurini Mordret ita censuerunt, rogandum esse
amplissimum D. Rectorem, ut praedictos MM. suos professores ad se per apparitorem
accerseret, tamque controuersiam ipse componendam curaret, atque ita conclusum fuit.

Confirmati verò quadrumviri, nimirum MM. Carolus Fourré primarius Collegij
Augustodunensis, Nicolaus Thoré professor Nauarricus, Thorey
venerandae Normanorum nationis exprocurator, & Gabrielus Kely Scotus Theol., de praefecto
solemni sacramento in concilium ingressi, paulò post per M. Carolum Fourré renunciarunt
D.no Rectori fuisse summa omnium consensione amplissimum D. Rectorem prorogauisse
quae prorogatio ab vtroque singulis nationibus vicissimque comprobata ut &
confirmata. —

Vtilitates Rectoris.

Die 7. aprilis 1698. In Comitijs Deputatorum vniuersitatis apud D. Rectorem in Collegio
Bellouacensi habitis, quibus cum D. Rectore M. Joanne Vtilitate interfuerunt dns M. Guichard
Theologiae decanus, Delay pro decano Juris Canonici, Berger pro decano Medicinae; Mallemeus Francisci
de Jardins picardiae, Dagoumer Normaniae, et Guid. Briant Germaniae nationum procuratores
atque mecum cum ijs officiarij ordinis.

1. Supplicauerunt pro literis nominationis jure magistrij in artibus Eguinguenuij
Guillelmus Hercent pbr Leonensis, & Joannes Louvre pbr Rothomagensis
eaque vtrique concedi placuit, atque ita à D. Rectore conclusum fuit.

2. Quod postulauerit vniuersitas accedat ad Sorbonae et Collegij Sorbonaepolitani causam
aduersus Jesuitas, qui insanâ substructione et exaggeratione nimiâ aquaeductus muri,
quem paranti extruere, id agunt, ut dicti Collegij, atque ejusdem praecipuè fauentibus
luminibus prorsus officiant, placuit antè consulere D.nos Marescallum, & alios, si
necesse sit, vniuersitatis patronos, ut tuendae ad hanc causam, si dictus D. Marescallus
auctor fuerit vniuersitati ut ad hanc causam accedat, eâ tamen conditione, ut à Sorbona et dicto
Collegio indemnitas vniuersitati praestetur, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

3. Quâ de re jam deliberatum fuerat, ut placuerat, ut de Jure Cancellarij ob domum
in fundo Academico hujus debito, à D.no Marescallo emtae, cujus à D.no Chastenay venditae
vniuersitas nihil amplius exigeret, quia duodecim denarios singulas libellae
pretij emtionis venditionis, tametsi nihil duos scriptos fuisset, id ratum habere
haberi placuit atque ita conclusum.

4. Quod M. Jacobus de L'oeuvre librum de analogiâ linguae latinae dedicaret
amplissimo D. Rectori, & vniuersitati placuit attribui ei ex erario Academico
trecentas libellas, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Vtilitates Rectoris.

Die 8. aprilis celebrata est Synodus beneficiariorum vniuersitatis apud Matutinos
Appellati que beneficiarij per se ipsi comparuerunt Pastores Ecclesiarum N.
M. Joannes Choart pastor S.ti Germani veteris; M. Mi. Mathieu S.ti Andreae
des Arcubus & M. Mi. Berbis SS.tae Cosmae et Damiani. Itaque Capellani
comparuerunt ipsi quoque per se M. Petrus Leverner, M. Edmundus Pelgrain
M. Petrus Poulet, et M. Jacobus Roussel; per procuratores verò M. Jacobum
Le Gentil, et M. Hugo Nicolaus Forbes; excusatus verò M. Bernardus Colon
quod morbo implicitus adesse non potuisset; Itaque fuit de jure M. Petrus le Barbier
Canonicus in Ecclesia Cathedrali Bellouacensi; quemnis si recusauerint placuit illis multa, sive
numero aureo multari. atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum

quod verò

quod verò exphtugis Instrumenta, seu titulos Capellaniarum Sanctehanarum adque esse
apud M. Chenier causarum in parlamento cognitores, qui eos titulos propterea reddere
recusat, quod dicat se eorum acceptilationes ded esse, quas sibi reddi postulat placuit
scribere ad M petrugle Rector Canonicus y Ecc. Catod. Bellovacens, qui tum erat Rector
Academiæ, cujusmodi titulis tradi sunt dicto M. Chener, vt remittat si quas habet
eorum acceptilationes sibi à dicto Chenier datas; aut si non habeat placuit nomine
Academiæ dari dicto Chener restitutor ejusmodi titulorum cautiones, eosq; receptor
referri in publicum Chartophylacium, atq; ita ab amplissimo D. Rectore concluso fuit

Mallemelo Rector

Die 9. aprilis natio Gallicana apud Maturinum officium magni nuncij pro ciuitate
Dioc & Archiepiscopatu Taurinensi vacans per obitum Claudij Constantij contulit
Jacobo Carolo Flate ciui Parisiensi, qui solita juramenta præstitit.

Die 19 aprilis natio Germanica apud Maturinum officium magni nuncij pro
ciuitate, Diocesi et Episcopatu Metensi vacans per obitum Caroli Blanchet
Contulit petro Nicole ciui Parisiensi, qui solita quoq; juramenta præstitit.

Die 3. Maij 1698. In Comitijs deputatorum totius Vniuersitatis ordis in Scholis Bellovacis
apud D. Rectorem habitis quibus ad D. Rectorem M. Joanne Vittonem Interfuerunt M.M. Dos.
petr. Guichard Theol, Mongin Juris Vtriusq; et Bendrin Medicinæ Facultatis Decani;
Gleb. Mallement Francia, Jo Jardins Picardiæ, Gualt Dagonne Normaniæ et Gul Keane
Germaniæ Nationum Procuratores cum ijs officiarij ordis

Supplicauerunt pro Licentia nominandi jure Magistrij in artibus Dnos. Rogerium
Franciscum Chalevoix de la Grange pbr nouiomensem, Jacobum Tanquerey pbr
Constantiensem, Franciscum Boissolier Acolythum Lingonensem et Gabriel Arthur
Subdiaconum Abricensem S. Sacræ Theologiæ, eaq; illis ordibus concedi placuit atq; ita à D. Rectore concluditur

Quâ de re ortta esset inter aliquos Honorandæ Gallorum Nationis viros controuersia, nimirum de
Libro Censorio, quem M. Franciscus Brucaille Censor sibi tradi postulasset, tradere
autem M. Claudius Veugny Excensor recusaret, donec relatis à se in eum librum
subscriptissent: atq; illi subscribere antea nollent q. libro secum coram cato recognouissent
ejusmodi conclusiones, ac matureé perspexissent, si quid in ijs non recteé atq; ordine conscriptum
esset quod corrigendum viderentur. Dein verò idem M. Veugny adduci potuisset, vt
conclusiones illas illi Honorati Decanorum subijcis examini, nisi se presente; eumq; librum
In suâ tandiu potestate retinere vellet, quoad ijsdem conclusionibus subscripsisset
Eâ de re Rogatis dictisq; sententijs, placuit rogari amplissimum D. Rectorem, atq; vnanimi
omnium consensu rogatus fuit, vt ornatissimos Gallicanæ Nationis Procuratores, Sapientissimos
Tribunos Decanos, Integerrimos Censores et Excensores apud se in ædes suas conuocaret, aut
quo sibi commodius videretur; Eorumq; controuersias componendas ac dirimendas
suscipere; vt ipse acceptum à M. Veugny librum Censorium traderet ornatissimo
Procuratori, qui perscriptas in eo libro conclusiones coram omnibus recitaret; ac si quid
In illis scriptum esset quod Sapientissimis Tribunis Decanis reprehendendum videretur,
tum quoad res, tum quoad verba; id excerptum notaretur, describerentq; ue in aliquâ
Chartâ; ac si quid amplissimo D. Rectori videretur durioribus verbis conscriptum
vnde offensio aliqua existeret, id Ipse arbitratu suo, prout ipsi viderentur
corrigeret, ac mutaret. Quid verò de res ipsas spectaret, de quibus In Honorandâ
Natione deliberatum esset, ac de ijs conclusionibus facta ~~fuissent~~ si de ijs non conueniret, atq; In dubium reuocaretur vtrum aliquid relictum esse

In tabulas Censorias aliter ac conclusum fuisset; Cum placuit ab ornatiss°. procuratore Honorandæ Nationis comitia quàm primùm fieri posset, Iudici, et è singulis Tribubus graues aliquos è Tribulibus Magistros deligi, qui conclusionem ejusmodi recognoscerent vtrum talia essent, vera, sincera ac recta, qualia facta fuissent; an contra id quod censuisset Honoranda Natio depravata. quod cum factum fuisset, tum ab amplissimo D. Rectore totam illam controversiam arbitrationi huic diremi & componi; atque ita ab eodem amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Vide 15. 26 & 30.

Rotulus

Rectoris.

die 15°. maij 1698. in pleno vrbis Academiæ Fœdere amplissimus D. Rector panegyricam Deiparæ Ludouico Magno in exterioribus Sorbonæ Scholis cum summa eloquentiæ Laude & Sigmarum omnium ordinis & Vrbis Gratulatione

die 26. maij Honoranda Gallorum Natio apud Maturinenses officium magni nuncij pro ciuitate & archiepiscopatu Narbonensi vacans per obitum Georgij Duverger contulit Iacobo Christophoro Durot qui solita juramenta præstitit, et ciuis parisiensis

die tricesimo maij Natio Germanica apud Maturinenses officium magni nuncij pro diœc & Archiepiscopatu Collacensi, seu Collaquensi in Hungariâ vacans per obitum Benigni Holyot contulit Stephano des portes ciui parisiensi, qui solita juramenta præstitit.

die 7. Junij 1698. In Comitijs deputatorum vtriusque ordinis apud D. Rectorem in Collegio Bellouaco habitis, quibus cumpsit D. Rectore ad sublevanda M.M. D. Guichard Tybé, Mongin Iuris vtriusque Licentiatum, Berger professorem Medicinæ; Steph. Mallemans professorem, Pierre Chabenat Picardum, Guill Dagoumer Normanum, et Guill Riant Germanum Nat. procuratores, atque vna cum his officiarijs ordinarijs.

Supplicauerunt professores nominatos juramentis magistrij Rothbij et quinquennij Lucas Picard clericus Sagiensis, ratis illi concedi placuit, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit

quod de re M. Michael Godeau causarum in Parlamento Patronus cognitor constitutus antea fuisset ab vniuersitate procurator ad promouendam litem sustentam aduersus eos hominis, qui Iniurias sibi fecissent per quas contra jus exierunt in fundum Academicum, ea de re placuit alium procuratorem constitui, nimirum M. Robert, negotiumque datum est M. Pourchot Syndico et nomine vniuersitatis datum Robert procuratorem constituat; atque ita penes conclusum.

quod quo die datus est ab amplissimo D. Rectore panegyricus Ludouico Magno, reposcit et sibi sumptus fimbriarum et auri, quarum damnum et nonagenta libellarum, postulauitque vt pars aliquam illius damni vellet vniuersitas regarare, placuit et ratum est ex arario Academico quadraginta tres libellas expendi in eam rationem.

Confirmari placuit ea, quæ superioribus in Comitijs deliberata fuerant et conclusa

+ sed vtrum ita atque statuit

Jam non semel eorum hominum occasione, qui cum ex aliquâ Congregatione essent laici seculari, laici Regulari, conarentur tamen munera Decanatus, aut alios ejusmodi magistratus in Municipalibus Academijs cum Parisiensi foederatis obtinere: Ac siqui nihilominus contra id, quod in Academico Tribunali decretum est omnibus vniuersitatis Deputatis publicâ authoritate significari oporteret, et ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit, priuata testimonia publicæ authoritati contraria dederint, ea priuatorum hominum testimonia omnino improbari placuit, atque irrita censeri, ac declarari. Atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit. Rotulus Rectoris

die 21. Junij 1698. In Comitijs supplicatorijs apud Maturinos, in angulo de more conuocatis Missa facta supplicandi potestate, supplicauerunt pro libris nouis juramentis magistrij in Artibus Egregij Augustinus Ferreolus Arcgambault diaconus Autissiodorensis, Guill Morel presbyter Rothomagensis et Franciscus Renatus Verdier Subdiaconus Cenomanensis, ratis illis concedi placuit, atque ita conclusum

Eodem in Comitio postq. D. Rector perorauit, probatis quæ postulauerat ejus ea nouæ decretæ literæ commendatitiæ pro ejusdem ad alios Ordines Sacros suscipiendos studium vtriusque Facultatis Sorbonæ Socius M. Guill Legros nominatus fuit Doctor Sorbonicus et hujus professor

Die 23. Junij in Comitijs Rectorijs apud Maturinenses horâ decima matutina de more habitis factâ supplicandi potestate, duo supplices accesserunt, alter Renatus Nicolaus de L'Espagneul de Medouia andegauensis, quòd in uno tantùm Catalogo scriptus extaret Renatus Nicolaus de Medouia, in Reliquis Renatus tantummodo, in nullo verò de L'Espagneul, postquam fidem fecit se unum eundemque ipsum esse qui Renatus mi. de L'Espagneul de Medouia vocetur, quique reuerâ sine fraude per integrum biennium lectoris M. Le Roland clarissi professoris in Marcianeo scripta et auribus exceperit, postulauit, ne hæc in scribendis nomibus et cognominibus negligentia obstaret quò minùs ad examina Magistrij in artibus admittatur. Alter Joannes Bapta de Lumes clericus parisinus et Mgr in artibus postquam exposuit se sacerdotio functum assumpsisse nomen franciscum, quòd putaret illud sibi unà cum altero indictum fuisse sed cum nuper rescierit se vocari ex debito Joannem Bapt^m, petijt ut assititium nomen ex Litteris Magistrij in artibus delectum de his supplicantibus audito Syndico ut relatu, admissus ad deliberandum mandet postea per ornatissimos procuratores rebus sic habentibus sibi placuisse concedi utriq; supplici quod petierunt atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit

Confirmati quadraginta, nimirum MM. Carolus Rolin orator, Mic. de Jardins ex procuratore Germanus Anger professor regius et D^{ni} ordine et Ludouicus Henricus de la Pierre vir procuratorius prævio solemni juramento in manibus D. Rectoris in concilium ingressi paulò post per Gallicum renunciauerunt se Rectorios fasces prorogasse amplissimo D. Rectori, cujus prorogatio à singulis nationibus respectiue confirmata et confirmata fuit

Vallemens Rector

Comitia Julij delata ad 2 augusti

Die 7. Julij 1698. Honoranda Gallorum natio apud Maturinos officio Magni Nuncij pro diœcesi et Episcopatu Tullensi vacans per obitum Stephani Gautier contulit Georgio Godeau cuiusi parisiensi, qui solita præstitit

Die 9. Natio Germanica apud Matur. officia Magni Nuncij pro diœcesi et Episcopatu Basiliensi vacans per obitum Sebastiani Lauine contulit Jacobo Robert cuiusi parisiensi, qui solita præstitit

Die 29. Julij Natio Gallicana apud Matur. officia Magni Nuncij pro cuiusuis diœcesi et Episcopatu Tridentino vacans per obitum Dionysij Francisci Valois contulit Natali Gossier cuiusi parisiensi qui solita præstitit juramenta præscripta.

Die 2. augusti 1698. In Comitijs deputatorum Nationis ordinis (cujus pro mense Julio) apud D. Rectorem in Collegio Bellouaco habitis, quibus ex D. Rectore M. Joannes Villemens subrogandus deliberarunt MM. ex Gallicana Hygia, Mongin Juris utriusq; Decani, Mallemens Francisci Rabeau picardi, Bagoumer Normanus, Charlly Germanus Nationum procuratores, ut supplicationem pro litteris novatis Juris magistrij in artibus et quinquennij Antonius porcheron montargianus clericus Senonensis; Antonius de Isle diaconus Ambianensis, Antonius du pré clericus Bellouacus, Amabilis Guillelmus de Chaumont acolythus Rothomagensis, Antonius Jurignon clericus ambianus Carolus Henriet pbr Senonensis, Carolus le Noir pbr Exoniensis, Dauid Mignot subdiac. Exoniensis, Elias Marcellinus Boucher Compendiensis clericus suctionem Eustachius Viefville clericus Laudunensis, Franciscus Bonard piscacensis clericus Carnotensis, Franciscus Bonenfant clericus parisinus, Firminus Gallois clericus nouiomensis Franciscus le petit du Boulay clericus Exoniensis, Francis^{cus} Grandalet pbr ambianensis Gabriel le Brun clericus Noviodunensis, Georgius Francis^{cus} Fombert clericus Bellouacus Guill^s Bormeque clericus Rothomagensis, Hilarius Soucher clericus parisinus, Jacobus Bidault pbr Ebroicensis, Jacobus Dannery stampensis clericus Senonensis Jacobus Pontreille clericus ambianus, Joannes Benedictus Croquet exorcista parisiensis Joannes Saganne clericus Catalaunensis, Joan. Josephus Clerc clericus Gabilonensis Joan. Boucens clericus Bellouacensis, Joan. Josephus Granier pbr Alesiensis Joan. Gabriel petit de Montempuys clericus parisinus, Joan. Dubois clericus Rothomagensis, Joan. Joyant clericus Noviodunensis, Joan. Bapta Caruel acolythus Bolonensis Joan. Bapta Blocquet clericus ambianus, Joan. Robert acolythus Lingonensis Josephus Seffrie pbr Ebroicensis, Michael Sanson acolythus Constantiensis

Lau

Ludouicus Vinot acolythus Rothomagensis, Lud^cus Cochegrue acolyth Rothomagen
Lud^cus Arrault clericus Senonensis, Nicolaus Tallon clericus Bellouacen
Nic. Meslier pbr Ebroicensis, Nic. de la place diaconus Rothomagen, Nicolaus
Doyen clericus Tricassinus, Petrus Bonnejoye acolyth. Rothomagen
Petrus Choppin clericus Rothomagensis, Philibertus Simon subdiac Rhedonen
Robertus Franciscus Miret acolythus Parisinus, Robertus de la Cour clericus
Pontisarensis, quibus omnibus concedi placuit Literas nouas ratis datis augustis et Rectoratus

De controuersia orta inter M. Grimonat Collegii Graffinani primarium ex
una parte, et Gallica Natio professores ex altera, ob eas causas quod dicti M. Grimonat
vellet in partes venire cum commodum quo primeuum ex Nouatis dicte nationis
recusarent antiq. prouisores, quod Me non inscripti et Immatriculati
essent in dicta natione, ex inscriptis ecquos eos, qui plus debent adrecti nuncupati,
postquam deputati a dicta natione dixerint libri a M. Grimonat denuo quesse
traditi in nudius tertius, nec ab hinc diu quesse tempus, ut tandem grauis
ista causa sua prohibita atq. instrumenta conquirerent, postulauerunt et ampliacion
placuit ad proximam curiam ampliari, atq. ita ab augusti. Rectore cum licet, quia
placuit ejusque tranquilitati quasi Cur. Marchesia de Nouaille et parte
studii academici quia ab vnu[illegible] ultimo, et ipsa ab augusti. Rectore audiebat

Rectoris

Die 7. augusti 1698. venerandus Normanorum natio in Collegio Marcuriano congregata
officium magni nuncij pro ciuitate, dioc. et archiepiscopatu Rothomagen. vacans
per obitum Michaelis Poincheual contulit Petro Chignon Cadi Cenomanen.
qui solita juramenta praestitit.

Die 19. augusti Constantiss. Germanorum natio officium magni nuncij pro dioc. et
Episcopatu Monasteriensi, necnon Groningensi vacans per obitum Thomae Ferrand contulit
Philippo Henrion Cadi Cenomanen, qui solita juramenta praestitit.

Die 14. augusti In octoviralibus praeclare Facultatis Artium Comitijs quae Matutinae
horae 7^a matutinae de more habitis, ad eligendos octo Magistros, qui examinarent
Candidatos Magisterij in Artibus, postq. nouati sunt designati 4. a Cancellario S. Mariae
per procancellarium, nimirum MM. Petrus Besuere emeritus professor Cardinalitius
pro honorandâ Gallorum natione, Nicolaus de Lestocq Bacc. Theologus et primus professor
in Collegio Justiniano pro fidelissimo picardorum; Petrus Viset Humanior. Artium
professor et Sorbonae studio pro venerandâ Normanorum, et Edmundus Kelly
pro constantissimâ Germanorum; ac totidem designati a Cancellario Sti Genouefae
eodem nationis ordine, nempe MM. Hieronymus le Veau pbr Paris. et professor
Nauarricus in Schola humanitatis; Antonius Choron Licentiatus Theologus Ephius professor in
Cardinalitio, Regendus quippe professor Cardinalitius, et Michael Smith Licentiatus Theologus.
Dequorum probatione aut improbatione admisso ad deliberandum nationes postea per
ornatiss. procuratores retulerunt eosdem quos fuerant designati, comprobatos
fuisse atq. illi de solemne sacramentum praestiterunt in manibus amplissimi Executoris Illustriss. et Rmi
Quod a postea reclamatum est ab electore picardorum nationis adductus electionis M. Nicolaus
de Lestocq, quod nondum bis completus esset ter eminus postquam gradum Magisterij
in artibus adeptus fuisset, duae nationis honorandae sectae de cujus beneficio electionem
ejus Urbem vitae communis fungi munere Examinatoris; duae vero aliae nonnullos de
hujus Magistris, qui maturius prospenderent quidnam de re censeri oporteret

Facta vero supplicandi potestate Joannes Baptista Allard Cadomensis
M^r le Gall Clanfii et Lexouii pbr professionis discipulus a Paschatibus anni
1697. ad diem primam augusti 1698. postquam jam antea per octodecim mensium

studuisset philosophiæ in vniuersitate Cadomensi ad dionysiacum anni millesimi sexcentesimi nonagesimi ~~septimi~~ quinti ad diem nonum aprilis anni millesimi sexcentesimi nonagesimi septimi, idque in Collegio Artium docente ibi classes philosophiæ professore M. Georgio Aubert petijt vt octodecim illi menses studij Cadomensis haberentur pro sex mensibus, qui ibi desiderantur ad complementum biennij parisiensis studij.

2. Carolus Noblin clericus Mildensis, M. Edmundi Faurey clerici, olim in Marannensi professoris discipulus, petijt, ne sibi quid asperatur hujusmodi, quod in Catalogo scriptus esset de Noblin, quum vocetur tantummodo Noblin.

3. Robertus Huracher clericus ambianensis, quod morbo et maligna febre correptus, ejusque impulsus absuerit a schola per menses sex integros, et plures, dum consulere non potuerit nomen suum in posteriore physicorum Catalogo, antiquis illis Catalogis ad tabulam obstrictis de cetero inscribere, sed in peculiari schedula tantum die 14. maij præsentis; quæque morbi fidem fecit testimonio orator, petijt, ne sibi eam impedimento esset quo minus ad examina Magistrij in artibus admitteretur.

4. Joannes Franciscus de Comte de Sainct Montant nobilis Viuariensis, studij hujus postquam se primum se, omisso cognomine de Comte, et nominis altero, scripsisset tantum in Catalogis de St Montant, idque illud idem cognomen omissum quod in testimonio professoris, neque in stricti typis examinum tabulis scriptum reperiri, petijt ut illud omissum cognomen de Comte in Magistrij Litteris, vbi necessarium erit, reponatur.

5. Adrianus du Croq de Biville clericus diœc. Rothomagensis, qui quod quum primum studeret, scripserat in Catalogis se Portugratianum esse, propterea quod a puero, a fere infantia in vrbe Portugratiana educatus fuisset vna cum parentibus, qui eo commigrassent fuisse, petijt, vt quod bona fide perperam scripserat, emendaretur tum in expedienda hujus Magistrij Litteris, tum in stricti juris Examinum Litteris.

6. Jacobus Piedenuz de la Vielatte clericus Aduenensis, quod in Catalogis non scripsisset cognomen Piedenuz, sed tantum de la Vielatte, postquam fidem fecit sibi quoque esse gentilitium cognomen Piedenuz, petijt, ne ea in Catalogis omissio obstaret quo minus ad examina Magistrij in artibus admitteretur.

7. Fabius Bechefer Catalaunus, quod eo tempore, quo confecerat priores Logicorum Catalogus, graui morbo correptus, cujus rei Medicorum, aliorumque virorum testimonijs fidem fecit, non potuerit nomen suum in eo catalogo inscribere, petijt, ne sibi nihilominus liceret ad examina Magistrij in artibus admitti. Quæ cum de Rectoris supplicis postulatis postquam audissent M. Edmundus Faurey Syndicus vniuersitatis, dixit grauiter viros complures vere Academicos secum jam sæpe conquestos fuisse, quod nonnulli homines verbo Academici, re autem ipsa, dum priuatæ cupiditati sordidisque rationibus seruiunt, neglectâ Juris jurandi Religione, quâ suam Academiæ fidem astrinxerunt, publicam ejusdem Academiæ disciplinam totque jam antea statuta ac legibus, laudabilibusque institutis constitutam, non verentur infringere, dum id sperant fore clam, nec animaduersum iri; deinde ne eâ in re ipse connivere videatur, atque ejusmodi prauitatem dissimulare, postulare se, quod sui muneris et officij est, vt quæ jam antea non semel, die præsertim 28ª nouembris anni 1587. et die 10ª augusti 1684. decreta sunt et constituta, renouentur et grauissimis pœnis sancientur, ne videlicet vllis omnino Scholasticis in alio Collegio studijs operam dare liceat, quam in eo, aut in ijs, in quibus habitant, si modo ibi sit exercitium, neve vlli Gymnasiarchæ aut professori vllum ejusmodi Scholasticum

professus de Marca

admittant

admittant, aut in suis Collegijs et Scholis studere patiantur; si fecerint, poena esto quae jam constituta in dictis et annis praedictis

Praeterea postulavit, ut ex antiquis Academiae moribus atq; Institutis quorum majores nostri retinentissimi semper fuerunt, omnibus Academicis omnibus Interdictum, ne ullo modo, ac multo etiam minus Academica toga Indueti, in ea se loca ad disputandum conferant, a quibus Patres nostri perpetuo abstinuerunt, praesertim cum si qui in eos peccent, id agant levissimi homines, ut ij ipsi locis in quibus se, suaque opera flagitiose vendunt, discipulos sibi quoquo pacto veniendo atque ambiant, projecta etiam turpiter & indecore atque indubitatum adjuncta Academicae professionis dignitate.

Item ut juxta SC^tum anni 1624. ad Academica munera quaecunque sint, non admittantur, nisi habitantes in Collegijs Academicis, aut in paedagogijs bene famatis, non vero in Collegijs alienis commorantes

Item ut secundum Doctrinam Sacrae Facultatis Parisiensis & specialiter Venerabilis Societatis Sorbonicae, exules a nobis quicunque nomen suum apud alienos Sodalitati cuipiam dederint extra parochias, eique Sodalitati addictus deprehensi; ne vero quisquam clanculum ejusmodi sectam sectetur, in singulis Nationibus caveatur exacto a suo pectore per ornatissimos procuratores Jurejurando.

Denique, ut si qui contra praedicta deliquerint, omnibus Academicis Juribus et commodis ipso facto priventur, eorumque nomina in Albo Academicorum expungantur.

D. M. Claudius Berger Medicinæ prodecanus dixit nihil dum Emolumenti M. Edmundo Fourchet Syndico omnibusque ob assiduam in rebus Academicis navatam operam contigisse propterea quod M. Petrus de Lenglet antea Syndicus eo etiamnum honorario fruatur, quod Syndicatûs muneri attributum est. Itaque sibi æquum videri Academiæ honorificum, et aliquid Emolumenti ex ærario omnibus annuatim dato M. Edmundo Fourchet erogetur. quâ de re rogatis dictisq; sententijs placuit centum & quinquaginta libellas annuatim per modum gratificationis dari M. Edmundo Fourchet ponderi ex ærario Academico, quamdiu Syndici munere fungetur, idque huic ob diminutionem ejus honorarij quod Syndico attributum est. Et quo insuper dictus M. Fourchet post M. de Lenglet, quamdiu Syndici munus gerit per fruatur. absq; de eo amplissimo D. Rectore concedi fiue

D. Biller rector

Die 22 Julij 1699 natio Gall. apud Maturinenses officium magni Nunctij pro Diœcesi & Episcopatu Aquensi, huic Aquarum Tarbellicarum vacans per obitum Stephani Ferrand contulit Roberto Horc Rollecuis parisiensi, qui solita juramenta præstitit.

Die 1ª Augusti in Comitijs Deputatorum Comitiorum Nationis ord. visa apud D. Rectorem in Collegio Sorbonæ plures habitis, quibus ad ipsum D. Rectorem adierunt DD. MM. Petr. Guichard Thia, Le Gendre consiliarius facultatis decani; Claud. Berger procurator Medicinæ, Renatus de la Vacquerie Franciæ procurator; Carelli proprocuratore picardiæ, Stephanus de la Place normaniæ, et Carolus Magemis pro procuratore Germaniæ, atq; una cum ijs officiarij.

1. Supplicauerunt pro litteris nominationis jure Magisterij in Artibus quinquennij Adrianus Fournier clericus Meldensis, Adrianus Boucher clericus Noviomensis, Alexander pintart clericus Carnutanus, Antonius Escouuette subdiac. pontoisianus, Andreas Ponthon clericus Bolonensis, Bartholomæus Hordouart diaconus Carnutanus, Carolus franciscus de la Rive clericus Ambianensis, Carolus Lud.cus Dugard clericus Parisinus, Carolus Godde Caletanus Acolythus Bolonensis, Claudius des mons clericus Ebroicensis, Claudius duval clericus Ebroicensis, Edmundus Claudius Gratien clericus Senonensis, franciscus Leger clericus Andegauensis, franciscus Boubet subd. Senonicus, franciscus de la Raize Diaconus Turonicus, franciscus Vaillant Acolythus Carnotensis, franciscus Graslin clericus Turonicus, franciscus Tiffonneau clericus Lucionensis, franciscus Mesengny clericus Bellouacus Gabriel Lesionard diaconus Lexouius, Galesius de la Londe Eudes clericus Lexouiensis, Gilbertus Josephus Baratin clericus Carnotensis, Jacobus le Bas clericus Lexouius, Jacobus Dupont clericus Suessionensis, Jacobus Couture diaconus Lexouius, clericus Ambianus, Josephus Hocquet clericus Ambianensis, Joannes de la Rouraye Acolythus Lexouiensis, Joan. Fernelandus Lezurier subdiac. Rotomagensis, Joannes Picardat clericus Lingonensis, Joannes de la bie clericus Ambianensis, Joan. Lud.cus Le Mayre clericus Bituricensis, Joan. Lespicier subdiac. Laudunensis, Joannes le Mareschal clericus Bellouacus, Joan. Bapta Quarmé clericus Ambianensis, Josephus Edmundus Gerard clericus Catalaunensis, Lucianus Lucas clericus Bellouacus, Ludouicus Culbaut clericus parisinus, Lud.cus Carra clericus Ambianus, Lud.cus Rousseau clericus Rupellensis, Lud.cus Huré diaconus Rotomagensis, Michael Petit pbr pontoisianus, Mannus Rousset clericus pontisarensis, Martinus Alex. Mallemain clericus Noviomensis, Natalis franciscus Rogeret clericus Atrebas, Nicolaus Nonnesser clericus Bellouacus, Nicolaus Houppin clericus Bellouacus, Nic. Langlois clericus Bellouacus, petrus Roty Acolythus pontoisianus, petrus Boutigny Acolythus Rotomagensis, petrus Bagu clericus Bellouacensis, Petrus Alexander L'honoré Acolythus Bajocensis, Philippus de Maubreul clericus Sanquintinensis, Philippus du bois pbr Constantiensis, Renatus Erardus de Baigneux Courcival clericus Cenomanensis Remanus Mindorge subdiac. Rotomag. Sebastianus Aucler clericus parisinus Simon Claudius Joyant clericus Noviodunensis, Taffanus franciscus D'oquoy clericus Ambianus, Urbanus du Hamel clericus Noviodunensis, ijsq; omnibus concessi placuit litteras nominationis, atq; ita ab amplissº D. Rectore concessæ sunt.

Auditis M. Claudio Duval Bursario Collegij Harcuriani conquerente de M. Enault ejusd. Collegij procuratore, postulauit M. Edmundus Jamyn syndicus ut præsente dicto Collegij procuratore de re controuersa amplius cognosceretur, dictusq; procurator dictus Enault et Duval, atq; ita concluso fuit.

Quâ de re M. Claudius Veugny porrecto libello supplice postulauerat à D. rerum Capitalium Quæstore, ut M. Edmundus Chalgrain Carnutensis à dicto Chalgrain criminationes falsi ejus M. Chalgrain retractari et quam rem D. D. Rectores & Tribunal Academicum jure remittere D. Quæstori. Ea de re audito dicto M. Chalgrain, qui negauit se appellasse dictum M. Veugny Concubinarium, sed conquestum fuisse tantummodo, quod viri quidem studiosi

Viri quidam studiosi nec non rectis studijs et moribus, sed dissolutis essent, unde oriretur scandalum et offensiones accenderentur, quas restringi et comprimi oporteret, quâ declaratâ factâ, placuit dicto M. Chalgrain liberari ab eâ accusatione et calumniâ actione, quas illi dictus M. Vengey intenderat. Quâ vero dictus M. Vengey nondum satis fecit superioribus Academiæ decretis et conclusionibus, nec operas dedit, ne non in scandalum et offensiones amplius incurreret, ortas ex eo, quòd mulier quædam uxor Bornat cum ipso vivit et simul habitat, postquam ille declaravit suas ipsius uxorem non esse, placuit superiora Academiæ decreta et conclusiones executioni mandari, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Lectus est libellus supplex, quem M. des prez Doctor medicus amplissimo D. Rectori porrexerat, ac postquam ipse M. des prez auditus est, auditusque etiam M. Michael Gentilsoe prius in Cardinalitio pro doctor, qui se habere diarium datum sibi à D. tyrrot cujusdam scripti acceptilationem, quod scriptum illustrissimus dum viveret, parisiensis Archiepiscopus Franciscus Harlæus per dictum D. tyrrot supposuerat, placuit acceptilationem illam, dictumque libellum supplicem tradi syndico Universitatis, ut quam postulabit quod sibi visum fuerit, decernatur ab amplissimo D. Rectore de D.D. deputatorum consilio, quod æquum visum fuerit, decernatur ab amplissimo et videbitur; atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

P. Biller vector

Die 14. augusti 1699. In Comitijs præclaræ facultatis Artium apud Mathurinos horâ 7a. matutinâ de more habitis ad recipiendos Examinatores Candidatorum Licentiatûs in Artibus et Baccalaureatûs pro Cancellario S. Marcelli Parisiensis pro Gymnasio Navarræ M. Benigno Cuillet Rhetorices Professore Regio, pro Sorbonicis M. Guill. Fourdain ex Rhetorices Cadomensi, pro venerandâ Matre Universitate M. Petro Levasseur professore Regio, pro Gallicanis M. Michaele Lemaire Licentiato Theologo, Collegij Harcuriani D. Leprofessore Bellovacensi, Guill. Bagouet pro professore Regio, et Gerardo Barry Licentiato Theologo; ad hos à Comitijs approbandos aut rejiciendos admissis nactus, post maturam deliberationem rebus omnibus habitam placuisse ac designatos, probatus fuisse et designatus est M. Petrus Rabaut vir procuratorius et prælectionum professor Regius et M. Nicolaus Magnier, qui nuper ab Academiâ Senonensi gradum magistrij in Artibus; atque ex eorum numero deinde factâ supplicandi potestate hi supplices accesserunt, 1us Joannes Juette pro Ebroicensi postq. exposuit probavitque se jam pridem cuidam in Universitate Cadomensi conferisse, in Collegio Sylvano per biennium, à Dionysialibus anni 1694. ad Judicias 1696. ibi tum docenti M. Thomæ Goues de Jamet petijsse ut illud biennium Cadomense sibi hic Parisijs pro uno anno haberetur.

2g. Paulus nic. Leschaudé Parisinus a M. Marion celeberrimi pridem in Regiâ Navarræ professoris discipulus postq. exposuit se ex Catalogis pro vero cognomine Leschaudé scripsisse Victori cognomen, quod ubique, quod esse Leschaudé et Parochi et aliorum virorum gravissimorum testimonijs comprobavit; petijt, ut sibi nihilominus liceret ad examina magistrij in Artibus admitti assumpto vero cognomine Leschaudé

3g. Petrus de May Lotharingus Liffoldensis, M. Edmundi pharmacopolæ celeberrimi et Magnus pridem professoris discipulus, postq. fidem fecit Medicorum parisiensium testimonijs se gravissimo hujus morbo impetitum fuisse quum prior Logicorum catalogus conficeretur; atque propterea nequivisse ex tunc temporis spatium ibi commode haberi petijt Parisijs ut sibi nihilominus liceret ad examina admitti. de his supplicibus audito syndico Universitatis deliberandum fuit, professoribus ornatissimis procuratoribus retulerunt sibi placuisse indulgeri tribus proximis supplicibus quod petierunt atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Provisa ab ordinibus Nationibus comprobata sunt, quæ de constituendâ disciplinâ per singulas Facultates apud D. Rectorem conferri placuerat hunc in modum:

Cùm leges vel optimæ soleant aut injuriâ, aut oblivione sæpe venire in desuetudinem ideas necesse est identidem excitare pæne mortuas et ab interitu vindicare. Quare ut præclara Facultatis splendor restituatur, placuit de ejus consilio quatuor Nationum propositis tabulis nonnulla ad Academicam disciplinam pertinentia iterum exhiberi, et ea quotannis, nequis ignorationem deinceps prætexat, publicè in Comitijs Censorijs recitari.

1. Nemo publicè programmate declaret se philosophiam, aut alias artes professurum, nisi prius apud suam Nationem supplicaverit pro Regentiâ et Scholâ.

2. In minoribus, ut vocant, Collegijs, qui philosophiam profitebuntur, Scholam ingrediantur eâ ipsâ horâ quâ solent professores Collegiorum pleni exercitij ingredi, nec

nec antè egrediantur, quàm illis solent ~~Ingredi~~ Egredi: Turicq; vacabunt à Scholis quando In prædictis pleni exercitij Collegijs vacabitur. quod vt faciliùs fieri possit, professores minorum Collegiorum sequentur morem et consuetudinem magni illius Collegij, quod huic vicinum erit.

3. Vt Scholastica disciplina seruetur, sine quâ stare Academia non potest, quicunq; Scholasticus vel humanioribus litteris, vel philosophiæ studere voluerit, 1mùm adeat Gymnasiarcham illius Collegij, In quo studere volet, atq; cujuslibet hujus magni, vt vocant, sive minoris Collegij moderator Catalogos habeat duos, In quibus nomen, cognomen, patriam, mansionem propriâ manu describat ille Scholasticus; deinde tententur examine, in eamq; Scholam dimittatur In quâ posse profiteri fuerit à moderatore judicatus.

Vigilantissimi Gymnasiarchæ quotannis circa Natalem Domini, et tempus paschale exhibebunt amplissimo D. Rectori, è duobus, quos habebunt, alterum Catalogum Scholasticorum rebus maximè philosophicis studentium, lectitabuntur ibi omnia singulorum à se factæ examinatione.

Philosophiæ quoque professoris, duos habebunt Catalogos à suis Inscriptis auditoribus, quorum alterum amplissimo D. Rectori circa præscriptum tempus dabunt, alterum de more tradent Scribæ Vniversitatis.

4. Integerrimi Censores singula Collegia visitent, et legant Catalogum, quem quisque habebit ab amplissimo D. Rectore Exscriptum ex Catalogo Gymnasiarchæ et professoris cujuslibet Collegij absentes Scholasticos designabunt; et qui saepius absuerint, poenis Academicis Mulctantur. Vt autem hujus negotij dare necessaria Accuratius et Commodiùs incumbatur, optimum visum est eligi quotannis ex vnaquaque Natione virum de Academiâ benè meritum, et disciplinæ amantem, qui prædictorum Catalogorum exemplum quod ab amplissimo D. Rectore habebit, quisque vel cum aliquo Censore, aut plumbo, vel cum Deputatis aliarum Nationum, vel etiam plus si fuerit, id munus ferat. Porro et Integerrimi Censores, et Dignissimi à præclarâ Facultate Deputati hi sortientur inter se vices, et illa lustrato omnium Collegiorum singulis saltem mensibus semel fiat, vel etiam sæpius si in aliquibus Collegijs neglecta fuerint. His oribus, et ipsis fieri poterit rectè huiusce, Amplissimus D. Rectori invigilabit.

Orbetini ni fi à natione Gallicana M. Carolus Rollin, à picardia M. Dupuis professor Alexandrinus è Normania M. Olivarius Heroult Gymnasiarcha Navarricus; à germanica Ac:

P. B.

5. Cùm constet ex publicis exercitationibus præsertim philosophicis redundare In Academiam plurimum famæ et nominis; nullus deinceps professor cujuscunque ordinis sit tanquam præses et arbiter adsit ijs exercitationibus quæ fiunt inter privatos pariete civium, et ubi thesis publica ac typis impressa solent venientibus dividi. Qui professor in ejusmodi exercitationibus sedent Arbiter, et quicunque vir Academicus disputauerit, in eos de Scholastico ex Decreto Academiæ gravis animadversio esto.

6. Vigilantissimi Gymnasiarchæ quotannis ante tempus vacationum et tempus paschale Schedulas librorum et Auctorum, quos in singulis ordinibus legi par erit, deferendas curabunt ad Bibliopolam Vniversitatis vt tempore vacationum omnia in ordines digerat, et ipsis Scholarum instauratione præsto sint. P. Bellet

Die 29. augti 1699. In Comitijs Deputatorum visitatis apud D. Rectorem ij Collegiorum Gymnasiarchæ in antecessum habitis pro ord.is Septembris, vbi adfuit D. Rector M. Petrus Bellet adfuerunt MM. Petrus Guichard Tyro, Joannes le Gendre Junior, Claudius Berger Medicinæ Decani; Renatus de la valquene Franciæ procurator, Petrus Rabeut pro procuratore picardiæ Stephanus de la place Normaniæ, et Dionysius de la croix Germaniæ procurator alij quoq; aderant.

1 Supplicauit pro literis nominationis jure magistrij in artibg et quinquenij Saturninus Richard Subdiaconus Carnutensis, eaq; illi concedi placuit atq; ita conclusg fuit.

2°. MM. Nicolaus Boutillier gymnasiarcha Collegij Bellouaci, Carolus Rollin vir Rectoriis Regius Eloquentiæ professor, ejusd. Collegij Coadjutor et M. Petrus Rabaut præfatus prælluri adfuerunt petentes ab amplis. D. Rectore, sapientiss. Decani, et ornatiss. procuratorbg, vti gratus & ratus haberent pactum quod inter gymnasiarcham, Coadjutores, Subministros, Procuratores, Capellanos & Bursarios Collegij Bellouaci ex vnâ parte, et Rectorem Gymnasiarcham, Procuratores & Bursarios Collegij Prælliaci ex alterâ de consensu Illustrissimi Senatûs principis nuper initum rh. quo quidq; pacto vt diligentior et accuratior disciplina seruetur, nec ab vltro citroque per vtrumq; Collegium Commeantibg interturbetur ita conuenit Inter vtriusq; Collegij præfectos procuratores et Bursarios vt pennus ille vsus muro solido occluderetur, vt Scholæ octo, quarum quatuor in prælluo erant, omnes in Bellouaco includerentur ijs conditionibg quæ fusius pacti supradicti formulâ continentur. porrò tum ad prædicti muri extructionem et ad cæteros sumptg, qui sunt hanc in rem faciendi, tum ad subsidium Bursariorum M. Marcus Antonius Herfan Eloquentiæ olim in pllauo et in Regio auditorio professor, nunc delatus apud Diuionem prior pro suo eximio in Academiam pariensem & ejus Collegium Bellouacum studio summam sex millium librarum liberalitè impendit, quibg auditâ sapientiss. Decani, et procuratorum ornatiss. prædictum pactum rejemento comprobarunt, et in Tabulario Vniuersitatis reponi iusserunt. placuit insuper deputari ornatiss. procuratores nationum Galliæ, Picardiæ et Normaniæ, qui Academiæ nomine gratias quàm possent maximas agerent M. Marco Antonio Herfan viro supra tributo Dei, qui augustâ & memorij integritate, et illustratâ eloquentiæ vi ac vberate maximo Academiæ fuisset ornamento, nunc ejusdem vtilitatis celeberrimum Collegium suas opes effunderet, et tam illustri literis accenderet. statutum quoq; est vt amplis. D. Rector cum sapientiss. Decanis & ornatiss. procuratorbg illustrissimum Senatûs principem adiret ipsi gratias actuurus quod rem istam tam auctoritate perficiendam curasset petiit ab amplis. D. Rectore conclusg fuit.

3°. Comparuit M. Michael gentil Roe, qui protulit Scedulam vulgo vt recepisse, de quâ mentio facta fuerat superioribg Comitijs. accessit et supplex M. Dre Preez, qui petijt, vt dimissis postulante Syndico, quod aquum visum fuerit Statuatur, atq; ita ab amplis. D. Rectore conclusum fuit.

4°. placuit etiam quoad litis, quæ anno proximè elapso à Jesuitis intentata fuit, & quam ab ipsis prope diem exsequendam et permanendam rumor erat, Roe omne negotium amplissimi Rectoris fidei committi oportere, ita vt nihil prætermittat eorum, quæ fieri nosse fit, huic in adeundis Judicibus, huic in edendis in lucem quæcunque ad asserendam & propugnandam Regiæ causam Vniuersitatis pertinebunt; atq; ita de partis conclusg

5°. præterea probari placuit quæ D. Rector antea faciendo curauerat ad reuocandas causas et libros, quos ad Tribunal Academicum pertrierent, et præcipuè quæ ad quosdam Collegij Harcurani Bursarios pertinent, atq; ita pariis ab vtroq; conclusg fuit.

6°. protulit amplissimus D. Rector Scriptum, quod quibus verbis expressum erat, placuit in Commentarios referri; ita autem illud ejusmodi:

Pro suo munere meritissimus Syndicus iterum rehibit viros probos & illustres conqueri, quòd nonnulla in Academia protrum et dedecus gliscerent, ac præcipuè 1°. quòd quidam Gymnasiarchæ Scedulas à professionibus extorquerent, quibus testarentur professores se, si quas forte annua pensio certis quibusdam Scholis addicta esset, eam à Gymnasiarchis non repetituros. 2°. quòd nonnulli alij Gymnasiarchæ non aliâ conditione ad professionis munus admitterent plerosque quàm datâ priùs Scedulâ quâ pollicerentur fore, vt ejusmodi munus quod

habeam

haberent, non ut proprium, sed tantummodo commodatum Gymnasiarchae ad nutum & pro arbitrio repetentes nullâ morâ, nullâ lite intentatâ, nullo appellato Judice restituerent. Quas quidem Scedulas cum initio dedissent incautius professores Jurium Academicorum rudes et Imperiti, tandem usu rerum edoctos se intellexisse peccatum à se contra jus fasque, et Statuta Academiae quibus cautum est art. 31. Reformationis Facultatis Artium, ut gymnasiarchae in distribuendis classibus pecuniam aut quidvis aliud pecuniae loco à professoribus non accipiant, &c. Peccatum Etiam adversus professorum dignitatem, quam ipsi, depositâ Magisterij authoritate ad vile mancipij obsequium abjecisse viderentur. Quam in rem non pauca pro suo in Academiam studio adjecit meritiss. Syndicus videri sibi nihil Turpius, et Academiae splendore Indignum magis quam professores ejusmodi translatitios institui, quibus ut Magistrorum nomen & species data sit, at certè authoritas omnino et animus detrahatur. Fuisse hactenus Parisiensem Academiam omnium longè principem, omnium florentissimam: at huic fuisse ornamento et subsidio celeberrimos professores Innumeros, qui scientiâ, literis, doctrinae omni genere, morum Integritate, egregio in Reges Christianissimos, In patriam religionemq. studio decus Immortale sibi nobisque peperere. Cui porro in mentem venisse unquam Clarissimorum tot professorum tum cum professionis obirent ~~mu~~ Munus tantâ cum laude & dignitate hanc fuisse conditionem, ut Licuerit Gymnasiarchae qualiscunque esset pro suâ potestate, nutu et arbitrio extrudere quem voluerit è sui Gymnasij professoribus? Nihil perniciosius Academiae fore quam si in praeclarâ Facultate Artium res omnis ad paucos, Id est ad decem Gymnasiarchas deferatur; nullam scilicet fore in Comitijs ferendorum suffragiorum libertatem, fore ut professores reformident nutus heriles Gymnasiarcharum, nec quidquam adversus Impotentiam talium Dominorum mutire aut hiscere audeant, meticulosos in omnibus professores spectaturos non tam quod aequum sit, quam quod velint supercilios Domini. Gratulari quidem se Academiae quod nullus sit in eâ Gymnasiarchâ, cujus ipsam poenitet, sed nisi malo occurratur, sine dubio non de fore Gymnasiarchas, qui hac potestate Indebitâ perperam utantur, in perniciem liberorum & Academiae. Optimorum saepe hominum non congruere Inter se animos & sensus; quantacunque eruditione sit professor aliquis, quantacunque moderatione animi & morum Integritate, fieri tamen aliquando, ut is minimè gratus sit Gymnasiarchae suo, Imo eo ipso fortasse Ingratus et Invisus, quod eum commendet major in vulgus nescio cujus doctrinae et probitatis opinio; Jussurum ejusmodi Gymnasiarcham, ut recedat à Scholis ille professor quantumvis et Academiae utilis; ficturum causas aliquas probabiles, quas in aures clanculum et tacitus Insusurret, ne dicatur quasi sanum membrum, ipsique corpori charum et pretiosum Immeritò & sine causa solo morositatis vitio resecare. In singulis nationibus Facultatis Artium sapienter id Institutum esse ut professoribus emeritis postquam à docendi munere recesserint, ex reditibus nuntiatuum stipendia erogentur eadem, quae actu regentibus. Subsidium hoc esse aliquod paratum Senectuti, nec contemnendum quidem in tenui fortunâ, qualis esse solet Academicorum, hujus qualiscunque praemij spe avendi non paucos ad suscipiendum difficile & laboriosum docendi munus, quibus saltem subest illa spes non frustratum iri se hac mercede, si decurrendo stadio

sibi vires suppetant, nec ab Academicorum probitate vita degeneret. quid futurum esse si hoc sibi jus arrogent Gymnasiarchæ, ut professorem eruditum honestum, nec degenerem postquam per decem, per duodecim et amplius annos indocendi munere fractus consenuerit, possint pro arbitrio excludere, spes omnes languidæ et miseræ senectutis unico nutu et imperiosâ voce non secus atque ictu fulmineo succidere? nonne literatos viros ad alia quævis ituros potius quam ad Academicum docendi munus, nonne carituram brevi Academiam claris et eruditis illis professoribus, à quibus gloriam suam hausit hactenus? non licere Gymnasiarchæ vel minimum alumnum è Gymnasio indictâ causâ extrudere, num ergo passuram Academiam, ut honesto professori, quem ipsa instituerit, quem sibi sentiet perutilem, ignominiæ labes inferatur? ut professor non ignobilis, de republicâ literariâ benè meritus à Gymnasiarchâ tristi, moroso, forte minus idoneo indictâ causâ eijciatur. si quid peccetur à professoribus quos ad sanitatem non revocaverit benigna et debita admonitio, præsto esse Tribunal Rectorium ad quod vocentur dicturi causam quicunque deliquerint. Quibus de causis conclusit meritiss.^us Syndicus postulare se pro suo munere ut irritæ, nullæque prorsus habeantur, quæ tales scedulæ datæ sint à professoribus docendi munus ingressuris, per quas illi polliciti sint fore, ut ad nutum et arbitrium Gymnasiarchæ scholas, quibus præpositi sint, relinquant, nec pensionem annuam, si quæ sit scholis suis addicta, repetant. In Gymnasiarchas verò, qui deinceps ejusmodi schedulas exegerint ab ipsis professoribus antequam ad docendi munus eos admittant, et in ipsos professores qui ejusmodi schedulas dederint, ut pœnis Academicis animadvertatur tanquam de Academiâ malè sentientes et meritos, et libertati publicæ insidiantes, totius denique reip.^æ literariæ pestes et hostes infensissimos; quam in sententiam unâ voce et communi consensu itum est ab omnibus, et sic ab amplissimo D. Rectore conclusum.

P. Billet vector

die septimo septembris 1699. natio Gallicana apud Maturinenses officium magni Nuntij pro diœc. et Episcopatu Lomberiensi vacans per obitum Ludovici Berthelin contulit Joanni Faciot cuius parisiensi qui solita juramenta præstitit

Die 12. eadem Natio ibid. officium magni Nuntij pro civitate, diœc. et Archiepiscopatu Tolosano vacans per obitum Joannis Indret contulit Joanni Jamet cuius parisiensi, qui partes solita juramenta præstitit.

Ead. Natio die 19. septembris ibidem officium magni Nuntij pro diœc. et ~~episcopatu~~ Archiepiscopatu Aquensi in provinciâ vacans per obitum Edmundi Penillon contulit Hieronymo Maillet cuius parisiensi qui &c

Die 25. 7bris Eadem Natio ibidem officium magni Nuntij pro diœc. et Episcopatu Carpentoracensi vacans per obitum Joannis Roussel contulit Joanni Jardon cuius parisiensi, qui solita juramenta præstitit

Die 3. octobris 1699. In Comitijs Deputatorum universitatis ord.^rijs apud D. Rectorem in Collegio Sorbonæ plessæo habitis quibus cum ipso D. Rectore M. Petro Billet ad fuerunt MM. Dn. Petrus Guichard Theologiæ decanus, Vincentius Colson pro decano Jurium, et M. Claudius Berger pro decano Medicinæ, Renatus de la vacquerie nationis Gallicanæ procurator, Petrus Rabeuf pro procuratore Picardiæ, Stephanus de la place Normaniæ, et Dionysius de la croix Germaniæ nationum procuratores atque unâ cum ijs Syndicus et Ego scriba

1.

1 supplicauerunt pro literis nominationis, jure magistrij in Artibus
quinquennij Jacobus Friconneau clericus Lucionensis, Joannes Baptista
Pruvost clericus Ambianensis, Andreas Antonius Gerard subdiaconus
Laudunensis, Carolus Benoist clericus Nouiodunensis, Franciscus de
Vienne pbr Catalaunensis, Jacobus Dangean clericus Meldensis
Donatus Leroy pbr dioc. Kilkenniensis seu Ossoriensis in Hibernia,
frater Antonius de Banhere monachus Benedictinus ordinis Clunacensis
Frat. petrus d'Hautoville pbr Clunicensis, Monachus Clunacensis; frater
Ludouicus Billet Monachus Benedictinus ordinis Clunicensis, quibus
dibg comedi placuit literas quas petierunt atq; ab amplissimo D. Rectore concessum fuit

2 Comparuit M. Joannis le françois Collegij Harcuriani promotor
Exhibuitque Instrumentum quo improbauit quicquid huc nomine
hactenus factum fuisse falso supponitur in lite a procuratore et quibusdam
dicti Collegij Bursarijs M. Joanni des Authieux ibidem professori intentata
et quod sonsto, ad rursus etiam verbo improbauit. Cujus exhibitum
atq; improbationis actum sibi dari postulauit, ac prouide a vadimonio, actore
Le françois quod postulauit, atq; ita ab amplissimo D. Rectore concessum fuit.
Deinde auditus M. Joannis des Authieux ejusq; postulatio dibg examinata
quoniam ejus aduersarij non comparuerunt placuit eum absolui accusatione
sibi intentata, et ab ijs rebg quas prior, procurator et Bursarij Harcuriani petierunt
Ejusque famam ab ijsdem Bursarijs refarciri in Tribunali Academico
prouinis Comitijs, et diem diei dictis Bursarijs nomine syndici connotatum
vel quod aliquid ac justius videbitur decernatur, atq; ita ab amplissimo D. Rectore
concessum fuit.)

P. Billet
vector

Die 7ª octobris 1699. In Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses, in angulo contiguo
sibi facta supplicandi potestate, supplicationum pro literis nouis jure magistrij in artibus
et quinquennij Joannes Baptista de Saintz pbr Rothomagensis, franciscus Goret
Acolythus parisinus, Joan. Jacobus Baillard pbr Ambianensis, Dionysius Regnier subdiaconus
Rothomagus, Egidius Ruel clericus Constantiensis, Nicolaus Robin pbr Cenomanensis, quibus dibg comedi placuit nouas literas
Leonensis, Jacobus Robin pbr Cenomanensis, Nicolaus Maillou presbyter
atq; ita ab amplissimo D. Rectore concessum fuit.
Deinde itum est in Comitijs seu capitulum
ubi postq. D. Rector peroranti probatis quas obtulisset, eisq; decretis literis communibus ritu
processum est ad electionem sacrorum sub inuocatione
sibi D. Guichard Decanus Theologus rem sacram fecit, et M. P.P. Carmelitanus Collegij majoris
Le Brun, doctor Theologus concionem habuit

Die 8. natio Gallicana apud Maturinos officium magni nuntij pro dioc. Papulo polonsi
sine gr. Papuli vacans per obitum Joannis Crocher contulit Ludouico francisco
Chevalier ciuj parisiensi qui solita juramenta præstitit.

Die 10ª mane eadem Natio ibidem officium magni nuntij pro dioc. Episc.
Bayonensi vacans per obitum Ludouici Ruston contulit Nicolao Carrier
ciui parisiensi, qui pariter solita juramenta præstitit.

Eodem die decimo octobris horâ decimâ matutinâ in Comitijs Rectorijs apud
Maturinenses horâ decimâ matutinâ de more habitis facta supplicandi potestate
19. franciscus Faucheux de Beauregard Turonensis, quod cognomen Faucheux
per imprudentiam omisisset scribere in Catalogis, atque adeo obtinere vellet ut Magistrij in Artibus petijt, et illud reponeretur.
29. Ludouicus Seraphinus Charlier parisinus Religiosus ordinis Cluniacensis
quod pariter omisisset alterum nominum suorum, quod est Seraphinus,
pariter petijt et illud sentiretur in dibg ejus literis, inquibus sciri oporteret
utrique autem supplici concedi placuit quod petierunt. Duo præterea supplices scholastici
quod morbo in provincia correpti nonnisi [illegible] Maij Logicam Catalogo nostro inscripsissent
petierunt ut nihil commune cum illi liceret ad examina magistrij in artibus admitti, sed repulsam passi pro

M. Nicolaus Theru fidelissᵘˢ picardorum Nationis Censor postquam exposuit M. Jacobum Rozault
spretis Academiæ statutis nuper adeptum è dictâ nationis magistris ad rerum capitalium
judicem traduxisse, duo postulavit, primùm ut hæc lis per syndicum extraneus revocetur
ad tribunal Academicum; deinde, si dictus Rozault non pareret, ut excludatur ab
universitate, ut potè qui jam à dictâ nationis fuerit repulsus legitimis de causis.

M. Renatus de la vacquerie honorandæ Gallorum Nationis exprocurator conquestus est quòd
in mature dictæ nationis comitijs supplicasset pro munere quadrumviri, et repulsus fuisset,
tametsi alias conclusio dictæ nationis facta fuisset, ut decedens è procuratoris munere
quadrumviri munere fungeretur; cui se adjunxit M. Caulier Baccalaureus nomine
Baccalaureorum. His respondit ornatissimus procurator honorandæ Nationis non teneri illâ
conclusione, quæ facta tum fuisset in gratiam unius exprocuratoris, qui tunc erat; non om-
nibus exprocuratoribus, qui postea futuri essent: quin et in eo ipso, quòd deliberatio
institueretur, ut fieri solet, an exprocurator munere quadrumviri fungeretur, necne,
argumentum esse, eum, qui pro eo munere supplicaret, repulsæ juste pati posse, nec ejus
supplicatis ratio haberi semper debere, si nisi haberet major numerus suffragiorum
quòd multis antea accidisset, quòd verò M. Caulier Baccalaureus nunc ageret, se
dicaret, id actum, ne Baccalaureus auctoritate et mandato sui, ejusdem ac alij Collegij,
numero quadraginta et amplius, dicti M. Caulier unus extitisset, qui non suffragatus
fuisset M. Bernardo Collot, qui quadrumvir creatus fuisset.

Viri cujusdam religiosi nunc in ordine Cluniacensi, postulatum est, ut scholasticæ quæstoris
qui primùm privatim in Collegio Cluniacensi studuisset, non autem publicè, ac fieri solet
apud professores Academicos, deinceps admitteretur ad gradum Magistri Artium
aut ad literas nostras obtinendas admitteretur, tametsi magistri Artium non essent.

Quibus rite decretum, audito M. Edmundo Granger Syndico omnibusque, tum ad
deliberandum Nationis nostræ per ornatissimos procuratores retulerunt his placuisse
indulgeri duobus primùm scholasticis ejusmodi literis aliquid derogari quod petierunt.
Deinde placuisse rationi haberi postulationis factæ ab integerrimo Censore scholasticæ nuncupationis
congruentis MM. de la vacquerie et Caulier et postulatum irritum haberi; quòd
postulatum Cluniacensis, si nihil novi asserant rem jam antè judicatam fuisse,
eosque jure ab ejusmodi petitione fuisse depulsos; siquid tamen novi asserent,
quod non antè protulissent, viri aliquot graves à singulis nostris nominati
sunt, qui quod novum asseretur, examinarent. atque ita ab amplissimo et Rectore
conclusum fuit.

Confirmati verò quadrumviri, nempe Gallicanæ
M. Bernardus Collot literarum humaniorum professor in pluribus; à picardiâ M. Joannes
Duquis humanitatis professor in Navarræo; à Normaniâ M. Franciscus Guenon
licentiatus theologus, et emeritus primùm professor; à Germanica M. Carolus Nagerus
licentiatus theologus et collegij Longobardorum promotor, qui præstitis
solemni sacramento in manibus amplissimi Rectoris, in cancellario Augustini posteà cancellarium
per Normanos se fuisse electum renuntiavit in Rectorem M. Joannem Baptistam Couture
celeberrimi eloquentiæ professorem, Nauclerianæ et Regiæ professorem, quæ electio à singulis nationibus rejecta et confirmata.

Die 12. octobris 1699, horâ 7ª matutinâ comparuerunt quidem Nationis cum amplissimo
D. Rectore M. Joanne Baptista Couture clarissimo ex-Rectore, sapientissimis decanis
atque ornatissimis procuratoribus à D. Rectore per schedulas convocati ad rite instituendum
seu confirmandum quem quos clarissimus ex-Rector earum rerum ac negotiorum, quæ
maximè urgerent, cognitione officia instruxisset, cæteri omnes, tum decani, tum procuratores
hujus quisque suffragio Electionem ejus ratam et gratam habuerunt; atque ita concluserunt.

Die 27. octobris ibd. in omnibus quatuor Facultatis Artium Censorij, quibus Nationis
horâ 7ª matutinâ de more habitâ per ornatissimos procuratores relatum est à singulis
nationibus creatos esse singulos Censores; à Gallicanâ D. M. Edmundum Chabrain
Collegij Hubantini primarium; à picardiâ M. Renatum de la croix Bacc. Theol.
et Choletæus domus priorem; à Normaniâ M. Petrum Gayet licentiatum Theol.
antea Rhetorices professorem in Monte Acuto, et nunc Collegij Sapientiæ primarium;
à Germanica M. Thadæum à Moloy Bacc. in utroque jure D. M.

fourrel Collegij Æduensis primarius et Bace. Thol. Interceßit quominus dictus M. Chalgrain Censor esset, quod eum diceret ex ordine professorum esse: esse verò nunc viuos Baccalaureos vt de eorum ordine vnus Censor esset; sed alianum Nationis suffragijs comprobata vt electio dicti M. Chalgrain. Itaque ille cum alijs Censoribus electis solemne sacramentum praestitit tametsi dictus M. fourrel interecederet. Quod postulationem Cluniacensium Nationis eos penitus rejecerunt; nequam tamen litem mouerant, placuit conseruari veteres Patronos, atque ita in sibg ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die vltimo octob. quo 1us die D. de Pontcharrain lutetiae redijt et quo tempore apud fratres Bellaci mense 7bri à Reg. creato fuerat Franciscus Cancellarius, D. Rector rnd ad Bb. decanus procuratorib, dijs mtatis et legatis et officiarijs, et Baccalaureis, et bidg mtatis et legatis breue gratulatg &c.

† Die 30a octobris 1699. Natio Germanica in Maturinensi officium Magni Nuntij pro Diocesi et Episcopatu Visbiensi in Gotlandiâ vacans per obitum Philippi Bonnet contulit Lud.co de la Rue cui parisiensi, qui solita juramenta praestitit.

Die 7a nouembr. In Comitijs Deputatorum vrsitatis ord.nis apud D. Rectorem M. Joan. Baptam Couture in Collegio Marcianno habitis, supplicauerunt pro literis nostris jure Magistrij in Artib.s et quinquennij Joannes poiree Subdiaconus ambianus, Joannes Alais Artium Rothomagensis, Gabriel de la Grange clericus Claromontensis, Joan. Petrus Mallet clericus Ambianensis, Michael le petit Acolythus Constantiensis, Petrus Saget Morin Diaconus parisinus, easq literas, quas peterunt, illis sibi concedi placuit.

Quæ dum deliberatum sit, nimirum de Schedulâ, vulgo vn Recepisse, quam in Comitijs die 29 augti in Sorbonæ plateo habitis protulerat M. Michael Gentilhomme, quamque sibi tradi, cum ejus exemplar postulauit M. Jacobus des prez, placuit, postulante M. Edmundo pourchot syndico vrsitatis, nullas postulationes à dicto M. des prez factas rationes haberi, quia dictus M. des prez, vt potè homo fruiatus, nullus habet jus vt postulet ejusmodi Schedas sibi tradi, praesertim cum rares ad illustrissimi Archiepiscopi parisiensis pertineat atq ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Placuit dari M. Jacobo de l'Oeuure de re literariâ bene merenti, nunc inopi & ægroto ducentas libellas ex arario vrsitatis ejusq ita conclusum.

Postulauit ornatiss.s fidelissimus Richardus Nauis procurator noe Nauis sue, vt noe Lyradici vrsitatis dicti M. Jacobo Rosault ad proxima Comitia reddat acta dicta Nauis, quæ hactenus reddere recusauit, cujus postulationis rationes haberi placuit, atq ita de eâ in Tribunali Academico amicabiliter cognoscetur.

Auditus vt M. Claudius Vengny, qui postulauit, vt superfederetur executioni eorum quæ in Tribunali Academico contra ipsum decreta fuissent: quod de re quia rejecti reduin DD. tum Decanos, tum procuratores, qui jam antea judices fuissent, rejum vt mihi quicquam de ejus postulatione antè decerni posse, quam legitimo instrumento significauerit se decretis à prouocatione, et ab intentatâ judicij actione, vulgo prise à parte, à rejectione DD. Decanorum et procuratorum; atq ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die 18. nouembris In comitijs Deputatorum vrsitatis quid amplissimo D. Rectore Joan. Baptâ Couture in Collegio Marciano extra ordinem habitis, quibus interfuerunt Facultatum tres, Juris utriusq et Medicinæ Decani, atq ornatissimi quatuor Nationum procuratores, una cum officijs

Comparuit M. Jacobus Rosault antehac literarum humaniorum professor cui dies dicta erat noe M. Edmundi pourchot syndici vrsitatis, in fidelissimæ Nauis Tabulas et claues arcæ communis, quas multis abhinc annis detinet, restituere cogeretur. qui M. Rosault palam confessus se habere, et redditurum affirmauit, dummodo justa sibi merces pro impensâ in ijs digerendis operâ rependeretur tametsi nullam ipse mercedem stipulatus fuerat, ni hinque ei natio fidelissima promiserat, cum id operis aggressus sit. Idcirco placuit omnes Deputatas Tabulas et claues repetitas intra tres dies ab eo reddi, sub pœnis Academicis; salvo tamen jure repetendi à natione quod aequum erit, pro operâ et curâ quæ adhibuerit atq ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Comparuit item Dom. Lic. Seraphinus Charlier Religiosus cluniacensis qui vadatus erat M. du Costé antea ejus professorem, cujus ipse fuit discipulus, petitq. ut dict. M. du Costé sibi restitueret literas Baptismi, Tonsurae, et professionis Religiosae, quas nullo jure detinet. Interrogatus porro an honorarium professorium pependisset, respondit id a se factum. Quamobrem cum praedictus M. du Costé non comparuerit, placuit dicto Charlier dari actum defectus ad vadimonium, et literas Baptismi, tonsurae, et professionis Religiosae petenti restitui; atq. ita fit.

Postea dixit D. Syndicus nobiliss. virum D. de Saintot in supremâ parisiensi curiâ senatorem velle sibi venundari quandam in fundo gratis clericorum portionem, quae interjacet inter eas, quae a Domina de Rouffiveau et a D. Brunet possidentur, offerriq. ab eo pro singulis hexadepis viginti quinque libellas. Quae res cum visa sit Academiae utilissima, placuit eam quam. ocius transigi et curae ac diligentiae fidelissi. Quaestori D. Nicolai Colleti committi; atq. ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Denique cum docuisset ex tabulis acceptis et expensis ornatiss. picardorum nationis procurator sportulas fuisse distributas cui amplis. D. Rector unà cum sapientiss. Decano ornatiss. procuratoribus et adjunctis, officiariisq. urbanis adijt Illustriss. Cancellarium D. Boucherat ut ei de dignitate adeptâ gratularetur, idemq. faustum felix in Illustriss. parisiensis Archiepiscopi Antonij de Noailles adventu; placuit ab antiquâ consuetudine non recedere, et sportulas illis distribui ijs, qui adijssent Illustrissimum Cancellarium D. de Pontchartrain cui amplissimus D. Rector atq. ita ab nobis amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Rector

Die 5. decembris 1699 in comitijs deputatorum visitatis ordinibus apud D. Rectorem M. Joan. Jacq. Couture in Collegio Marchianensi habitis

Supplicavere pro literis nationis juris Magisterij in Artibus et quinquennij Petrus Tavignot subd. parisinus, Vincentius le Vavasseur pbr Rothomagensis, Andreas le Roy clericus Bellovacensis, et Robertus Thureau pbr Bellovacensis, eaedemq. illis ibidem concedi placuit.

Tabulas fidelissimae picardorum nationis, quas protulit M. Jacobus Rohault, placuit quam. ocius deferri ad Tabularium dictae nationis, mandavitq. a dicto Rohault jusjurando, quo juret et affirmet se nihil quicquam ex illis tabulis retrinxisse; Et quia dignus est operarius mercede suâ, placuit exhortari dictae nationis, ut dicto M. Rohault, pro meritâ operâ, ea atque ultro satisfaciat. atq. ita actum est.

Visa sunt quae ex libro Censorio honorandae Gallorum nationis scripta fuerant à M. Claudio Vengy tum, cum censor erat, in quibus multa se injuriosa in multos à dicto Vengy conscripta fuisse placuit per ornatiss. dictae nationis procuratores et censores in actu, per ex procuratores et Decanos, excerpi tam quae rite et ordine scripta sunt, ad dictam nationem ejusq. disciplinam pertinentia, caetera q. expungi, atq. ita ab amplis. D. Rectore conclusum est.

Comparuit M. du Costé, quo audito placuit conclusionem in comitijs proxe superioribus factam confirmari, quoad literas, Baptismi, Tonsurae et professionis Religiosae M. Claudii Seraphini Charlier cluniacensis reddendas, atq. ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die 10. decembris Natio Gallicana apud Mat. officium magni nuntij pro die Epiphaniae vacans per obitum Joannis Latigny contulit Joanni Tiquet Gallo parisiensi, qui biennio proxe praeterito

Die 15. in comitijs supplicatorijs apud Maturinos, in angulo contra Ill. sita facta supplicandi potestate supplicavit pro literis nationis juris Magisterij et quinquennij Joannes Marie pbr Ebroicensis, ejusq. causae fuit Dominus Dr. Lecamus, postquam D. Rector perorasset, probatisque professoris ejusdem decretis, sit eius commendatitijs, processit ad actum more solito sacramentum fidelitatis praestitit, et ordinis regentiae fecit; D. principal ejus doctor theol. concionem habuit.

Postridie ib. decembris in comitijs rectoriis apud Maturinos horâ 10. matutinâ de more facta supplicandi potestate. Armandus, Lic. Josephus Foucault de St Germain Beaupré Cleracensis parisinus M. du Ham alberonius primus in Collegio Sorbonae pluribus discipulis ab praeteritis digitorum articulorumq. dolores, quos morbo hujus anni Academiae correpti patiebantur, et deinceps patietur, scribendi legem dictavit; hisque in exercendis professionis dictatis alienâ manu uti licuit.

M. Michaelis genitique Polebernii in Cardinalitio professionis biennio proxe elapso discipulus, quod postremo anno à Pasch. ad dies 12. Maij abesse à schola

per quem

per quinque circiter hebdomadum spatium ob domestica negotia, eaque gravissima, coactus esset
petijt, ut sibi in hilominus faceret ad examina Magisterij
in artibus admitti

MOYEN PAPIER DEUX SOLS LATEVILLE

postremo Monachus Cluniacensis idem quod jam antea ~~petijt~~ 27. octobris petijt
de quibus supplicationibus audito M. Edmundo Pourchot visitatis syndico dimissis ad deliberandum
nationes, postea per ornatissimos procuratores retulerunt sibi placuisse concedi
utrique supplici scholastico quod petierunt. quod pertinet ad petitionem Cluniacensis,
placuit responderi illis per eos, qui antea fuerant a singulis nationibus in eam rem deputati

Confirmati quadumviri, nimirum MM. Benignus Caillet Rhetor Nevarrenus,
Guillelmus Jourdan ex Rhetor Cardinalitius, Ego Mi. Lair ex Rhetor Barcinonensis, et
visitatis scriba, et Guillelmus Real Bac. Th. praestito de more solemni sacramento
in conclave ingressi, ac statim egressi ~~per me~~ renuntiatum est, nos summa
voluntatum consensione Rectoris fasces prorogavisse amplissimo D. Rectori
quae prorogatio a singulis nationibus vehementer comprobata est et confirmata.

Couture

~~18. 624.~~

die 18. decembris 1699. Natio Germanica apud Maturinenses officium magni
nuntij pro dioc. et Episcopatu Regiensi in Livonia vacans per obitum Rodolphi
Hebert contulit Petro Paulo Symonet civi parisiensi, qui solita jurata praestitit

Die 29. Natio Gallicana apud Maturinenses officium magni nuntij pro dioc. et
Episcopatu Neapolitensi vacans per obitum Bertrandi Arson contulit Nicolao
Moulin civi parisiensi, qui solita iuramenta praestitit.

eodem die expeditae sunt literae officij minoris appentoris nationis picardicae Joanni Garson
de Montaimé. &

Lair

MOYEN PAPIER DEUX SOLS

Acta anni millesimi Septingentesimi

Die 2ª Januarij 1700. In Comitijs Deputatorum Communitatis ordinarijs In Collegio Marchiano habitis vbi sonbendo ad fuerunt amplissimus D. Rector M. Joan. Bapta Couture; nob. M.M. Guichard Thid, Legente Linij Decani; Berger pro Medicina decano; Petrus de Boray francus, et La plac Normanus, et Koly Germanus procuratores, atq; una cum eis officiarij

1. Supplicauerunt pro literis nobilitatis jure magisterij In artibus quinquennij Jacobus Philippus de la Fierre subdiaconus Regularis Praemonstratensis et Carolus Franciscus Cannet acolythus Rothomagensis, eaq; vtrique concedi placuit atq; ita ab amplissimo D. Rectore concluditur

2. Quod pergamenarij quidam intercepias clausis habrant ejus atrij et aulæ, quò deferri debent à Mercatoribus membranarum pergamenarum fasces, antequam venales exponantur, postulatum est à Syndico vt citatis aliis clausi libros mutatis; laterijs confici placeret, id vero ita fieri placuit, atq; ita ab amplissimo D. Rectore concluditur

3 Quod M. Jacobus Rosanet non parueni conclusioni facta die 5. decembris 1699, nemy placuit jusjurandum varij à dicto M. Rosanet quo affirmet sibi fuisse detabulis fidelissæ fiardorum nacis, idq; Jusjurandum præstari et manibus amplissimi D. Rectoris coram DD. Deputatis Collegij Cardinalitij, neq; comparuerit dicti fouleri, placuit dari dicto fontaine actum desisti à dicto fouleri testimonij, atq; ita ab amplissimo D. Rectore concluditur

Die 21. Januarij 1700 natio Gallicana apud Stationarios Ostium magni Nuntij pro dioc. et Episcopatu Sti pontij Cornerariæ vacans per obitum Nicolai Lemarquenet contulit Joanni Bellet cui pariter, qui solita juramenta præstitit

eodem die 21 ea natio ibidem Ostium magni nuntij pro dioc. et Episcopatu Lodeuen Apamiensi In Archiepiscopatu Tolosano vacans per obitum Adriani Damis Lutevanensi contulit Bartholomæo Marbin cui pariter qui solita juramenta præstitit

vacans per obitum Nicolai Baudet eod. die 25. ea natio ibidem Ost. mag. nuntij pro dioc. et Episcopatu Senectensi contulit Marco Antonio de Vaudry (Senex) In Archiepiscopatu Ebredunensi vacans per obitum cui pariter qui solita Henrici Perisson contulit Guidoni Michaeli Renaudin cui pariter, qui solita juramenta præstitit

Die 1ª Februarij 1700 picardica natio In Scholis suis officium magni nuntij pro dioc. et Epatu Bononiensi vacans per obitum Ludouici Bouchard contulit Petro Brossard cui pariter qui solita juramenta præstitit

Die 2ª Februarij 1700 In Comitijs Deputatorum Vniuersitatis Ord.ria apud R. Rectorem M. Joannem Bap.tam Couture In Collegio Marchiano habitis

Supplicauerunt pro literis nominationis jure magisterij In artib.9 & Quinquennij Alexander de Chapponay Bacc.r Fel. de Fezin Clericus Gratianopolitanus et Stephanus Bouuet clericus Carnutanus, eaq. vtriq. concedi placuit, atq. ita ab amplissimo R. Rectore conclusum fuit.

Rector

26.

Die 26. Febr. Germanica natio apud Maturinenses officium magni Nuntij pro Ciuitate, dioc.s & Archiepiscopatu Cantuarensi In Anglia vacans per obitum Jacobi Carli Tenenier contulit Hectori du Bousson ciui Parisiensi qui solita Juramenta præstitit

Die 6. Martij 1700. In Comitijs Deputatorum Vniuersitatis Ord.ria apud R. Rectorem In Marchiano habitis.

1 Supplicauerunt pro literis nominationis jure magisterij In artib.9 & Quinquennij Petrus Carolus de Melinque Ken clericus Bellouacus Bacc.r Fel., Dominicus Nicolaus Girard clericus parisinus, Guill.s Renatus de Langle pbr Ebroicen. Franciscus Andreas Pralard pbr parisinus. Nicolaus Filleux audyt.s Ambianen. Claudius du Bois pbr Parisinus; Et titulo Baccalaureatûs In præsentia Dominus Stephanus Gentil pbr Benedictinus ordinis Cluniacensis, & Petrus Rousset pbr Ord.is Religiosus ejusd. ordinis; quibus oibg. concedi placuit, quas spectatum literas nominationis atq. ita ab amplissimo R. Rectore conclusum fuit

2. Thomas Jacobus Michel Constantinensis vadatus Magistro Rouffel & Dagoumer phiæ professoribus; necnon R.us D.us le François Collegij Harcurani provisor vt sibi darent philosophici studij testimonia, ipse nullum fecit, sed pro ipso frater Candidus multa verba fecit, ac postquam peroranit in eam rem vt fratri suo darentur vera testimonia, qualia jam ante data fuissent. Tum M. Egidius Rousset dixit se non denegauisse testimonium studij; sequi paratum fuisse illud dare ex sua conscientia de rei veritate; Itaq. postulare, vt ab actione sibi non recte atq. ordine intentata liberetur. Deinde M. Guill.s Dagoumer quum idem quoque ipse dixisset, multas addidit de dicto Michel conquerendi causas, quod sæpe abfuisset a Schola, quod si eâ cum esset, disciplinas, & modestiam suam turbasset, nec ulla ratio adhuc potuisset vt studeret officio fungeretur. Cui et M. Guillelmus Borset, qui minervæ Burlarijs præest, tametsi patientissimus, de eo sæpe conquestus fuisse. Rogatis, dictisque sententijs, placuit dari a præsentis professionis testimonia studij philosophici dicto Michel ea formâ, qua dari debent, quæque jam antea data fuerant, ea tamen conditione, vt dictus Michel, ea prius gesta, præstitâ Magistris huius reuerentia, vt fieri decet: quum testimonia ei non dentur, tum ab vniuersitate desistere, quod æquum esse visum fuerit testimonium loco. Quia vero R.us le François non comparuit, valitudine, an aliquis dixit impeditus, placuit dari, attq. non obstante de dicto monitionis, ita ab amplissimo R. Rectore conclusum fuit.

Moyen Deux Sols Papier Vaudeville

3. Majori fideliss.ae Picardorum Nationis apparitori, nomine Guillot, qui se valde pauperem esse dixit, postulavitque, ut aliquid sibi ex aerario Academico erogaretur ad sublevandam suam paupertatem, erogari placuit centum libellas, sed eâ conditione ut id non trahatur in exemplum; atque ita fuit conclusum.

4 Comparuit M. Jacobus Rohault, sed quia juxta superioris conclusionis jurejurando affirmare recusavit se nihil quicquam retinuisse, ex ijs Chartis et Instrumentis, quae fideliss.ae Picardorum natio sibi vendicabat, ac confessus est se aliqua instrumenta retinuisse, ac nominatim ea, quae ad quaesturam suam pertinent, quoniam ter jussus parere renuit, eum à dictâ natione atque adeo ab universitate in perpetuum excludi placuit; atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

5 postulavit M. Medardus Colletet quaestor Academicus an quatuor libellarum millia, quas habet apud se pro universitate placeret collocari apud Thesaurum Regium, seu Basilicam urbanam ad annuos ex eâ pecunia reditus percipiendos, id verò placuit atque ita pariter conclusum.

Couture Rector

Die 9. Martij 1700 In Comitijs Deputatorum universitatis apud Maturinenses ad aperiendum, ut vocant, rotulum horâ 7.a matutinâ de more habitis cum Thomas Jacobus Michel Constantiensis per fratrem iterum petijsset ut Magistri Roussel et Dagoumer phiae professores tenerentur sibi dare testimonia studij philosophici qualia jam antea dedissent hoc est, eâ formâ, quae Academiae probaretur, et quibus subscriberet M. Joannes le françois Harcoriani Collegij provisor, rogatis dictisque sententijs, placuit dari à dictis professoribus testimonia studij philosophici dicto Michel eâ formâ, quâ dari debent et quâ jam antea data fuerant, ijsque testimonijs subscribi à dicto M. le françois; sin minus, hanc conclusionem valituram ejusmodi testimoniorum loco, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Adrianus Balagny pergamenarius parisiensis supplicavit pro Munere pergamenarij Jurati universitatis eneriendo, quatenus id vacaret per abdicationem Claudij Dargonne quod quidem munus illi permissum est, et gratis concessum est exercere, non tamen in perpetuum, sed quandiu universitati placuerit; atque ita ab amplis.o D. Rectore conclusum fuit.

Couture Rector

‡ die 15. Martij natio Gallicana apud Maturinenses officium magni nuntij pro diae Et Episcopatu lucionensi vacans per mortem Nicolai Bailly contulit Petro Thomae Hibert cuius parisiensi, qui solita juramenta praestitit.

Die 23. In Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses, 1.us in angulo peristylij confessum est ubi factâ supplicandi potestate, supplicaverunt pro literis nominis Joannes Franciscus le Franc pbr Tolosanensis & doctor in Theologia, Jure decennij. Jure verò magisterij in artibus & quinquennij Joan. Guironnet subdiaconus viennensis, Baltazar Antonius Colin de Serre clericus Matisconensis Franciscus de Hodencq subdiaconus parisinus et Petrus Buré pbr Ruthenensis Illisque omnibus concedi placuit quas petierunt nominis literas atque ita à D. Rectore conclusum fuit.

Deinde In Comitio seu capitulo, postq. D. Rector peroravit processum est ad aedem Deo sacram sub invocatione SS.torum Gervasij & Protasij ubi M. Pastor dictae Ecc.ae rem sacram fecit, M. Angerius doctor Theol. concionem habuit seu doctor Theol.

Die 24. Martij 1700. In Comitijs Rectorijs apud Maturinenses horâ 10.a matutinâ de more habitis, factâ supplicandi potestate Joannes Lancelin Bellovacensis M. Edmundi Pourchot celeberrimi in Mazarinae phiae professoris discipulus quod nomen suum in uno è Catalogis propterea non extaret, quod à die 5.a Aprilis ad 20.am Maij aegrotus non potuisset venire in Scholam, cujus rei fidem fecit doctoris medici parisiensis testimonio, petijt ut sibi inhibemus

15 - 25 & 26

liceret ad examina magistrij in Artibg admitti; quâ de re audito Syndico, qui postulauit etiam ne quis posthac Vir Academicus Comitijs Interesset nisi ornatus ve decet, hoc est Togâ Academicâ, pileo quadrato & Epomide; dimissa ad deliberandum nationi, postea per ornatiss.os procuratores retulerunt se indultum voluisse prædicto supplici Joan. Lanelij quod petijt. Sanctum quoque, quod Syndicus postulauit fieri Confirmati quadrumviri, n. M.tres de Hault Humanitatis professor in Marchiano Joan. L'Englet Mazarinæus professor 3.i ordinis; & Stephanus de la Place Expronator Normanus Et Cabicius Kolij licentiatus Tirol. et Germanicæ Nationis procurator, juramento de more solemni sacramento in cubile Rectoris; mox per Normanum renuntiatum est Rectoris fasces amplis.o D. Rectori meritissimo esse prorogatos; quæ prorogatio à singulis Nationibg rogamenter comprobata fuit et confirmata. /

Die 3. Aprilis 1700. In Comitijs Deputatorum Virtutis ordinis apud D. Rectorem in Collegio Marchiano habitis (quibg cum D. Rectore M. Joanne Baptista Couture Sacræ Facultatis Decano MM. Guichard Theol., Colson Juris Utriusq, Roger Medicinæ Decan.; de Bray Franciæ, de Brueq Picardiæ, le Boud Normaniæ, et Peleppy Barry Germaniæ Nationum procuratores, atq ma cum ijs officiarij

1 Supplicauerunt pro literis nominationis Joan. Bap.ta Ramonnet pbr Trecensis Joannes Marchalis Marchandon de puymirat Diaconus Lemouicus, Bac. Theologi, Lud.cus Vincentius Huby clericus Parisinus, Jacobus Eduardus Rucher Acolyt. Parisinus et Franciscus Boulot clericus Lugdunensis, ces Juris Magisterij in Artibg Examinibg, tales literas nostras quas petierunt, eisdg concedi placuit, adjecta absentia amplis.o D. Rectore emolumento

2 Cum recitata et Sententia lata die 6. Martij, animaduersum et, in eam irrepsisse quædam verba tunc prolata à M. Guill.o Hagoumer, quæ contumeliosa videntur aduersus Thomam Jacobum Michel, nec tamen aliunde mentionem factam eorum, quæ dictus Michel per fratres reposuit; quæ etiam parum honesta et decora videbantur, idcò placuit declarari non eam Academiæ mentem fuisse, in ulla fieret mentio eorum quæ minus conuenienter hinc inde prolata fuerant, sed simpliciter, in noua studij testimonia darentur prout pronuntiatum fuit die 6. Martij. /

3 Tertiò comparuit Thomas Jacobus Michel pbr Constantiensis, et M. Dr Artium dicens Magistros Adam, Enault, Polymiere et de Villiers Collegij Nauarræi Burtario Interessisse, suamq Interessionem denuntiasse M. le Francon ejusd Collegij promisori ne admitteretur in Burtarium, quod literæ Magisterij in Artibg ab eo Impetratæ essent adulterinæ & subreptitiæ. quod cum falsò à supradictis Burtarijs objectum fuit, postulauit, in Academia declararet veras esse has literas & legitimè Impetratas; addiditque productos Adam, Enault Polymiere & de Villiers retinere suas ipsorum Burtas contra statuta Collegij, literas patentes Regis, Senatusconsulta et Vniuersitatis decreta; idcoq cum sua interest, ab ejusmodi hominum, qui ipso jure vacant, vexationibus liberari, petijt, ut eorum Burtæ declararentur fructus omnes ab eo tempore, quo sine jure Burtas detinuerunt, restituere. Ro in deliberationem missâ, audito Syndico Virtutis, placuit primò dari actorem desorti à Reis vadimonij, et consequenter declarari literas Magisterij à dicto Michel fuisse legitimè Impetratas, grauiterq tulit Academia, quod ij, qui Jussi fuerant dare noua studij testimonia huic decreto non obtemperauerint, adeoq coactus fuerit dictus Michel loco testimoniorum uti decreto Academiæ ad obtinendum Magisterij gradum. Insuper cum Promisor & prædicti Burtarij rite vocati non comparuerint, placuit penitusquam circa alterius petitionis caput quicquam Statueretur, eos vocari ad Tribunal Academicum nomine Syndici Vniuersitatis reddituros rationem cur Burtas detineant; atq ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

MOYEN PAPIER

quâ de re Minor Gallicana Nationis Apparitor porrexit libellum Supplicem aduersus nunc reg. Germanica nationis apparitorem, antequam quicquam eâ de re decernatur, placuit audiri vtrosq; atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Cujure Rector

die 20ª aprilis 1700 celebrata fuit apud Maturinenses Synodus Beneficiationem Universitatis concernens, ad quam comparuerunt actus, M.M. Choart et Mathieu, quæstores, Actus pro Germani veteri, actor ea. pro Collegio Cardinalitio Andrea de Arcubus; M. Brebis pater ea. pro Ornano et Romano per eum, quem allegauerat recusatus ille, vt pote legitimâ de causâ rus habito pro festo confessionis excipere omnes è suis parœciis, qui repentino morbo correpti fuerant comparendi procuratorem è Capellanis M.M. le Verrier, Rousselle, Chalgrain et Poulet. Ipse pro se. M. verò Cordier per procuratorem missâ ad Grifiano oppido procuratorio coram Notarijs dotali die 7ª hujus mensis; M. Bernardus Coulon de Fuit, sed tamen ille quid morbo implicitus adesse non potuerit. Itaque duo tantùm, nempe MM. le Barbier, & Gentil negligentes per alios comparuerunt; quos solitâ multâ mulctari placuit, nimis numero autore ab ista ab amplissimo D. Rectore concluso fuit. /

Cujure Rector

ad. die 20ª aprilis natio Gallicana apud Maturinenses officium magni nuncij pro dioc. & Episcopatu Rutenensi vacans per obitum Bartholomæi Guiot contulit Valentino Macsoud cum consuetis.

Die 3. Maij 1700 In Comitijs deputatorum visitatis ord.ijs apud D. Rectorem, Collegio Marchiano habitis, placuit committi fidei et diligentiæ MM. Gourlin & Chalgrain vt agant cum M. Charier procuratore in Senatu qui habet instrumenta fundationum Capellaniarum Sauochianarum, quæ illi tradita fuerant in gratiam D.ni de gle meſme, & siquid pecuniarum dictus Charier postulet sibi dari, vt de eâ re cum ipso transigant.

Comparuit M. Joan. le Francois procurator Collegij Harcurani, cui dies dicta fuerat, de vtroq; se quâ semper fuit in Academiæ obseruantiâ, futurum quoad vixit; se paratum esse exequi Collegij statuta et Universitatis; causam verò, de quâ agebatur, sibi significatum fuisse pendere apud Senatum; postulare actum suæ diligentiæ, seu, vt vocant, comparutionis, vtq; ab hodiernâ actione liber dimittatur; quâ de re audito Syndico, placuit comedi dicto M. le Francois actum eorum quæ dixit et postulauit. Sed quia rationem non reddidit, cur, quove titulo Bursarij seu Socij Harcurani, de quibus in superioribus Comitijs actum fuerat, suas Bursas retinerent, et earum fructus percíperent, placuit diem dici vtrorum dicto M. le Francois nomine Syndici super eâ re. ac cum postea reuocatus rediit, interrogatúsq; de eâ ipsâ re dixit sibi non licere eâ de re quicquam proferre, siquidem causa sub alio Judice Superiori pendet. placuit causam, quo certius exploretur, ad alia comitia reijci; atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Cujure Rector

die 22 Gallicana Natio apud Maturinenses officium magni Nuncij pro diœcesi & Episcopatu Claromontensi in Arvernia vacante per obitum Antonij Ragot contulit Francisco Regnaud cum consuetis & solita juramenta præstitit.

Eod.e die 22. eadem Natio eodem officium magni Nuncij pro diœc. & Epatu Cadurcensi vacante per obitum Matthæi Veillet contulit Joanni Veillet cum consuetis qui solita prius juramenta præstitit.

Die 27. maij eod. natio eod.e officium magni Nuncij pro diœc. & Epatu Santonensi vacante per obitum Petri le Maire contulit Barnabæ Tournoville cum consuetis solitaq; prius juramenta præstitit.

Die 5ª Junij 1700 in Comitijs deputatorum visitatis ord.ijs apud D. Rectorem, in Marchiano palatio quibus ac Ipso D. Rectore M. Joan. Baptista Coulon decano adfuerunt MM. Guichard, de Loy, le Berger, Tessier, Innis, & medicinæ Doctores Regnault, de Bray, le Comte, le Gland & Barry Francus picardus, Normanus & Germanus procuratores ad hæc dicta cum ipso officiorum ord.ijs

Supplicauerunt pro literis nominatis jure Magisterij in artibus et quinquennij Franciscus Rousse Clericus Leonensis, Simon Cormont Clericus Trecensis, Cosmas Masson Subdiaconus Catalaunus, et Ludeus Carolus le Grand clericus Parisinus, easq; illis concedi placuit, alijs vacantibus

Supplicauit et Claudius Laurentius Thuillier pbr Aurelius in vtroq; Jure Baccalaureus ttulo ad quinquennij, sed q.a per duos annos vnum tantus professus in Jure audierat, rejectq; ea, atq; ista ab amplissimo D. Rectore concessus fuit

Postulatum ex Magnorum Nuntiorum nomine, vt vniversitas velit ad eorum causas audire ad quam obtinendas cogitant libellum supplicem Regi porrigere, vt priuilegia, quo fruebantur ante annum 1670. habebant, nimirum Jus Committimus, vt vocant, in Prætorio Parisiensi, eâ conditione, quam offerunt, vt omnes sumptus in eam rem faciant ad obtinendas literas, vt vocant, patentes, quâ de re, audito Syndico, Nostrisq; sententijs placuit ejusmodi postulationis rationes haberi, atq; ista ab amplissimo D. Rectore concessus fuit

Die 9. Junij natio Gallicana apud Matrem in officium magni Nuntij pro Dioc. et Episcopatu Arelatensi vacans per obitum Dni Ludi Laure contulit Joanni de Fays cum pacto quod solita juramenta præstiterit

Die 22. Junij in Comitijs supplicatorijs apud Matrem, q.d. in angulo supplicauit pro literis nominatis jure magisterij et quinquennij Franciscus Aubourg Diaconus Rothomagensis, easq; illis concedi placuit. Deinde in Comitio posito D. Rector pronunciauit, probatis quæ professor ejusdem Dni Doctoris literis Commendatitijs, processisse ad actum sacræ Sorbonicæ S.tæ. vbi rite sacra fecit N. de la pierre Doctor Theologus.

Die 23. in Comitijs Rectoris apud Matrem in hora 10.a matutinâ de more habitis, fecit supplicandi potestatem Henricus de Reyrac Clericus Cadurcensis, quod cognomen gentilitium quod ille de Reyrac non scripsisset in Catalogis, sed depositae, quod ille agnomen, et appellationem ex nobili prosapia asserta; quodque a Remigij ab anno 1698. ad diem festum Epiphaniæ anni proximè sequentis gravissimo morbo implicitus, cujus rei fidem fecit testimonio Urbis medici Parisiensis, non scripsisset nomen in priore Logicorum Catalogo, petijt in libris nihilominus licere admitti ad examina Magisterij in Artibus, objecto victoris nec quod nec valet in tabulis Baptismatis, et resumpto gentilitio cognomine, nimirum de Reyrac

Petijt Franciscus Rogier Clericus Remus, post confectos tres philosophiæ cursus in Academia Remensi per biennium, petijt se illuc Biennium Remense sibi hic haberetur pro uno anno. Jequibus supplicatis, audito M. Edmundo Parisio Syndico, dimissis ad deliberandum, postea per ornatissimos procuratores rebulerunt sibi placuisse indulgere utrique supplici quod petebant, atq; ista ab amplisso D. Rectore concessus fuit. Sed cautum est ne cuiquam ex Academia Remensi concederetur ne hic Remensi Baccalaureatu pro uno anno, nisi protulerit literas Remensis studij in membrana pergamenea longiores et ornatas magno ducto Academicas minutas et grandes sorbæ ducto tomentitiæ subscriptas.

Quod vero amplissimus Rector verba fecit nouum Collegium Ingolstadij in oppido Melodunensi, ejusq; traditum iri Regularibus, placuit singulis nationibus pari operæ, ne id fieri quo detrimento non mediocre tornentitati inferret.

Confirmati quadrumuiri, N. Mtr. Franciscus Rungetus professor Moreianus, Bartholomæus de Burgo Brac. Tirol. Andreas Astlizpergerus Mongrang et Meyarl Smits. Ger. N. præpositus solemni sacramento ingressi sunt conclave, mox per Normanum renunciatum est Rectori esse amplissimo D. Rectori prorogasse, quæ prorogatio a singulis nationibus vehementer comprobata et confirmata

J. B. Couture Rector

Die 3. Julij 1700 in Comitijs Deputatorum vniversitatis ordinis habitis, quibus cum opus D. Rectore M. Joanne Baptista Couture, adfuerunt duo Mtri Petrus Guichard Theologus Vienensis Collegij Burgundici, et Claudius Berger medicinæ Lexouiensis; De Bray Francus, Joannes le Comte Picardus, Le Blend Normanus et Barry Germanus nationum procuratores, atq; una cum eisdem officiarij

Supplicauerunt pro literis nominatis Jure magisterij in artibus et quinquennij Petrus Renatus Rauel Ecclesiasticus Sanctbriocensis, Mtr in artibus et Licentiatus in Jure et Thomas Natalis de Beauuais Mtr Parisinus et Canonicus Regularis easq; vtriq; concedi placuit, alijs vacantibus ab amplisso D. Rectore concessus fuit

Couture R.

Die 15. Julij natio Gallicana apud Matrem in officium magni Nuntij pro Dioc. et Episcopatu Vivariensi vacante per obitum Philippi Lescallier contulit Antonio le maistre cum Parisiensi quæ solita juramenta præstiterit

MOYEN PAPIER DEUX SOLS

die 17. Julij 1700

Extra ordm Rectorem Deputatorum Vniuersitatis

Negotium datum Dñis de Bray, le Comte, le Blond et Colletet vt videant liquid refaciendum sit in Collegio stæ Barbaræ, Itemque quoque ijs aditibus Academicis, quas conductas habent Dñi de Latinat facienda, ille videatur. atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

I. B. Gallois Rector

3. augti honoranda Gallorum Natio officium magni Nuntij pro dioc. et Episcopatu Vaurensi, vacans per obitum Jacobi Heron contulit Joanni du Quesnoy Jabart cuii parisiensi, quibus iura præstita

Die 5. augti Natio Germanica apud Naturales officium magni Nuntij pro Ciuitate, Diœcesi et Episcopatu Cliuensi vacans per abdicationem seu demissionem Caroli Rolland contulit Joanni Toupiollis ciui parisiensi, qui debita iuramenta præstitit.

Die 7. augusti 1700 In Comitijs Deputatorum Vniuersitatis ord.ria apud D. Rectorem in Collegio Marchani habitis, supplicauerunt pro litteris nominatis iuris magisterij in Artibus quamplurimi Joannes Franciscus Hecquet Acolytus Ambianensis, Jacobus Tuffier clericus parisinus, Jacobus Girard clericus parisinus, Carolus Franciscus Costart clericus pontoisianus, Claudius Martin clericus parisinus, Claudius Clement acolytus Catalaunensis, Anianus de la Haye clericus Aurelius, Gaspardus Moreau clericus Altissiodorensis, Paulus Grineau clericus parisinus, Joannes Gratianus Foullon clericus Rothomagensis, Guillelmus le Maistre Acolytus Rothomagensis, Claudius Philippus Thibault clericus Senonensis, Claudius Moreau pbr Senonensis, Franciscus Bourvet clericus Carnotensis, Claudius Stephanus desireux pbr parisinus, Petrus Franciscus Camet clericus parisinus, Nicolaus de la Mare pbr Rothomagensis, Renatus Vallée Subdiaconus Sagiensis, Stephanus Lorain Subdiaconus Catalaunus, Thomas Lorin Acolytus Abrincensis, Hieronymus Jolly clericus Senonensis, Jacobus Franciscus de Zezen diaconus Ambianus, Ludouicus Liegard Acolytus Ebroicensis, Joan. Bapta Le Roy Acolytus Rothomagensis, Firminus Cotte diacon. Ambianus, Petrus Loreau clericus Laudunensis, Joan. Bapta de La Lain clericus Trecensis, Franciscus Becel diaconus Ambianus, Emmanuel Theodosius le Riepois clericus Pontoisianus, Thomas Romanus Costé clericus Rothomagus, Franciscus de Songnis clericus Atrebat, Petrus Bosquillon clericus Bellouacensis, Joan. Juest pbr Ebroicensis, Robertus Franciscus Hatteville clericus Atrebas, Stephanus Sivert clericus Senonensis, Petrus des Landes clericus Andegauensis, Nic. Gallien acolytus Triccastinus, Michael ~~Renault~~ Renault diaconus Cenomanus, Nic. Barber clericus Ambianensis, Ludouicus Boullenois clericus parisinus, Joan. Bapta Fromagrot clericus Æduensis, Joannes Eligius Bonnedame Acolytus Noviodunensis, Philippus Franciscus Enlart Acolytus Ambianensis, Claudius Renouard clericus Ambianus, Petrus Huet clericus Bellouacus, Bonus Franciscus Guilleau clericus Constantinus, Albinus Audiou de la Pichonniere Acolytus Abrincinus, Franciscus Timoleo Petitot diaconus Lingonensis, Guillelmus Laslier clericus Carnotensis, Petrus Foucqué pbr Cenomanensis, Joannes Brouard clericus Rothomagensis, Julianus Subito acolytus Bajocensis, Leo Olivier de Pré l'Abbé Acolytus parisinus, Renatus Nicolaus L'Espagneul de Medoüin clericus Andegauensis, Alexander Aubert acolytus Lexouiensis, Petrus Coussot subdiaconus Æduensis, Petrus Lange diaconus Lexouiensis, Michael Maucler clericus Cenomanus, Joan. Bapta Tarbé diaconus Syluanectinus, Franciscus Testu clericus Bajocensis, Claudius Oinet clericus Catalaunensis, Franciscus Guelle clericus parisinus, Franciscus Thibault clericus Ambianensis, Simon des Voyes pbr Syluanectinus, Joan. Franciscus Marchand acolytus Cenomanensis e Firmitate Bernardi, Joannes de Sistres acolytus Catalaunus, Antonius Monjardet acolytus Lingonensis, Franciscus Manier subdiaconus Ambianensis, Joan. Bapta Chevres Acolytus Catalaunus, Franciscus Morrau Acolytus parisinus et Philippus Pigné clericus Ambianensis, ijsque omnibus concedi placuit Literas nominatas quas petierunt; atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Comparuit M. Claudius Vaugny, qui duo postulauit, alterum, vt retractaretur Decretum Academicum aduersus Lelatta, quod absens damnatus fuisset, alterum

alterum verò, vti prohiberetur quastor Honoranda Gallorum Nationis recipere triginta solidos a-
qui recipi solent, placuit de neutro capite esse deliberandum; de 1.o qd. quoniam eo-
non absente, vt ipse ait, sed presente et audito, nec obtemperante, res judicata vti
Et ad Supremum Senatum sic pronunciante delata. de secundo autty quia non vti actor-
Idoneus. atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Comparuit M. Marchal, qui vadatus fuerat M. Edmundum Kalgrain Censorem Gallice & omnes
Bridellos nadis Germanice so frnes, vt vel à dicto M. Chalgrain vel à dictis Bridellis summa aliqua
pecunie sibi restitueretur, quam his persolvere coactus fuerat; Cumque dictus M. Chalgrain
presens foret, se dictam summam reddidisse alteri ex dictis Bridellis, qui quoniam non comparuerat
licet vocati et vadimonium fregerunt, placuit dicto M. Chalgrain ab actione omnino liberari.
Et eas Summas dicto Marschal ab dictis Bridellis restitui, qui Bridelli quoniam vadimonium
deserverunt placuit eos primari ijs distributionibus & praebendis, quas percepturi fuissent si debitum
supplicando stationes sequentibus vadimonium non deseruissent. atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Auditi sunt MM. Duval et Enault Bursarij Starcuriani, sed quia quæ de re inter eos
controversia erat, dijudicari non posse visa est antequam visum fuerit testamentum M.
Thomæ sortis anteà, dum viveret, Starcuriani fundatoris, placuit illius testamenti
exemplar dari D.o Rectori à M. le François; ac ni fecerit, ei per Syndicum denuntiatum
diem dici. atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

J. B. Mure Rector

die 14. augusti In Comitijs præclaræ Facultatis Artium octoviralibus apud Maturinos
horâ 7.a matutinâ de more habitis ad eligendos binos è singulis nationibus viros
qui tum apud D. Mariam tum apud sanctam Genouefam tentarent et explorarent
Eruditionem Candidatorum Magisterij in Artibus, postquam aliquot diligenter sunt à
dignissimis procancellarijs, dimissi ad deliberandum nationibus, electi sunt ad fungendum
hoc munere apud D. Mariam ab honoranda quidem Gallorum natione M. Hieronymus le Veau
humanitatis in Regia Navarra professor, à fidelissima picardorum M. Claudius Guignon
Cholettana, à venerandâ Normanorum M. Joannes Vadelorge Emeritus humaniorum literarum
professor in Collegio Lexouio, et à Constantissima Germanorum M. Robertus Cuzac licentiatus
Theologus. Et totidem qui adsint apud sanctam Genouefam, eodem Nationum ordine, nimirum
M. Carolus du Nesme professor in Sorbona primarius; M. Bartholomæus de Breuq. Bac. Theol.
vir procuratorius M. Joannes du Pont professor Cardinalitius, et M. Carbitucq
Kely Licentiatus Theologus, qui omnes octoviri solemne sacramentum præstiterunt in manibus
amplissimi D. Rectoris.

Deinde factâ supplicandi potestate, hi supplices aderunt, 1.us nobilis abbeville
Petrus Guillaume de la Vieuville Clericus Agr. in Artibus, quod nomen Gentilitium
nempe Guillaume, omississet scribere in Catalogis, atque adeo omissum quoque esset
in testimonio studij philosophici, et Commentariolo Examinis, petijt ut scriberetur de licentia
Magistrij in Artibus. 2.us Petrus auvray Sacerdos Constantiensis post confectum philo-
cursum in Universitate Cadomensi per biennium in Collegio Artium, prout Constantia testimonio
viri clarissimi M. aubert philosophiæ Professoris, et Diplomate, quod magno dicto Universitatis sigillo
munitum erat, petijt ut illud biennium Cadomense sibi in his partibus pro uno anno haberetur.
3.us Joannes Laisnel Rotomagensis, cujus nomen in Matricula philosophica, Catalogo non extaret
postquam fidem fecit luculentissimis testimonijs se per integrum biennium tantâ assiduitate ac
diligentiâ exercuisse scientiis et annexis lectionibus professoris, ut nemini quidem abfuerit
petijt ut sibi liceret ad examina Magisterij in Artibus admitti. 4.us Josephus Antonius Burgueiera
Montalbanensis M. Ludi de Jauregui ordinarij in Regia
Navarra philosophiæ professoris discipulus, petijt ut nomini alterum, videlicet Antonium, quod
scribere omisisset in Catalogis scribatur in literis Magisterij in Artibus. 5.us Joannes Vatone
Lamy Medensis, quod ipsius nomen non extaret in Matricula philosophica, causam attulit, quod circa paschalia per annos
tempore Catalogus illo conficeretur; postquam fidem fecit se assiduum ac diligentem, quo
annuis diebus exercitijs in Schola ad fuisse, petijt ut sibi nihilominus licere admitti ad examina magisterij in artibus.
6.us Ludovicus Morelet Sylvanectensis, quod sub finem octobris anni 1698. eo morbo
implicitus fuisset, qui videretur ingravescere si alibi quàm in natali solo curaretur, atq;
ob eam causam coactus esset in patriam redire, unde non ante diem Januarij decimum
in Scholas reverti potuit, cujus rei fidem fecit testimonio Medici Sylvanectensis, quod quidem
testimonium à Senatore Sylvanectensi primario comprobatum erat, petijt ut sibi nihilominus licere ad
7.us Carolus Dauzier Curt Clericus Tullensis postquam exposuit se, quemadmodum Lutetiam
adiverit statim se in professoris hui disciplinam tradidisse, cujus nomen huius

In primâ

in privatâ Schedâ dedisse, idque sufficere quum putaret ignarus hum
Academicæ legis et consuetudinis, non aliud sensisse in priori logicorum Catalogo, petiit
ne hîc mihi omnia liceret ad examina magistrij in Artibus admitti.
Qus Antonius Levé parisinus A. du han celebem, ij professo philo professione discipulus
dixit se propter morbum ij posteriori physicorum Catalogo nomen huic non scripsisse, sed idcirco nobis
nullius medici testimonio fidem fecit, sed sui tantum professionis. at ille qd extat tantummodo ij
priore physicorum Catalogo, ij cæteris nullo modo, quod non dixit; petiit tamen ne hîc licere admitti ad examen.
Qus Joannes Herault clericus Bituricensis qui incepit tantum februarij proximi opus dare
physicorum, cujus rei nullam causam attulit, petiit ne hîc quoquomodo admitti ad examen Magistri, sed ibidem
ne horum omnium supplicabit audito M. Edmundo Pourchot visitatore Gallico, dimissis ad deliberandum
nationis postea per ornatissimos procuratores retulerunt sibi placuisse indulgeri octo proximis hyemalibus
quod petierunt, cæj octavo, qui idcirco Artium Magister creetur: cui ij integri fuisse cursus, ij reliqui
eum extare tantum in priori catalogo, ij cæteris vero desse. Nonis vero ejusdem mensis examen
Heraulti omnino rejici placuit, adjectâ ab amplissimo D. Rectore clausulâ fuit.

Illustre Rector

Die 28. augti 1700 In Comitijs Deputatorum Universitatis apud D. Rectorem in Collegio Marchianensi in Antecessum
Habitis pro ordinis mensis Septembris, supplicaverunt pro literis nominationis jure magistrij in Artibus
Et quinquennij Joannes Bapta Le maistre pbr Constantiensis, Joannes Dionysius Garnot
clericus Senonensis, petrus Rocus clericus Carnutensis, Joannes franciscus planchamp
clericus Genevensis et petrus Bezoart clericus Senonensis, eaqs illis literas quas petierunt
concedi placuit, adjecta ab amplissimo D. Rectore conclusa fuit.

Cum dies ante dicta esset M. Joanni le françois Harcuriano promotori, ut hodie in Tribunali
Academico compareret, non comparuit quidem ipse per se, sed per M. franciscum Adam
priorem Collegij Harcuriani et ibidem professorem, qui schedulam protulit, alienâ quidem
manu scriptam, sed cui dictus M. promotor suâ subscripserat, et quamquidem verbis conscripta
erat, in præsenti conclusione inseri placuit: Je soussigné promoteur du college d'Harcour ne
pouvant comparoitre en personne devant mons.r le Recteur de l'Université de paris
sur l'assignation qui m'a été donnée par exploit du 28.e du present mois, à cause de la maladie
et infirmité, qui ne me permet pas de sortir de la Chambre, declare et donne pouvoir à M.re
françois Adam prieur et professeur du College d'Harcour de declarer pour moy devant
Mondit Sieur Le Recteur, que je ne suis point saisi du testament de feu M.re Thomas
Fortin mon predecesseur, et que je l'ay remis dés l'année 1698. entre les mains du S.r
Polymiere, qui etoit alors procureur du college, en foy dequoy, j'ay signé, J. le françois
Super eâ re placuit curari, ut apud Notarium expediatur exemplar dicti testamenti
De quo eorum sumptibus, quorum erit solvere, adjecta ab amplissimo D. Rectore
conclusa fuit.

Illustre Rector

Die 1.a Septembris 1700 In Comitijs Deputatorum Universitatis apud D. Rectorem in Collegio Marchianensi
extra ordinem habitis, supplicaverunt pro literis nominationis, jure magistrij in Artibus et quinquennij:
Jacobus Broutier diaconus parisinus, eaqs illi concedi placuit, adjecta ab amplissimo D.
Rectore conclusa fuit.)

Cum postulassent sapientissimi Consultissimi Facultatis decanus, et pro Reliqua
Annua pensionis octingentarum libellarum, quæ pensio per multos annos non fuerat
Soluta consultissimis Antecessoribus, quod non paterentur rerum Academicarum
Angustiæ, solverentur octingenti libelli tantummodo in duas partes, scilicet
quadringenti hoc mense Septembri, et alij quadringenti eodem mense anni
proximi sequentis, pratur pensionem octingentarum libellarum annuam deinceps
Solvendam. Quâ de re rogatis dictisque sententijs placuit unanimi consensu
Ita fieri et postulatum ea conditione, ut apocha eo nomine præstetur
ab Consultissimo Collegij Sexcentralis quæstore, et Universitas omnibus illis

Reliquâ

Reliquis totius praeteriti temporis liberetur; quam conditionem accepit Sapientissimus Consultissimae Facultatis Decanus, et eo nomine decretum dicti Collegij Sexviralis exhibuit, seque tum fidelissimo Quaestori traditurum promisit, cum primum soluetur prior summa quadringentarum libellarum, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Cuture Rector

Die 3. Septembris 1700 In Comitijs Deputatorum Universitatis apud D. Rectorem In Collegio Marchiano extra ordinem habitis,

Supplicauit pro literis nominationis jure Magisterij In Artibus et quinquennij Franciscus Pigeon Diaconus Senonensis; easque illi concedi placuit, atque ita conclusum fuit.

Quod Universitas contractu cum D.a Marchionissa de Noaille Inito, tenetur dictae D.ae munire aditum ad eas aedes, quas in solo Academico extruxit, nec id fieri debeat, nisi vicini In partem soluendarum Impensarum veniant; qua de re Jam Quaestores Franciae In rem quidem praesentem venerunt, decreuerunt quod fieri conuenit, sed decretum illud non ante jubebunt expediri, quam Illis ea pecunia quae in eam rem debetur, persoluatur. Postulauit Academicus Quaestor an sibi liceat eam pecuniam soluere, non solum pro Universitate, sed et pro vicinis, eâ conditione, ut ab illis repetat, quod pro illis solutum fuerit; placuit a dicto Quaestore solvi quod necesse erit, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Item postulauit Academicus Quaestor quid fieri placeat de quindecim millibus Libellarum, quae repensa sunt Universitati, placuit eam pecuniam apud Basilicam Urbanam collocari, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Postulauit Sapientissimus Medicinae Decanus, ut praeter pensionem annuam octingentarum libellarum, de Reliquis praeteritarum pensionum, quae propter rerum Academicarum angustias non fuerant solutae, soluatur aliquid placuit quadringentas libellas solvi, ea tamen conditione, ne ea solutio In obligationem omnium illorum Reliquorum persoluendorum trahatur, atque Ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Cuture Rector

+ die 4 Septembris honoranda Gallorum natio apud Maturinenses Officium magni nuntij pro diocesi et Episcopatu Grassensi vacans per obitum Carroli Girand contulit Jacobo Natali Salmon ciui parisiensi, qui solita juramenta praestitit.

+ Die 13. 7bris natio Germanica apud Maturinenses Officium magni nuntij pro diocesi et Archiepiscopatu Dublinensi In Hibernia vacans per obitum Claudij Patin contulit Joanni Baptistae du Port, qui solita juramenta praestitit.

Die 2. octobris 1700, In Comitij Deputatorum Universitatis ordinis apud D. Rectorem In Collegio Marchiano habitis, supplicauerunt pro literis nominationis Jure Magisterij In Artibus et quinquennij Petrus de Tencin Clericus Gratianopolitanus, Joannes Goyer Clericus Nouiodunensis, Hieronymus Franciscus Pillon Clericus Nouiodunensis, Guill. Dionysius Ravissar presbyter parisinus, et Petrus Dumont presbyter Rothomagensis, Eisque omnibus concedi placuit literas nominationis, quas postulauerunt, atque Ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Lectus ⁊a libellus supplex ab utroque Germanica nationis fidello porrectus, quo probauerunt, se non per contumaciam, vadimonium desseruisse die 7. augusti, sed à sua natione ob necessaria negotia impeditos fuisse, postulauerunt, ut restituerentur in integrum, ac poena, cui subiecti fuerant, sibi remitteretur, eâque liberarentur; placuit eos in integrum restitui, et dictâ poenâ liberari, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die 6. octobris 1700. In Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses habitis, per me in Angulo peragentis de more congregatis, ubi supplicauerunt pro litteris nouarum iuris magistrij in Artibus et quamquam Joannes per dijon pbr Aurelianensis, franciscus Marcuil diaconus Santonus, Jacobus Coüet clericus Aurelianensis, Joannes Baltazarus Poullain clericus Senonensis, et victor Josephus odent clericus Bolonensis, utrique ibidem concedi placuit litteras nouarum ⁊a, qui ejusmodi officium exercerent, non in perpetuum quidem, sed quoadiu vniuersitati placeret, Franciscus Curot cuius pauperta, qui solita juramenta præstiti; atque ita absoluit D. Rector comitia fuere.

Deinde itum est in Comitium seu Capitulum, vbi postquam D. Rector peroranit, probatis quæ gesserat in hoc trimestri magistratu, eique vnanimi decreto litteris Commendatitijs, processit ad Ædem Deo sacram sub venerandæ stæ Crucis de Cuitate, vbi Dotor Eus Pagler, doctor Theologus rem sacram fecit, M. Dubreul doctor etiam Theologus concionem habuit.

Die 11a octobris in Comitijs Rectorijs apud Maturinenses horâ decima matutina de more habitis facultâ supplicandi potitatur nobilis Abbas Ludouicus filius d'Orzes, quod respirationis, vocisque malè sonæ vbi tussis laboraret, ac lectis philosophicis, propria manu excipere non posset, sed dictata præceptoris aliena manu excipere. Idem petijt Claudius Le Vaillant M. Guillelmi Le Melorel de Belleroni pbri de Starcuno professoris discipulus, quod lectiones professoris non posset sua manu excipere vitra magnum oculorum et sanitatis incommodum. Joannes Onuphrius philippus Cretensis quod ex tribus prænominibus, quæ habet, tertium, quod est Philippus, scribere in catalogis omitteret petijt illud in litteris magistrij in Artibus conscribendis, atque his tribus supplicibus indulsit ac nauus quod petierunt. 4us verò Abbas Corbonensis, qui Laurus Romæ in 4o Catalogo non extaret scripsisset, neque causas illius omnimodas attulisset, neque professor M. Mordret, interrogatus, voluit asseverare eum per 4or semestre frequentasse Scholas, rejectus est. atque ita a D. Rectore conclusum.

Confirmati quadrumviri, nimirum, M. Jacobus Burban Eccl. Par. professor, M. Petrus Billet nr Rectoris, et Rhetor professus, Guill. Gutnot pbri professor de Merlerano, et Philippus Barry, præsbyter de more sacrarum, in cancellum ingressi, pro breue tempus renouauit cathedram per M. Guidonem Normanum se eligisse communi consensu in Rectorem M. Alexandrum de Crepetet de Grammaticæ eloquentiæ professorem in Collegio Grassinæo, quem electo a singulis nationibus valde probato et confirmato de crepetet, D. Couture exRector, D. D. Decani, et procuratores, ma cum sufficientis vocati per secretarium ab amplissimo Rectore ad hoc instructum seu conscriptum, ac postquam D. Ex Rhetor exposuisset ea negotia, quæ præcipuè urgerent, ejus electio quod vbique rata et grata habita est.

Die 22. octobris honoranda Gallorum natio apud maturinenses officium magni nuntij pro Ciuitate Diocesis et Archiepiscopatu Terraconensi in Hispania vacans per obitum Lupi Chauson contulit Joanni Simoni Butard cum pauperta, qui solita juramenta præstitit.

Die 27. octobris 1700. In Comitijs Censorijs apud Maturinenses hora 7a matutina de more habitis hi Censores electi sunt, ab honoranda quidem natione, M. Le fort Emeritus professor Prælleo-Bellouacus, à fidelissima quidem M. Petrus Rabeau Ibidem professor, et vir procuratorius; à venerenda Normana, M. Guidi Greenon pbri professor in Marcianio, à Constantiensi Germanorum, electus fuerat Thomas Glosler, sed quia absens erat, et non habitaret in Collegio Academico, ejus nulla ratio habita est, et electus in ejus locum M. Thadæus Nolan licentiatus in Theologia, vir procuratorius, qui quatuor solemnes sacramenti præstiterunt in manibus amplissimi D. Rectoris.

die 6. novembris 1700. In Comitijs Deputatorum vniuersitatis ordinarijs apud D. Rectorem in Collegio Grassineo habitis, quibus cum ipso D. Rectore M. Alexandro de prepetit de Grammont ad futurum ann. MM. Guichard Iffig, Collegij Juris vtriusq; Decani, pro Decano Medicinæ; Franciscus Bucaille Francus, Joan. le Comte picardus, le Blond Normanus, et Smits Germaniæ nationis procuratores, atq; vna cum eijs officijs

1. Supplicauerunt prolatis nominationis jure Magistrij in Artibus et quinquennij petrus Poirier de ste Martye clericus Cenomanus, Jacobus Guerin clericus Sylvanectensis, Thomas le Redde Diaconus Ebroicensis, Joannes Carolus Abit clericus parisinus, et Andreas le Cousturier clericus pontoesianus, ijsq; omnibus concedi placuit literas nouas quas petiuerunt, atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

2. postulatum est nomine Burlationum Collegij Grandmontani, et vniuersitatis accederet ad eorum causam aduersus eos, qui eis decimas imposuerunt contra jura et priuilegia vniuersitatis et Collegiorum. Visum fuit placuit vniuersitati ad literas Gratia, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

3. quod postulauit amplissimus Rector, vt fructus et emolumenta, quæ sibi Ipsi Rectori Jure obueniunt ex membranis pergamenarijs, percciperentur deinceps ab Ipsa vniuersitate, atque sibi eo nomine, et futuris post Ipsum Rectoribus trecenta et quinquaginta libella persolueretur ab Ipsa vniuersitate, in singula trimestria dividenda, audito eâ de re Syndico placuit solui D. Rectori per quæstorem vniuersitatis prædictam summam trecentarum quinquaginta librarum quotannis per singula trimestria in quatuor partes æquales diuisam; simulque mandatum est prædicto quæstori Jus aliud locare ad triennium tantum modo hominibus idoneis, qui non sit ex pergamenarijs, acceptis prius idoneis fidejussoribus, atq; eâ conditione, vt locatio conductio ipso Jure nulla sit, si forte eis, qui conduxerint, quoquomodo colludat, aut consentiat cum pergamenarijs, vel patiatur membranas omnes non deportari in Aulam Academicam Lustrandis illis membranis in Collegio Justinianæo destinatam. Prohibitum placuit, postulante dicto Syndico, diem dari suo nomine ijs juratis pergamenarijs, qui in fraudem deprehensi officio suo muneri prævaricati fuisse dicuntur, atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit. / de prepetit Rector

die 18. nouembris 1700. vid. postea

Die 4. decembris 1700. In Comitijs Deputatorum vniuersitatis ordinarijs apud D. Rectorem in Collegio Grassineo habitis quibus cum ipso D. Rectore M. Alexandro prepetit de Grammont ad futurum ann. MM. le febure pro Decano Theologiæ, Collegij Juris Utriusq;, de Parcy Medicinæ Decani, Franciscus Bucaille francus, Joannes le Comte picardus, le Blond Normanus, et Smits Germaniæ nationis procuratores, atq; vna cum eijs officijs

1. Supplicauerunt pro literis nominationis jure magistrij in Artibus et quinquennij Joannes Franciscus de Viffac Diaconus claromontensis, Franciscus Mennessier Sylvanectensis, et Nicolaus Sauuage clericus Catalaunensis, quibus concedi placuit literas quas petierunt, atq; ita ab amplisso D. Rectore conclusum fuit.

2. Qui die Lunæ proximo Versalia eant, offerantque Regi libellum supplicem, quid de re jam deliberatum fuerat, minime vt expostulatio fiat, quod Magister Ceremoniarum Introductionibus ad salutandum Hispaniarum Regem præfectus Mercatorum et Aldermannos præcedat Vniversitati, quæ postremo loco deducat, delegati sunt D.D. le Febure, Cossart, Berey, Brucaille, Fourchet & Colleter, qui amplissimum D. Rectorem comitabuntur.

3 Quod verba facta sint D.ni Fourchet Vniversitatis Syndico nullas dari Sportulas in Comitijs Deputatorum Vniversitatis, propterea quod ante placuerat procedere D. de l'englet, quandiu viuet, omnia emolumenta Syndicatûs, placuit ob peculiarem Vniversitati nauatam operam dari dicto D.ni Fourchet Syndico et in posterum parem Sportulam ijs, qua distribuuntur D.D. Decanis, Procuratoribus & cæteris officiarijs atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

4. Auditi Pelet minor et Adrianus Balagny Jurati Vniversitatis pergamenarij quibus dies data fuerat a Syndico, postquam fraudis et prævaricationis in hoc munere convicti sunt, Ipso etiam fatente dicto Balagny, placuit vtrumque suo officio et munere privari, atque adeo privilegijs Vniversitatis excidere. Quod autem postulatum est, vt Caducorum jure manus injecto in quadam pergamenea membranas soluerentur, et merces illa a Registro abirent, placuit id indulgeri, eâ tamen conditione, vt factis simplibus satisfaciant, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit. — Deprecatio Rectoris

Die 18. Novembris 1700. adfuit apud D. Rectorem in Collegio Graffinario, vbi cum Ipso D. Rectore congregati erant Doctissimi Decani atque ornatissimi Procuratores cum suis officiarijs, D. des Granges Magister Ceremoniarum, qui cum assidisset è regione D. Rectoris, has ei a Rege literas tradidit, quarum subscriptio erat ejusmodi —

A nos Chers et Bien Amez les Recteur, Docteurs, Regens, et autres Supposts de nôtre premiere et fille aisnée l'Vniversité de Paris.

Exemplum literarum:

Très chers et bien Amez, nôtre frere et petit fils le Roy d'Espagne étant prest de partir pour aller dans ses Etats, nous desirons, que les honneurs, qui luy sont deus luy soient rendus, C'est pourquoy nous vous mandons et ordonnons de le venir saluer en corps, ainsi qu'il s'est pratiqué en pareilles occasions, aujourd'hui à l'heure que nôtre grand Mre, ou le Mre des Ceremonies vous dira de nôtre part. Si n'y faites faute. Car tel est nôtre plaisir donné à Versaille le 17. jour de novembre 1700.

Signé Louis, et plus bas Phelippeaux.

Postquam autem idem Ceremoniarum Magister diem ad salutandum Regem Hispaniarum indixisset a Rege vigesimum secundum ejusdem mensis novembris horamque primam pomeridianam secundam, discessit de Aula D. Rectoris, a quo deductus est ad Aulæ januam et a quibusdam aliis ad Aulæ gradum quâ aduentus fuerat.

Die autem 22. ejusdem mensis novembris Sapientissimi Decani, ornatissimi Procuratores cum singulis Adjunctis, et Officijs comitati suum amplissimum D. Rectorem proficiscentes mane Versalias vbi assignata eis fuerat Aula, in qua propter frigidum anni tempus lucalentum erat focum, Itaque ibi ornati omnes, vt decebat, dedecti sunt horâ fere tertia a dicto Magistro Ceremoniarum in Cubiculum Regis Hispaniarum, præeuntibus D. Rectore & cæteris apparitoribus cum Clauis argenteis et Lanceis, qui ad ipsum Cubiculum penetrarunt. Rex autem Hispaniarum Benignè orationem D. Rectoris excepit, eique humanissimè et honorificè adadum respondit sed fuerat antea cura dicto Ceremoniarum Magistro conquirere D. Rectorem nomine Vniversitatis, et postea etiam iterum conquisitum de quod contra id quod usuetum erat

Et fieri decreat, ut nationis Regis filius primogenitus non deduceretur ad salutandum Hispaniarum Regem, nisi post Cunas Monetarium, et Praefectum Mercatorum. quod indignum omnibus, etiam alienis viris, literarum studiosis visum est. A Deprepetit Rector

Die 23. Novembris 1700 In Comitijs Deputatae nationis apud R. Rectorem in Collegio Graphinaeo extra ordinem habitis, quod pridie hujus diei in admissionibus ad salutandum Regem Hispaniarum Praefectus Caeremoniarum contra jus et privilegia nationis Cunas Monetarium, et Praefectum Mercatorum atque adeo ipsam totam nationem, quae postremo loco deducit, eâ de re placuit deputatos, expostulatumque ad Regem deferri; atque ita ab amplissimo R. Rectore conclusum fuit. A Deprepetit Rector

Die 4. decembris 1700. In Comitijs Deputatorum nationis ordinarijs apud R. Rectorem in Collegio Graphinaeo habitis, quibus cognito adversum praedicta antea

1. supplicandum pro literis nostris juris magistrij in artibus et quinquennij Joannes Franciscus de Roissac Diaconus Claromontensis, Franciscus Morangis Diaconus Claromontensis, et Nicolaus Sauvage clericus Catalaunensis, hisque concedi placuit literas quas petierunt atque ita ab amplissimo R. Rectore conclusum fuit.

2. Qui die Lunae proximo verbalia eant, offerantque Regi Libellum supplicem, quâ de re jam deliberatum fuerat, nimirum ut expostulatio fiat, quod Magistro Caeremoniarum in admissionibus ad salutandum Hispaniarum Regem, Praefectum Mercatorum et addita propositum nationis, quae postremo loco deducta erat, delegati sunt DD. le Febure, Collet, Fargis Bucaille, Pourchot et Colletet, qui amplissimum R. Rectorem comitentur.

3. Quod verba facta sunt D. Pourchot nationis Syndico nullam dari sportulam in Comitijs Deputatorum nationis propterea quod antea placuerat procedere D. de Longlet quamdiu viveret, omnia emolumenta Syndicatûs, placuit ob peculiarem nationis operam dari dicto D. Pourchot hodie et in posterum parem sportulam ijdem quae distribuuntur DD. Regentis, Procuratoribus, et caeteris officiarijs; atque ita ab amplissimo R. Rectore conclusum fuit.

4. Audito Pleet minori, et Adriano Balagny Juratis nationis Pergamenarij, postquam fraudis et praevaricationis reus minor convictus fuit ipso etiam fatente dicto Balagny, placuit utrumque suo officio et munere privari, atque adeo privilegijs nationis excidere. quod autem postulatum est, ut reducerentur, jure manûs injectio in quasdam pergamenas membranas solverentur, et Mercurius ille a Pegasothe abirent placuit id indulgere, eâ tamen conditione ut factis sumptibus satisfaciant atque ita ab amplissimo R. Rectore conclusum fuit. A Deprepet Rector

Die 14. decembris In Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses habitis, ubi facta supplicandi potestate, supplicavit pro literis nostris juris magistrij in artibus et quinquennij Simeon Cherey clericus Tricassinus, eas quidem concedi placuit, atque ita ab amplissimo R. Rectore conclusum fuit. Deinde Ethymologicis capitulo, ubi postquam R. Rector peroravit, provocatus quae gesserat in hac tenuissima Regia Decretis ipsis literis commendatitijs, processum est ad eadem nosocomij parisiensis Aedem S.ti Joannis Baptistae, ubi rex sacra fecit D. Isaac Cosse doctor theologus, concionemque habuit Pater Ethymologicus.

Die 16. In Comitijs Rectoris apud Maturinenses horâ decimâ matutinâ de more habitis confirmati a singulis nationibus Judaeorum, nimirum a Gallicanâ Jacobus Cochet professor Graecarum Richardinâ Henricus des Jardins Bacc. theol. ejus procuratorius, a Normanâ Ludovicus Rouget Rhetor Montacutanus, et a Germanica Carolus de Magenis Lucenhatus theol. et magister Collegij Longobardorum, praevio solemni juramento, in cancellaria Evangelistae Pauli per Normanum protonotarium a singulis nationibus respective comprobata et confirmata.

Acta anni millesimi Septingentesimi primi

Die 5 Januarij In Comitijs Deputatorum universitatis ordinariis apud D. Rectorem in Collegio Grassinaeo habitis placuit à quaestore Academico dari Secretario D.i Merault duos Ludovicos aureos ut faciat ex scripta Instrumentorum litis pendentis In parlamento; atque ita conclusum

Die 24 Januarij 1701 Natio Gallicana apud Maturinenses officium magni Nuntij pro Dioe & Episcopatu Rigensi (Riez) In Archiepiscopatu Aquensi vacans per obitum Antonij Leau contulit Joanni Jacobo Chomei cuiu parisiensi, qui solita juramenta fecit

Die 1.a Februarij eadem Natio Gallicana officium magni Nuntij pro dioe & Archiepiscopatu Ebredunensi vacans per obitum Ludovici du Bois contulit Joanni Huey cuiu parisiensi, qui solita juramenta praestitit.

Die 5 Febr. eadem Natio apud Maturinenses officium magni Nuntij pro civitate Dioe & Archiepiscopatu Florentinensi vacans per obitum Joannis de Niau contulit petro Ludovico Vignon de Conflan cuiu parisiensi qui solita juramenta praestitit.

Eodem die 5 Februarij 1701 In Comitijs Deputatorum universitatis ordinariis apud D. Rectorem in Collegio Grassinaeo habitis quibus cum ipso D. Rectore M. Alexandro de Prepetit Interfuerunt DD. MM. petrus Guichard Thgia, Vincentius Colson Juris utriusque, Farcy Medicinae Decani; Franciscus Bucaille Galliae, Le Conte Picardiae, Le Blond Normaniae, et petrus Flanery Germaniae procuratores, atque una cum officiarij

Die 14. augusti In Comitijs octoviralibus vna cum Facultatis Artium hora 7a. matutina apud Maturinenses habitis ad Eligendos octo viros Academicos, binos scilicet de singulis Nationibus, qui tenerent partim apud R. Mathæ, partim apud S.tas Genouefam Candidatos Licentiatus in Artibus; postq. mentissi R. Mathæ procancellarius appellauit ac protestatus est, ex honorandâ quidem Natione M. Joannes Bap.tas Fretau Emeritus professor in Grassinæo; ex fidelissâ picardorum M. Nicolaus Magnier, ex venerandâ Normanorum M. Andreas Soudier; et ex constantissâ Germanorum M. Matthæus Kelly; totidemque mentissi S.tæ Genouefæ procancellarius eodem Nationum ordine, videlicet M. Franciscum Bucaille Junior, Bacc. Theol.; M. Ludouicus le Faucheur Bacc. Theologus et primus professor in Regio Nauarræo. Et M. Edmundus Duffy Baccalaureus Theologus; Tum dimissis ad deliberandum Nationes, postea per ornatissimos procuratores renunciauerunt sibi placuisse Examinatores Candidatorum Licentiatus in Artibus designatos per vrgentiorem horæ octo supraductos virum Sacramentum in manibus amplissimi R. Rectoris concluso primo; qui ducti octo magistri solemne

Postea facta supplicandi potestate, hi supplices accesserunt, 1. Georgius Mareschal Parisinus germanus Chirurgi Regis filius, M. Egidij Le Blond celeberrimi in Collegio Nauarræo primi professoris antea discipulus, quod ejus nomen in vno è Catalogis præterea desset, quia per aliquot dies morbo impeditus a Schola ab fuisset; sed paulo post, cum melius se haberet, ac redijsset ij Scholæ nomen huic dederat in schedula, quæ delata esset ad amplissimum R. Rectorem; petijt, vt sibi nihilominus Liceret ad examina Magisterij in Artibus admitti.

2. Renatus Franciscus Philippus Clericus Sagius postquam fidem fecit se per integrum Biennium primi studiasse in Vniuersitate Cadomensi, idq. è Collegio Artium, docente tunc celeberrimo primi professore R. Georgio Aubert, a Dionysialibus anni 1699.

3. ad Inducias anni 1701. : Et Joannes Lioult sbr. Virtus ibidem quoque per biennium sub eodem professore, a Dionysialibus anni 1689. cujus rei ambo fidem fecerunt testimonijs publicis, et diplomatibus datis et relatis petierunt q. vt huic sibi vtrique biennium Cadomense sic partis pro primo anno haberetur Biennij in Collegio Syluano, sub M. de Nouer du Hamel primi professore, a Dionysialibus anni 1698. ad Inducias 1700. vti petijt.

5. et 6. Jacobus Joannes Bapta, et Ludouicus Bartoli parisini fratres M. J. Le Fevre primi professoris in Regia Burgundia discipuli, quod vtriusq. nomen non extaret in posteriore physicorum Catalogo, eo scilicet, quia ad amplissimum R. Rectorem delatus esset, sed in eo tantum, qui remanserat per primarium dicti Collegij Burgundici, petierunt vt sibi nihilominus Liceret ad examina admitti.

7. Guilielmus Lally sbr. Fluamensis Hibernus M. Guidi Dagoumer celeberrimi in Collegio Harcuriano primi professoris discipulus, quod homo alienigena, ignarus Academicæ consuetudinis, recens in Gallias aduectus, linguæque Gallicæ imperitus, quâ tum professor monuit, vt huic quisque nomen in catalogo scriberet, id facere imprudens omisisset in priore Logicorum Catalogo, petijt vt sibi nihilominus Liceret ad examina Magisterij in Artibus admitti; quibus de supplicationibus, audito M. Edmundo Faucheur vniuersitatis Syndico dimissis ad deliberandum Nationes postea per ornatissimos Procuratores renunciauerunt sibi placuisse indulgeri præmissa omnibus supplicibus quod petierunt, atque ita ab amplissimo R. Rectore conclusum fuit.

Eodem ipso die 14 augusti ibidem apud Maturinenses M. Edmundus pourchot Syndicus Universitatis conquestus est, quod complures in Artibus Magistri prius quam veteri more pro Regentiâ et Scholis in suis quique nationibus supplicauerint, licentiamque docendi à praeclarâ Facultate obtinuerint, solâ Gymnasiarchae cum schedulâ muniti, affixis ad singula Urbis compita programmatis significent se in Scholis Academicis esse docturos. quod cum disciplinam Academicam penitus euertat, atque Artium Facultati perniciosam inducat exemplum, postulauit;

1°. ut nulli deinceps Magistro liceat à Jure veteri, priscisque Academiae moribus recedere, sibique publico programmate professoris Academici nomen ac munus arrogare, ac prius assumere quam pro Regentiâ et Scholis coram Natione suâ supplicauerit.

2°, ut si quis tamen docendi professionem inire cogitet eo tempore quo nulla habentur comitia, liceat ipsi publico id programmate significare, dummodo prius Nationis suae procuratorem ac Censorem suaeque Tribûs Decanum inuisat, eamque licentiam ab ipsis obtineat, iique proximis Comitijs facti rationem toti reddant Nationi, cum ille coram eâ supplicabit.

3° Ut si quis Artium Magister, in ijs nationibus, quae ex professoribus et aliarum Facultatum Baccalaureis constant, ad supplicandum pro Regentiâ et Scholis accesserint, ejusque suppliatio fuerit admissa, is nudum habeat docendi jus, quod cum libuerit, possit deinceps exercere. nullum tamen aliud jus nationale habeat, quodcunque sit, nisi ab eo tempore quo docere coeperit. Si verò in minori Collegio, nihil ipsi prosit ea professio in detrimentum eorum, qui docent in Collegijs pleni, ut vocant, exercitij; sed id tantum acquirat, quod vel statutis et decretis haectenus concessum est, vel longo usu in qualibet Natione confirmatum.

4°, ut si duo eodem die docere coeperint, qui prior supplicauerit, altero antiquior habeatur. nullius tamen supplicatio ad docendum ad proximè futura Remigialia admittatur ante diem Comitiorum Rectoriorum mensis Junij.. Re in deliberationem missa duae nationes, scilicet Picardica et Germana superiores articulos comprobauerunt, Galliae et Normaniae placuit eos maturius examinari per Deputatos, postea in commentarios referri, ut vim legis haberent. Itaque nationis Gallicanae Deputati conuenerunt apud amplissimum D. Rectorem. In Collegio Sorbonae professae die 27. augusti, ubi eos articulos attentius legerunt, et post maturam deliberationem approbauerunt.

Natio vero Normana..

Die 20ª augusti 1705. In Comitijs Deputatorum vniuersitatis apud
D. Rectorem in Collegio Sorbonæ præsente extraordinarijs habitis

Comparuerunt plet major natu pergamenarius
Juratus vniuersitatis, citatus ad Tribunal Academicum nomine
syndici vniuersitatis, et Joannes grand Camp qui libellum supplicem
antea obtulerat quo conquerebatur de vi et injuriâ sibi facta
à dicto plet, qui ambo coram nobis auditi.

Comparuerunt quoque citati testes, nimirum M. Guillelmus
Chaumont primarius Collegij Justitiæ, qui dixit se audiuisse
die 29. Julij ea quidem dicti Collegij Justitiæ cubiculo magnas
turbas, vociferationes & conuitia, quæ quidem testimonij ipsi relecti &
eique subscripsit.

M. Carolus pechar Theologiæ Baccalaureus, dixit se eodem die audisse
dictos plet & grand Camp inter se rixantes, ita tamen ut dictus
plet prior alterum aggressus fuerit, et ipsum aliquandiu
lacessiuerit, priusquam dictus grand Camp quicquam reponeret.
Tum demum plet eò progressum fuisse, ut pro multas minas
ex vtraque parte dictus grand Camp baculo percusserit, percussus
autem repercussisse. quod testimonium ipsi relectum & subscripsit.

M. Joachimus Michael Sauval vtriusque Juris Baccalaureus
dixit se eodem die audisse & audiuisse eosdem plet & grand Camp
inter se rixantes; ita tamen ut dictus plet aggressus fuerit
verbis et verberibus, et grand Camp lacessitus repercusserit
quod testimonium relectum & dictus Sauval subscripsit,

quibus omnibus tum litigantibus, tum testibus auditis
syndicus vniuersitatis, ut sibi tradantur ea, quæ testes pro testimonio
dixerunt, antequam ipse dicat, quid sibi ad quem visum fuerit
pro re Academicâ; fuitque ut claues ea, quæ representata ut
tradantur, et reseretur stulæ seu forum pergamenarium
ab amplissimo D. Rectore concessum fuit.

Eodem die 20ª augusti idem comparuit M. Durban
Baccalaureus Theologus, et Tribus Bituricensis in honoranda
Gallorum natione Decanus, citatus à M. Edmundo
pourchot vniuersitatis syndico, quod cum ipse syndicus
in Comitijs præclaræ Facultatis Artium apud Maturinenses
habitis die 14. augusti verba de rebus Academicis
pro munere suo faceret, idem M. Durban in
peristylio Maturinensium rixatus cum aliquo suæ
Tribus Baccalaureo, dicentes perturbasset, qui

Qui idem M. Durban libellum supplicem die 14. ejusdem mensis augusti amplissimo D. Rectori obtulerat adversus dictum universitatis syndicum, quo se contumeliosis verbis ab eo increpitum fuisse querebatur. utraque parte auditâ, et re discussâ maturius, rogatis dictisque sententijs, nullâ habitâ ratione libelli supplicis à dicto M. Durban oblati, placuit laudari procuratorem syndicum, quod officio suo functus ~~[illegible]~~ tranquillitati comitiorum consuluisset admoneri praedictum M. Durban, ut in posterum gereret se modestius, et Academicâ poenâ deinceps multari si qui in comitijs obstreperent, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Eodem die 20.° augusti ibidem idem ~~[illegible]~~ postulavit M. Edmundus pourchot syndicus universitatis, ut idem M. Jacobus Durban citatus, isque praesens ab amplissimo D. Rectore interrogaretur super articulis ~~[illegible]~~ sequentibus

1°. numquid cum idem M. Durban quaesturam gerebat in Honorandâ Natione anno 1700 distulerit redditionem rationum suarum ad diem 27. augusti, cum eas reddere debuisset ante diem decimam quintam februarij anni 1701.. ad hoc non respondit dictus M. Durban, dixit tamen se suas rationes reddidisse, easque probatas fuisse.

2°. numquid ab eo saepe postulatum fuerit, ut eas citius redderet ad id iterum respondit redditas fuisse rationes.

3°. numquid in libro quaestorio plurium omiserit nomina Magistrorum qui pro Regentiâ et Scholis illo anno supplicavissent. respondit aliquot errores irrepsisse propter morbum, sed restitutos. Et si quid omissum sit, quadruplum redditurum.

4°. numquid omiserit nomina Candidatorum Baccalaureatus Artium, respondit idem quod supra.

5°. numquid ab illis candidatis, et à magistris qui supplicaverunt pro Regentiâ et Scholis, solita jura, in pecuniâ numerata acceperit respondit credere se ab omnibus accepisse, ac si plus acceperit, se restituturum

6°. an illam pecuniam Nationi restituerit. respondit se restituisse ac si non restituit, se restiturum.. Interpellatus autem ut responsis suis subscriberet, recusavit, quia rationes suas reddidisset

Moyen Papier Deux Sols Lafeville

die 29. augusti 1705. In Comitijs Deputatorum universitatis In antecessum pro ordinijs mensis septembris apud D. Rectorem In Collegio Sorbonae plessaeo habitis supplicaverunt pro literis nominationis jure Magisterij In Artibus et quinquennij Thomas farely Kilmorensis hibernus Amabilis Tixier presbyter claromontensis, Matthaeus Coussaune ptr Rutherensis, Hyacinthus de Vernous ptr viennensis Gabriel cognot ptr Trecensis, franciscus Ignatius Cairol Subdiaconus Narbonensis, Carolus de Goudal de la Goudalie Acolythus Rutherensis, Leodegarius Taravant clericus Claromontensis, Petrus vallou clericus Carnutaeus, Stephanus Breant clericus Carnutaeus, franciscus du pont clericus Sagiensis, Carolus françois Noviodunaeus & Jacobus du Saulx clericus Carnutaeus, easque illis literas nominationis quas petierunt, placuit concedi omnibus, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit

De rationibus M. Jacobi Durban, de quibus conquestus fuerat M. Edmundus pourchot, placuit eam rem remitti ad ornatissimos Gallicanae nationis procuratores, ad Censores et quaestores, qui tunc erant Gallicanae nationis atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die 3. octobris 1705. In Comitijs Deputatorum universitatis ordinis apud D. Rectorem In Collegio Sorbonae plessaeo habitis supplicaverunt pro literis nominationis jure magisterij In Artibus et quinquennij Antonius Allemand de Champier presbyter viennensis, pro quo absente supplicavit Illustrissimus Sanitiensis Joannes Soanen; Renatus franciscus philippe Clericus Sagius, Petrus osmont clericus Ebroicensis, Ludovicus Bault presbyter Bellovacensis, Joannes Servant clericus Lugdunaeus, et Joannes vitroux clericus Noviodunensis Easque illis omnibus concedi placuit, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit

quod expositum est Augustinum couault, et Jacobum Imbault clericos parisinos die 26. augusti 1707. Theses publicas philosophiae typis impressas propugnavisse die 26. augusti In Aula Pastoris Sangervasiensis contra decreta Academiae, ubi erat Arbiter Petrus fressan Licentiatus Theologus, placuit eos privari omni gradu Academico, omniquae ad Academiam Aditu; dictum vero pastorem Sangervasiensem admoneri, neque deinceps simile patiatur, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit

de Controversia

De controversiâ orta in Collegio Harcuriano ob Classem Rhetoricæ, compamerunt M. Joannes de la Briere de Louvency provisor & primarius dicti Collegij Stator, et M. Joannes Josset Ibidem Rhetoricæ professor Reus; Itemque deputati à venerandâ Normanorum Natione cum ornatissimo ejusdem procuratore MM. Franciscus Guenon Bonnefoeur Censor, Guillelmus Laisné quæstor, Fleury, Couvilliard de la Val, Anger & Bonfe; Lecto libello supplice dicti M. de Louvency, audito etiam dicto M. Josset, et aliquot ex deputatis; quibus egressis dixit M. Edmundus Pourchot syndicus universitatis M. Joannem Josset Rhetoricæ in Harcurio professorem supplicavisse pro Regentiâ, & scholis apud venerandam Normanorum Nationem et ab eâ docendi licentiam ~~accepisse~~ obtinuisse; nec latere ipsam Nationem quæ sint partes professoris Rhetoricæ in celebri Universitate Collegio, atque aliunde ad ipsam præcipue spectare, ut Collegium Harcurianum in gratiam provinciæ Normaniæ fundatum in hac studiorum universitate Parisiensi maximè floreat, præstantibusque in arte, quam in eo singuli profitentur, Magistris sit instructum. Ideoque priusquam controversia inter dictum M. de la Briere de Louvency provisorem ac primarium, & ipsum M. Josset definitivo Judicio dirimatur, videri sibi exquirendam esse venerandæ Normanorum Nationis sententiam de eruditione et industriâ dicti M. Joannis Josset in arte Rhetoricâ, et ex ejus testimonio, eâ fide quâ prædicta Natio non tantum ergo dictum M. Josset, Collegiumque Harcurianum sed etiam erga Academiam et ipsam Remp. tenetur, dato, & cum ipso syndico universitatis communicato, quod æquum justumque fuerit in Academico Tribunali deinceps statuatur.

Re in deliberationem missâ, rogatis dictisque sententijs placuit exquiri sententiam venerandæ Normanorum Nationis de Eruditione et Industriâ M. Joannis Josset in arte Rhetoricâ ab eâque syncere, candidè, & ex animi sententiâ declarari cum Chirographis, num existimet dictum M. Josset idoneum esse qui Rhetoricam, ut par est, cum dignitate doceat in celebri Collegio Harcuriano, ut eâ sententiâ secundum conscientiam data, et cum syndico universitatis communicatâ, postmodum statuatur, quod æquum justumque fuerit; atque ita ab amplissimo D. Rector conclusum fuit.

Die 7.a octobris in comitijs supplicatorijs apud Maturinos habitis, in angulo consistentia, ubi supplicaverunt pro literis nominis jure magistrorum in artibus et quinquennij Martinus du Vivier clericus Sylvanectensis, Joannes Bapta Ludovicus Cousturier clericus parisinus, Michael Blondel clericus Atrebas & Carolus le Maitre presbyter parisinus, easque illis concedi placuit. Deinde in capitulo postquam D. Rector peroravit, probatis quæ gessisset in suo magistratu decretisque eis literis commendatitijs, supplicationes, quæ designatæ

fuerant

fueram ad vesperas in ecclesia Sanctæ Genovefæ in monte in civitate, propter pluviam. Habito de hac petitione B. Mariæ magdalenæ in quorum ædificatione, sacris operatus est, D. Joseph Vatar Theologus et decanus

Die decimâ ejusdem mensis octobris in Comitijs Rectoris horâ decimâ matutinâ de more habitis apud Maturinenses, factâ supplicandi potestate accesserunt supplices numero septem, qui propter valetudinis incommoda postulaverunt immunes sibi à scribendi onere et molestiâ. Scripserunt illustris abbas, Julius Adrianus de Noailles clericus parisinus, Insignis et metropolitanæ Ecclesiæ parisiensis Canonicus; illustris item abbas Rogerius de la roche foucault clericus parisinus; Antonius Josephus Wicham Anglus clericus Dunelmensis; Lucas Gardiner Anglus, clericus Dunelmensis; Thomas Commerford pralyter Hibernus; Ludovicus gerard Catalaunensis, Martrau clericus Cameracensis, Petrus Fraserea supplens, scripsit M. Andreas Michael Raveneau subdiaconus parisinus, et Modestus Barat clericus Senonensis postulaverunt, ille quidem ut quoniam in Catalogis, in quo testimonio studij sibi à professore dati, atque adeo in Literis Magistrij in scribus appellatus esset Michael Andreas Inverso nomine ordine, congeretur illa Inverso, et Andreas Michael scriberetur; alter vero, nimirum Modestus Barat ut sibi fraudi non esset, quod suum nomen in posteriore physicorum Catalogo propterea semper non extaret, quod quo tempore Excipiebantur condiscipulorum nomina, ipse tum graui morbo implicatus esset de quorum supplicationibus studio tandem vniuersitatis, omnibus ad deliberandum rationes postea per omnes procuratores reuolutis, placuisse concedi omnibus supplicibus quod postulauerant atque ita ab amplissimo D. Rectore concessum fuit.

Confirmati verò quatuor viri, nimirum M. Antonius de Mosster Licentiatus in Theologiâ, Joannes du puis vir Rectorius et professor in Collegio Nauarræo; Franciscus Guenon Emeritus philosophiæ professor in Lexouio, et Martinus Simon Baccalaureus in Theologia, qui præstito solemni sacramento in concilio Ingressi renuntiauerunt per nomen, M. franciscum Guenon se unanimi consensu prorogasse rectoris fasces amplissimo D. Prætori, quæ prorogatio vehementer ab omnibus et singulis nationibus comprobata et confirmata fuit.

Die 27. octobris 1705 In Comitijs Censorijs apud Maturinenses horâ septimâ matutinâ de more habitis creati sunt Censores, ab hinc anno quidem nationis M. franciscus Nouy Bacc. Theol. vir procuratorius et Regius Nauarræ professor; M. nicolaus Saulmon Bacc. Theol. vir et procurator, à Vernandâ nationis M. Germanus Singer Bacc. Theol. et q Lexouio professor, à constantissima Germanorum

a † die 14 mensis octob. habito suis extraordinem Comitia deputatorum Vniuersitatis apud Augustinenses veteres in collegio Sorbonæ passim. actum è de libello supplice quem cursor nationis Germanicæ apud veteres obtulerat. quo querebatur 1° quod prouisor haberet pueros adolescentes ad rhetoricam, aliasq; haberet scholas seniores, quod ea professoribus antè esset vetitum. 2° quod idem prouisor aliquos scholasticos ad scholas accedentibus prohiberet. 3° quod idem prouisor aliquos conjectores conuerteret in secundo ordine in logicam detineret ne in rhetoricam gradum facerent. 4° quod idem prouisor aliquos conjectores conuerteret in secundo ordine in logicam omissâ rhetoricâ promouere. 5° quod nobilem adolescentem noe dubuisson de bouvnazel idem prouisor aditu collegij sui prohiberet ne magistrum dogmatum audiret in logicâ. idem adolescens de bouvnazel nomine suo libellum quo supplicem obtulerat, quo se dicebat nihil aliud fecisse malè, quam quod magistrum fassus esset professorem suum salutasset. eique quod vocabulum esset cum à superno senatu tanquam victor rediret, quo die lis illa de qua dictum est ad et academiam venissa est. eâ solâ de causâ visum se Italum esse a prouisore tota colligeret, et ab hac unice exendere. in quo pro suorum pluvimorum concitor vehementer erat. auditi sunt super his rebus professores omnes hac uniuersitatis, inhodieti quoque sunt illi cum præceptoribus suis adolescentes, de quibus causa agebatur. respondit omnibus prouisor, et deinde remissâ in deliberationem placuit de scholasticis ad collegium hac uniuersitatis nunquam habitis admonendi prouisorem, et clericis benignius que

Mr

benignius que cum iis agevet; ad secundum caput alumnorum, comittorumque vbium gradum facere nevertubu nec ne, — iudicium esse solius provisoris.

ad 3um caput non licere per leges Academicas ullum scholasticum e — secunda scholâ in logicam omissâ vlteriorem gradum facere. ad 4um de illo adolescente debere nasci, quoniam provisor gravioves — vationis sue causas — prætenebat, non placere illum inuito gymnasiarcha cum aliis eiusdem collegii scholasticis admiscevi in imo non esse ne culpa provisorem qui talem adolescentem quem noverat, diutius in aedibus sue vetuisset. atque ita ab ampl. Rectore Conclusum fuit — probata litura 2 vnius in altera pagina vocabuli —

Billet

hanc ego conclusionem ad verbum ut habetur in actis rectoriis ad paginam 203 recto hoc loco vestitus ex Conclusione tribunali academici lata die octavo junii anno millesimo septingentesimo nono deputatus ab eodem tribunali qui scribas vicibus in hac parte defungerer. /.

P Billet

M. Martinus Simon vir etas procuratorum qui creati à singulis nationibus censores solemne — Sacramentum in manibus amplissimi Rectoris præstiterunt /

Die 7. Novembris 1705. In comitijs Deputatorum nationis ord^is apud R. Rectorem, in Collegio Sorbonæ præsente habitis — supplicauerunt pro literis nominationis, iure magistrij Artium, et quinquennij Arcontius Genest presbyter Ambianensis — Josephus des barats pbr Lascarienſis, et Ludouicus Armand Gautier clericus Trecensis, vacantibus collegij plenum, atque ita conclusum admissi M.M. Rollin Gymnasiarcha Collegij Bellouaci & Caussin professor ejusdem Collegio postulauerunt vt R. Rector & deputati nationis interesse vellent orationi publicæ, quam dictus professor habiturus esset die festo S^ti Catharinæ, eique concessum, quod postulauerunt

M. Andreas Guillier professor Grassinianus in quarto Collegij — ordine, porrecto libello supplice, eoque significato per apparitorem primario dicti Collegij, postquam exposuit in vsu ac more esse vt Janua vnicuiusque Collegij, hyeme horâ sesquiquintâ, æstate verò quintâ mane aperiatur, idque antea fieri solitum præsertim in Collegio Grassiniano, postulauit, vt cum sit Capellanus in Ecclesia S^ti Benedicti quò ibi ritus officio Capellani fungi possit, Janua Collegij prædicta horâ demum reclusatur; quod fieri placuit, idque vt fiat à Collegij moderatore curari, atque ita ab amplissimo R. Rectore conclusum fuit

Ludouicus Bouley Ebroicus Collegij Harcuriani Burſarius porrecto libello supplice conquestus est, quod fuisset à dicti Collegij Magistro promotore è Burſâ propterea expulsus, quod nec Græcè scivet, nec versus faceret, tametsi in distributione præmiorum proximè accessisset ad eos, qui in solutâ oratione primum consecuti fuissent. quâ de re, quoniam dictus Magister promotor non comparuit, placuit dari dicto Bouley actum, decreti à dicto M. promotore vadimonij; eique interim Burſæ fructus & emolumenta procedere donec dictus Magister promotor, expostulato quo eum jure expulerit atque ita ab amplissimo R. Rectore conclusum fuit /

De Controuersia inter M.M. de Louvency & Josset placuit amplicari, interim dari actum ornatiss^o venerandæ nationis procuratori, quod protulerit exemplum dictæ nationis & tribuitur eâ de re sententia, atque ita ab amplissimo R. Rectore conclusum fuit /

Lectum et scriptum M. Edmundi Quentin Syndici vniuersitatis quo declarauit suo Syndici nomine obtentum fuisse senatusconsultum quo quidem conclusum fuit quadruumvirus amplissimi Rectoris Electoribus, vt prouiderent fasces Rectoris clarissimo viro M. Petro vrsé Rectori, hi vsu expedire vniuersitati judicarent — Id autem postquam factum vt viris omnibus in Academia bene animatis

MOYEN PAPIER DEUX SOIS LATEVILLE

probatum est vehementer cum propter amplissimi Rectoris mentem, tum propter periculum, quod imminebat, ne rectoriam dignitatem per ambitum invaderent homines nonnulli, quorum fidei non tuto commissa fuissent res Academicae. non tamen dissimulare se posse licentiam hanc propter temporis Angustias contra ordinem Academicum fuisse postulatam, cum non debeant ejusmodi senatus consulta nisi ex praevio consensu sapientissimorum Decanorum, & ornatissimorum procuratorum impetrari. Ideoque postulare se, ut haec sua declaratio referretur in commentarios universitatis, ut suum cuique facultati jus sartum tectumque esset, nec res deinceps in exemplum traheretur. Re ab amplissimo Rectore missa in deliberationem placuit unanimi consensu deputatis declarationem syndici referri in commentarios universitatis, ne ea res in exemplum deinceps trahatur hujusque conclusionis exempla sapientissimis Decanis, & ornatissimis procuratoribus quotiens libuerit ad juris conservationem in scriba universitatis expediri, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit

Vill Rector

Die 4. decembris 1705. In Comitijs Deputatorum Universitatis ordinarijs apud D. Rectorem in Collegio Sorbonicorum Professorum habitis primum absente M. Edmundo Pourchot Syndico Universitatis propter morbum, placuit M. Petrum Billet fungi hodie officio Syndici, atque ita conclusum fuit.

Supplicaverunt pro literis nominationis jure magisterij in Artibus et quinquennij Jacobus Marcq Diolythus Ambianensis, Josephus Roger Clericus Aurelius, Petrus le Clerc Clericus Lingonensis, Nicolaus Barat Subdiaconus Bituricensis, ~~Josephus Roger~~ Joannes Jacobus Marette Subdiaconus Boloniensis, Joannes Fresneau Subdiaconus Blesensis, et Renatus Deodatus Houze Clericus Leodiensis, easque illis omnibus concedi placuit atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Cum M. Edmundus Pourchot Syndicus Universitatis misso pridie nuncio, et hoc ipso die per literas significasset se morbi causâ non interfore comitijs, cumque proxime superioribus comitijs die 7. novembris habitis non adfuisset, omnes Deputati unanimi consensu M. Petrum Billet Rhetoricæ professorem, antiquum Rectorem, et Universitatis quæstorem in prosyndicum nominaverunt, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

Eodem die 4. decembris Comparuerunt M. Joannes de la Briere de Louvencey Collegij Harcuriani provisor ac primarius, et M. Joannes Josset in eodem Collegio Rhetoricæ professor, quibus auditis, egressisque Amplissimus Rector communicavit cum Deputatis libellum quendam sibi per Apparitorem Castelleti die 4. decembris denunciatum, quo M. de Louvencey contendebat venerandam Normanorum nationem adversam sibi esse, et partes tueri M. Josset, atque adeo postulabat, uti Magister Lavoisé dictæ nationis procurator, de quibusdam factis ~~et~~ acum et articulis ab amplissimo Rectore interrogaretur.

Tum auditus est M. Petrus Billet prosyndicus, qui dixit libellum ~~supplicem~~ eundem a se fuisse lectum et expensum; injuriâ verò provisori suspectam esse Normanorum Nationem, in eâ re, de quâ nunc agatur, re verâ dictam nationem ad partes accessisse dicti M. Josset in causâ supremi senatus decreto, die 16. septembris dijudicatâ, cum lis tantum esset de possessione, utrum autoritate privatâ nullo cujusquam prævio judicio potuisset dictus provisor dictum M. Josset munere suo privare, et affixis publicis significare alium in ejus locum Rhetoricam esse professurum. Quod verò spectaret ad eam partem, quæ petitorij esset, utrum dictus Josset idoneus esset, necne ad docendum Rhetoricam, prædictam Nationem à neutrâ parte stetisse; ita declaratum fuisse ab initio à Magistro Lavoisé procuratore, et Deputatis ejusdem Nationis cum die 3. octobris coram Academico Tribunali comparerent postulantes tantummodo, ut priusquam quicquam inciperetur, sententia prætoris urbani et decretum supremi senatus de possessione secundum Regias constitutiones executioni mandaretur.

Deinceps

Nemque vero nullo Instrumento publico aut privato studium dicte Nationis
In dictum Joffet probatum fuisse. Atque ita Academico Tribunali à principio
visum fuisse, putare ea eo, quod die prodatâ 3. octobris, referente, ac id postulante
M. Edmundo Fourchot Syndico Deputati huic Judicio voluerint prosequi cætera
definitivo Judicio dirimerentur, Exquiri sententias dicte Nationis, de Eruditione et
Industriâ dicti Joffet in docendo Rhetoricas. Itaque jàm ab Academico Tribunali
pronunciatum fuisse prodictas Nationes dicto Joffet non fauere in eo quod, ad petitorium
pertineret, et quidem dictum promissores ab illo Academico Judicio non provocasse.
quin imo illas ipsum provisores eidem Nationi Deputatorum sententias die decimâ
octobris per appariteres significasse cum denunciatione vt ei quam primum
satisfaceret. Jam verò quod postquam à dictâ Natione Academico Judicio
Sententias hæc Nationis significauit, vt certior fieret, nullas in ea moras
esse, quò minùs primo quoque die lis dirimeretur, ex eo promissores
contendere dictam Nationes sibi aduersari; Et cum lis in promptu sit, vt
definiatur, postulare, vt dicti M. Lavosé super quibusdam factis et
Articulis ab amplissimo Rectore Interrogetur, quasi sit aduersarius.
Nihil omnino cum dicto M. Lavosé pertinet in eo quod, ac ante declaratum
neque ipse, neque suæ Nationis vnquam partes Magistri Joffet, ac ea re de quâ agatur,
fuisse adductos, nec aliter illo Instrumento privato aut publico probatum
sit, Conferò se profiteri, nullas habendam esse rationes illius Libelli
die 4ª decembris amplissimo Rectori à promissore denunciati; nec posse ab
eo moras illas asseri iudicio, quod instaret. Deinde verò vtrumque
partis rationes expendit, se perlegisse sententias illas Dictas Nationis Normanorum
quas Deputati Judicio die die 3. octobris lato Inquisissent, e
quinquaginta et vno Tribulibus, qui comitijs rite conuocatis atque
habitis, ad fuissent, septem et quadraginta in ordine quemque suo percelebri
quorum nonnulli sint ipsius artis Rhetoricæ professores, summa doctrinâ
sapientiâ, integritate notissimi, tractatos esse cum chirographis de Eruditione
Mgri Joffet, alios quatuor, qui superstant nihil dixisse, quod contrà quemquam
Mgrum Joffet à Magistro Le Francois tum Harcuriani Collegij promissore
antea Rhetorica professore, antiquo Rectore fuisse illius Rhetoricæ
propositum. In ea ab annis jam plus nouem docere, atque
orationes publicè habuisse, Exercitationes verò Scholasticorum
plurimas. Querelas verò quas in eum promissor detulerat, suæ defraudatæ
Scholasticorum, suæ de malâ Eruditionis famâ, suæ de fraus quibusdam
Scholasticorum sententiarum, aut nequaquam ab eo probari, aut rejici
Lenioni, et à Mgro Joffet commodè dissolui. Quapropter videri sibi
æquum esse, et ei rei communi Academiæ vt scripto et affixo
declarentur. Magistri Lavosé Normanorum Nationis procurator
quod tam suffragium cum suâ Nationis emiserat, à dicendâ
sententiâ abstinuit. Deinde re in deliberationem
missâ perpensis omnibus, quæ à profitendo relata
fuerant, argumentis, atque in primis lectâ sententiâ
prædictæ Nationis Normanorum, quam Exquiri
visum esset, placuit Deputatis Magistrum

Solomonem

de Louvency actione sua summoveri, et Mgr Joffet qui Rhetoricam in Collegio Harcuriano docere pergat Ipsum declarari, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. [

Vill Rector

Die 11a Decembris In comitijs supplicatorijs apud Matheuretos 1us. In Angulo supplicauerunt pro litteris Nostris jure magistrij in Artibus et quinquennij Petrus Mallard clericus Aurelius, Godefridus Franciscus Mouchard pbr Rothomagen Ex ordine Pra. Monstrueux, et Carolus Vertot clericus Senonensis, Rogerius Alardi Parisiensis supplicauit et Antonius Lyot clericus Lugdunensis cleric. Lugdunen. cuius partes Cancellarius fecit. Remissis in Comitijs hujus Capitulo, Dnus Q. Rector peroratis, probatis quae a Respondente in suo triennali magistratu dictatis, decretoque ut eo nomine litteris concedantur processus est ad alterum locum suae Provinciae Pra. Marie Magdalenes, ubi pariter Dnus Ecclesiae Doctor Theologus, rem sacram seu concionem habuit M. Bertse Doctor Regius Theologus. [

Vill Rector

Die 16. Decembris 1705 In Comitijs Rectorijs apud Matheuretos habitis facta supplicandi potestate Franciscus Guiaud clericus Parisiensis et Magr Institutionum petijt in agmen Dnorum Graduatorum, quod et ijdem litteris magistrij in Artibus, Delecter, Natalis Franciscus Guiaud, Vincentius Blasius Rousset Viennensis Delphinus et alterius nomine, et quod tres ijdem litteras Baccalaureatus, ad decretum ijdem litteris Magistrij in artibus Andreas Combaud pbr Lodoicensis assecuti ijs magna exacte curse philosophicae nondum re perfecto, ut pote cui tres menses deerant ijdem philosophicae Licerent admitti ad examina Magistrij in Artibus gerenda quocumque tempore ita re constitutum ut decretis et constitutis per tres adhuc menses philosophiae studium in Collegio Academico ad triennij philosophici complementum, Joannes Stoner clericus Oxoniensis Anglus discipulus Magri Dellailly in Remensi, immunem se fieri ab omni solutione pendente propter infirmitatem stomachi, de quo supplicando adito, Syndico munerato, munera ad deferenda nuncio profuere per ornatissimos procuratores rebellionis hoc placuisse indulgeri fratribus supplicibus quod petebant atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. [

Vill Rector

Confirmati quadruumviri, nimirum Mtt. du Clos Honorando Gallonio Nationis procuratore Soulmon vice procuratoria, Michaele le Febure Licentiato in Theologia et Clemente Russ. Bacc. Theologo praesente de more solenni Sacrificio, in conclave Ingressi, paulo post per M. Musart le Febure normanum seu summum omnium consessum rectores Facultatum prorogasse amplissimo Rectori; quae prorogatio a singulis Nationibus vehementer comprobata et confirmata. [

Vill

MOYEN PAPIER DEUX SOLS LA FEUILLE

Conclusiones et Acta Anni 1706.

Die 2. Januarij 1706. In comitijs Deputatorum vniuersitatis ordinis apud R. Rectorem in Collegio Sorbonæ professo habitis.

Supplicauit pro literis nominationis iure magistrij in artibus & quinquennij Ludouicus Geraldus de Scorraillis presbyter Lemouicensis, easq; illi concedi placuit, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. Vide Vector

Die 7.ª Januarij Constantius Germanorum natio apud Nationem Gallicanam magni nunij pro Diœcesi et Episcopatu Wormatensi vacans per obitum Ludouici Le Doux contulit Stephano le Moine cum plenis iuribus, quæ solita iuramenta præstitit.

Die 12. eiusdem mensis Januarij 1706. In comitijs Deputatorum vniuersitatis extraordinarijs habitis in Collegio Sorbonæ professo apud R. Rectorem

Supplicauit pro literis nominationis iure magistrij in artibus & quinquennij Joannes Baptista de Robin Aeolysticus Montispessulanus, easq; illi concedi placuit, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

Proposita ea rursus ad disceptandum controuersia de expulsione Antonij Boulé a burſâ quâ dere antea placuerat Instrumenta litis communicari cum N. Edmundo Bourchot Syndico vniuersitatis, qui de his referret ad proxima, quæ habebitur comitia. Sed priusquam id faceret, iterum M. Guillelmus Dagoumer una cum M. Ioanne de Lourency Collegij Harcuriani promotore et germano admissus postulauit, vt sibi liceret, vt post nunc primum dicti Collegij Bursariorum ad litem interuenire. Respondit Dutus M. promotor prædictorum Boulé expulsus fuisse de consensu eorum, qui tum erat primus, nimirum M. de crostolis, quod ipse declarauisset apud Tribunal Academicum. Quibus ægressis, tum M. Bourchot Syndicus dixit, se diligenter et accurate legisse et expendisse ea instrumenta quæ secum communicata fuissent, ac sibi videri posse jam facile & expedite controuersiam statim dirimi, nec opus esse amplius inquisitione. Constare enim expressis verbis statutorum Collegij Harcuriani promotorem non modo posse pro suo jure, sed etiam debere ac teneri statuto expellere Bursarios si qui non profecissent, nec essent habiles ad proficiendum. Dictum autem Boulé ex suâ ipsius confessione, nec scire Græcè, nec versus facere aut fecisse, nec quicquam in vtraque disciplina didicisse, ex quo tempore in collegium admissus fuisset. Rogatis, vtriusq; sententijs, placuit amplius et iterum accersi eos professores, in quorum classibus fuisset Dictus Boulé, atq; una cum eis etiam minorum Bursariorum Magistros et primarios, atq; ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

Vide Rector

Die 6. Februarij 1706. In Comitijs Deputatorum vniuersitatis ordinarijs apud R. Rectorem in Collegio Sorbonæ professo habitis,

Supplicauerunt pro literis nominationis jure Magistrij in artibus et quinquennij Franciscus Antonius Vallon clericus Æduensis, Antonius Remont presbyter Ebroicensis, Franciscus Boutoille pbr Bolonicensis Jacobus Foreſtier subdiaconus parisinus, Joannes Franciscus Bertholot clericus Meldensis, et Nicolaus Clerin presbyter Sylvanectensis, easq; illis omnibus concedi placuit, atq; ita conclusum fuit ab amplissimo Rectore

Die 18. februarij 1706. Natio Gallicana apud Maturinenses officium magni Nuncij pro Dioecesi et Episcopatu Inculismensi vacans per obitum Michaelis de la Giniere contulit Roberto Le Monnier cuiusdam parisiensi, qui solita juramenta praestitit

Die vigesima februarij 1706. Eadem Natio Gallicana in Maturinensi officium magni nuncij pro Dioec. et Episcopatu Belmitensi in Archiepiscopatu Senonensi vacans per obitum Claudij le Duc contulit philippo Brillon cuiusdam parisiensi, qui solita juramenta praestitit

Die 1.a Martij 1706. Eadem Natio Gallicana apud Maturinenses officium Magni nuncij pro Dioecesi et Archiepiscopatu Remensi vacans per obitum Nicolai Drouet contulit petro Goujon cuiusdam parisiensi qui solita juramenta praestitit)

Die secunda Martij habita sunt ex consuetudine non intermissa, apud Maturinenses Comitia Deputatorum universitatis ad aperiendum, ut vocant Rotulum quam consuetudinem usque retineri placuit, nec unquam intermitti. Ibi supplicavit pro literis nominationis jure magisterij in Artibus et quinquennij Joannes des croizilles subdiaconus Rothomagensis easque illi concedi placuit, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit

Vill Rector

Die 6. Martij in Comitijs Deputatorum universitatis ordinarijs apud D. Petrum in Collegio Sorbonae plessaeo habitis

Supplicaverunt pro literis nominationis Jure Magisterij in Artibus et quinquennij Stephanus Aillaud clericus Lemoviensis, Joannes Jacobus Le Bourg des Ailleurs acolythus Lexoviensis, Jacobus Gaspar Theuenot Acolythus parisinus, Ludovicus Le Moyne clericus parisinus, franciscus le Moyne clericus parisinus, petrus Samson subdiaconus parisinus, petrus vaudremer clericus Bellovacensis, et Antonius Cordelier Acolythus parisinus, easque illis omnibus concedi placuit, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit

Joannes Bapta Lenglet Atrebatensis, Collegij de Reinvilla Bursarius oblato libello supplice conquestus est, quod à novem et amplius mensibus sibi Bursae suae fructus et emolumenta soluta non fuerint. M. vero Ludovicus Bonne Dame dicti Collegij procurator dixit D. Poenitentiarius Ecc.ae metropolitanae parisiensis, qui est visitator dicti Collegij sibi mandavisse, ne solveret dicto Bursario quicquam de bursae emolumentis propterea quod ea ille peccavisset, ob quae ita in eum animadversi oporteret placuit, ut expungi e libello supplice dicti Lenglet verba Indecentia et Injuriosa deinde à citato dicto visitatore rescripti quid ejusmodi rei esset, antequam de eâ re judicium feratur, atque ita conclusum fuit

Quod Bursarij aliquot Collegij Forteti protulerint in libello supplice vernaculo scripto, multa adversus M. Collot primarium multa probrosè scripta, quorum tamen fidem nullam fecerunt, postulaverunt tamen ut dictus primarius à Collegij Regimine removeretur, placuit de factis exprobratis inquiri per syndicum universitatis, priusquam judicium feratur, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit

Vill Rector

Die undecimâ mensis Martij 1706. Natio Gallicana apud Maturinensis officium magni Nuncij pro Noviodi et Episcopatu Virdunensi vacans per obitum Jacobi Gerard contulit Carolo Francisco de Lobel civi Parisiensi, qui solita juramenta præstitit.

Die 16. Martij 1706. In comitijs supplicatorijs apud Maturinenses habitis, 1mo In singulis penitus de more consistentia, ubi facultâ supplicandi potitate, supplicaverunt pro literis nominationis pro Magisterij in Artibus et Gymnasiarchij Christophorus Hemard clericus Senonensis, Philippus Nicolaus Tozier subdiaconus parisinus, Franciscus Osmont clericus parisinus, Carolus Chartier clericus Senonensis, Joannes Baptista de Boscgenry presbyter Lexoviensis Franciscus Gaston le bas pbr Moldensis, Guillelmus Fauvel diaconus Rothomagensis, Franciscus de Bacq Diaconus Ambianus, et Nicolaus Bailly subdiaconus Remus, quibus his literas nostras, quas petierunt concedi placuit. Atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. Deinde item in Comitium seu Capitulum, ubi postquam D. Rector perorasset probatis, quæ gessisset in hoc trimestri magistratu, decretisque ei eo nomine literis Commendatitijs, processum est ad Ædem sacram sub Invocatione Sancti Martini in Collegio Sorbonæ positam, ubi M. Nuricæus Rector Theologus et dicti Collegij primarius rem sacram fecit, M. Mugglij Rectoris Theologus concionem habuit.

Vill Rector

Die 23. Martij In comitijs Deputatorum Communitatis apud D. Rectorem in Collegio Sorbonæ positio extra ordinem habitis, quâ re placuerat, ut M. Vincentius Collegij Juris utriusque Decanus, et M. Stephanus Duclos Franciæ procurator una cum Communitatis Syndico se conferrent in Collegium S^ti Michaelis, ibique cognoscerent de querelis tum primarij, tum procuratoris et Bursariorum, recitatis hodie, quæ per duos Deputatos conscripta fuerant, placuit intra mensem rationes acceptî et expensi reddi à procuratore, atque in ejus locum eligi, qui interim dicti Collegij negotia gerat, donec res plenius discutiatur. Et quia contra statuta, ne Bursarius, qui idem est procurator et Capellanus non studuit hactenus, in ulla facultate, placuit eum quam primum studere et testimonia eorum professorum, quos audiet, proferre; quod ni fecerit, Eum huâ Bursâ privatum iri. quod vero spectat ad Bursarios nomine Brigoriæ, qui accensus esse et in Collegio, et extra collegium solet, visum placuit sub pœnâ privationis Bursæ, ne deinceps ordinarios, absque ita à D. amplissimo Rectore concessum

Lecti sunt libelli duo supplices, alter oblatus ab aliquot Bursarijs Collegij Forteti, alter primarij, quos quidem libellos placuit ad partes hinc inde communicari, et delegati sunt M.M. Vincentius Collegij Archiepiscopi Decanus Juris utriusque, et Stephanus Duclos Franciæ Procurator Guillelmus Nativitatis Procurator qui de querelis tui primarii, tui Bursariorum quam primum inquirerent, absque ita ab amplissimo Rectore concessum fuit.

Vill Rector

Die 24. mensis Martij 1706. In Comitijs Rectorijs apud maturinenses horâ decimâ matutinâ demore habitis, factâ supplicandi potestate, nobilis Adolescens Dionysius Rouillé clericus parisinus phiae studens in Collegio Sorbonae plessaeo, petijt immunitatem ab onere scribendi et molestiâ, ob graue incommodum, quo urgetur, impeditur que ne lectiones professoris scripto excipiat; Alter supplex Henricus Baudelot clericus Remensis post confectum phiae cursum in Universitate Remensi à Remigialibus Anni 1702. ad ferias Academicas anni 1704, ut constitit diplomate munito sigillo dictae Universitatis, et cui Rector subscripsit, petijt ut biennium illud Remense sibi hic parisijs pro uno anno haberetur. quibus de supplicationibus studito syndico Universitatis, dimissae ad deliberandum Nationes, postea per ornatissimos procuratores renunciauerunt sibi placuisse concedi utrique supplici, quod petierunt.

Confirmati verò quadrumuiri, nempe, MM Benignus Caillé Ementus Rhetoricae professor in Regiâ Nauarra; Henricus des Jardines Bacc. Theologus, Jacobus Lavoisé ementus professor in Regiâ Nauarrâ, et venerandae Normanorum Nationis exprocurator, et Carolus Antonius Marchand Bacc. Theologus, praestito, ut fieri solet, solemni Sacramento in conclaue ingressi, paulò post per Normanum renunciauerunt se unanimi consensione prorogauisse Rectorios fasces amplissimo D. Rectore, quae prorogatio à singulis Nationibus vehementer comprobata est et confirmata.

Die decimâ tertia mensis Aprilis 1706. In Comitijs Deputatorum Universitatis apud Maturinenses habitis ad celebrandam synodum Beneficiariorum Universitatis, omnes tum pastores Ecclesiarum praeter M. Nicolaum Matthieu nuper vitâ defunctum, tum Capellarij, per se praesentes comparuerunt, praeter M. Nicolaum Cordier, qui per procuratorem comparuit, et M. Colon qui excusatus est propter morbum, quod M. Vincentius Maillot clericus Lingonensis abdicauit per Resignationem puram, ut vocant et simplicem Capellaniam B. Mariae in Ecc.ae S.ti Andreae de Artibus, eandem Capellaniam sic vacantem Universitas contulit M. Claudio Capperonnier diacono Ambianensi, et in Theologia Licentiato, atque ita conclusum.

Ibidem supplicauerunt pro literis nominationis Jure Magisterij in Artibus et quinquennij Joannes Colonges Subdiaconus Claromontensis, et in Ecclesiâ Collegiatâ B. Mariae Riomensis Canonicus; et Joannes Baptista Robinet presbyter Altissiodorus, easque literas utrique concedi placuit atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

Vidi Rector

Die 17. mensis aprilis 1706 In Comitijs ord.ris Reputatorum Vniuersitatis apud S. Petrum in Collegio Sorbonæ passim habitis, quæ ad hunc diem propter feras dilata fuerant.

Supplicauerunt pro literis nominationis ; ut Magisterij in Artibus Garinquerius Franciscus Escomel pbr Vrbanensis, & Dionysius Le Roux subdiaconus & Ieserensis, quas utrique comode placuit, atq; ita concluſum

De controuersiâ ortâ inter M.M. Clementem Duff, & patricium Prier, quorum alter minorum M. Duff electus fuerat Constantiæ Germanorum Nationis procurator Major suffragiorum numero, alterus verò, licet antiquioris nulla habita fuisset ratio, propter ea quod dicerentur non satisfecisse dictæ nationis statutis, postquam eadem iurarunt partes, cùm visum sit rem non satis liquere, placuit ampliari; Interim procurationis munus geri ab eo, qui electus esset procurator Ita ab amplissimo Rectore concluſum fuit.

Quod M. Franciscus Escomel procurator Collegij Augustodunensis supplicauisset in Comitijs honorandæ Gallorum nationis, ut cooptaretur inter Tribunos dictæ nationis, atque vnanimi consensu rejectus fuisset; postea porrecto libello supplici amplissimo Rectori et Vniuersitatis Reputatis, vt nulla habitâ rationis repulsæ quam passus fuisset, placeret eum nihilominus assumi in numerum Tribunis dictæ nationis, Ea de re visis dictæ nationis Gallicanæ statutis, quorum articulo quarto ejus capitis, quod est de Tribunibus cautum sit, neminem admittatur inter Tribunos dictæ nationis nisi fuerit aut Gymnasiarcha, aut professor, aut Baccalaureus in superioribus Facultatibus, visum est dictum Escomel ritè atque ordine ab honorandâ natione reiectum fuisse, atque ita ab amplissimo Rectore concluſum fuit.

Quod autem M. Balthazar Gibbert Rhetoricæ professor in Collegio Mazarineo reprehendisset Censorem dictæ nationis Gallicanæ, quòd in conclusione mentionem non fecisset Intercessionis à se factæ, ne dictus Escomel cooptaretur inter Tribunos dictæ nationis, placuit ab amplissimo Rectore Declarari dicto M. Gibbert dictam conclusionem à dicto M. Censore Gallicano fymere[?] conceptam fuisse, atque ita ab amplissimo Rectore concluſum fuit.

Rector

Die ~~tertia~~ octaua mensis Maij 1706. In Comitijs Deputatorum universitatis ordinis apud amplissimum Rectorem in Collegio Sorbonae Plessaeo habitis super Controuersia inter MM. Duff. & Pieri orta de procuratorio munere Germanicae nationis, quoniam visum est non liquere placuit ampliari interim instrumenta litis ab utraque parte coram amplissimo Rectore & sapientissimo Theologiae Decano, testesque juratos ab ipsis audiri, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

Vill Rector

Die 17. maij honoranda Gallorum natio apud Maturienses officium magni nuncij pro Dioecesi et Episcopatu Petracoriensi vacans per obitum Nicolai Tubeuf contulit Carolo Le Gendre cuiusque parisiensi qui solita juramenta praestitit.

Die 18a maij 1706. habita sunt ~~[illegible]~~ apud Maturienses Deputatorum universitatis comitia horâ 7a matutinâ, in quibus saluberrimâ Medicorum Facultas per sapientissimum Decanum suum fidem fecit literis testimonialibus se pro sicâ vice tum recurrente ex ordine Facultatum, & Nationum consueto, ad Curiam Sti Andreae de Artibus vacantem per obitum M. Nicolai Matthieu nominasse M. Jacobum Labbé presbyterum Sylvanectensem et magistrum in Artibus, quae nominatio unanimi consensu admissa est, et ideo placuit dictum Magistrum Labbé ab universitate praesentari D. Archidiacono parisiensi de Josia, qui eum repraesentet Illustrissimo Archiepiscopo parisiensi, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Vill Rector

Die 31a maij habita sunt extra ordinem comitia Deputatorum universitatis apud amplissimum Rectorem in Collegio Sorbonae Plessaeo, ubi amplissimus Rector exposuit rumore publico per urbem sparsum esse M. Jacobum Labbé qui a saluberrimâ Medicorum Facultate, cujus vices recurrerant, ad Curiam Ecclesiae parochialis Sti Andreae de Arcubus nominatus erat die 10a mensis maij; quamvis die 18a ejusdem mensis praesentationem obtinuisset ab universitate, cui publicè apud Maturienses ipse per se solitum sacramentum in manibus amplissimi Rectoris obtinuisset; deinde a D. Archidiacono de Josaio repraesentatus fuisset Eminentissimo Cardinali de Noailles Archiepiscopo parisiensi, a quo Collationem accepisset, tamen demittere velle illud Beneficium, et in ejus nocte mitti possessionem quod cum possit litis materiam praebere inter ordines Academicos, remissâ in deliberationem, audito prius M. Edmundo Pourchot syndico universitatis placuit a syndico nomine universitatis denunciari dicto Magistro Labbé ut quamprimum ineat possessionem dudum vacantis istius beneficij, aut si illud malit demittere, eam demissionem non in cujusquam alius quam in manus tradi amplissimi Rectoris. Interim intercedi a syndico quominus a quoquam ordine ad novam electionem procedatur prius, quam super imminentibus difficultatibus, quibus turbari posset Academia, patroni in rebus Ecclesiasticis ac Beneficiarijs versatissimi quid juris sit consulantur atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

Vill Rector

Die quintâ Junij 1706. In comitijs Deputatorum universitatis ord.ijs apud amplissimum Rectorem in Collegio Sorbonae plessaco habitis

Supplicauerunt pro literis nominationis jure magisterij in Artibus et quinquennij Matthaeus Bourgarel pbr pinerolensis, Ludouicus de Blondel Subdiaconus Dolensis, Jacobus Pannier Clericus Suessionaeus, et Claudius Aubry Clericus Catalaunensis, quas illis literas concedi placuit, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit

Auditis Magistris Piers et Duf de Germanicae nationis procuratorio munere contendentibus, perpensique rebus omnibus ad eam rem pertinentibus placuit confirmari Electionem Magistri Duff, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit

Vill Rector

Die 16. Junij 1706. In Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses habitis, 1.us in angulo peristylij de more consessum est, ubi factâ supplicandi potestate supplicauerunt pro literis nominationis Jure magisterij in Artibus et quinquennij Richardus Regnault presbyter Bajocensis, Joannes Babbec pbr Ruthenus, Petrus de Leau Diaconus Rothomagaeus, Renatus Ludouicus Revel Subdiaconus Sagiensis, Andreas Michael Raveneau Subdiaconus parisinus, Jacobus Hulin Clericus parisinus, et Albinus Bourdois Clericus Senonensis, easque quas petierunt literas nominationis illis omnibus concedi placuit, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit

Deinde Itum est in Comitium sive capitulum, ac postquam ibi D.s Rector peroravit, probatis quae gessisset in suo trimestri magistratu, decretisque eidem literis commendatitijs, processum est ad aedem Deo sacram sub Invocatione S.ti Ludouici in Regia Nauarra ubi M. Doctor Theologus, et magnus Nauarrae Magistri rem sacram fecit, M. Langevin Item doctor Theologus concionem habuit.

Vill Rector

Die 22. Junij honoranda Gallorum natio apud Maturinenses officium magni nuncij pro diocesi et Episcopatu Agathensi vacans per obitum Petri Marescol contulit Marco Heron ciui parisiensi, qui solita juramenta praestitit

Eodem die 22. Junij ibidem Eadem Natio officium Magni nuncij pro diocesi et Episcopatu Corisopitensi vacans per obitum Joannis Billecau contulit Marco Nau ciui parisiensi qui solita quoque Juramenta praestitit.

Die 23. Junij 1706. In Comitijs Rectorijs apud Maturinenses hora decima matutina de more habitis, facta supplicandi potestate

1° Franciscus Petrus Barbier clericus parisinus discipulus M. de Bacq celeberrimi physici professoris in Mazarineo, quod in vero nominis ordine scripsisset in Catalogis, Petrus Franciscus petijt ut sua nomina in ordine rectus, quo sunt in Tabulis Baptisterijs registrentur. /

2° Joannes Gabriel Robinot clericus parisinus, quod in Catalogis discipulorum M. Le Blond physici professoris in Mazarineo scripsisset, Joannes Baptista petijt ut in literis Magistrij in artibus petijt, ut pro Baptista Scribatur, Gabriel ita, ut sit Joannes Gabriel, deleto Baptista.

3° Matthæus Mary clericus claromontensis, quod à patre suo accersitus nomen suum non inscripsisset in postremo Logicorum Catalogo, quia putabat se non rediturum, atq; adeo interpretatus ut sibi frustra fore, petijt ut sibi nihilominus liceret ad examina Magistrij in artibus admitti. /

4° nobilis adolescens Augustinus du Bellay de Ternay clericus Senomanensis, cujus nomen in Magistrij primo Logicorum Catalogo prætermissum quod cum Catalogus fieret conscriberetur, tunc ægrotabat, ut constitit medicorum testimonio, petijt quoque, ut sibi nihilominus liceret admitti ad examina Magisterij in artibus; de quibus supplicationem audito M. Edmundo Pourchot syndico universitatis, admissa ad deliberandum natione, postea per ornatissimos procuratores renunciatum est sibi placuisse indulgere gratiam quatuor supplicibus quod petebant, atq; ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

Confirmati quadrumviri M. Ludovicus Grosley Bac. Tyrol M. Matthæus Mathieu viri procuratorij, M. Michael le Tellier Licentiatus in Theologia, et M. Martinus Martinot præstito, ut moris est, solemni sacramento in conclave ingressi renunciarunt per M. le Tellier se rectoris fasces manibus contulisse prorogasse amplissimo Rectori quæ prorogatio, à singulis nationibus ratificata et confirmata.

Die 25. Junij natio Gallicana apud Maturinenses officium magni muneris pro Rothomagi et Ephoratu Oleronensi vacans per obitum Guillelmi Morin contulit Jacobo de Vin cui præstiti qui solita juramenta præstitit. /

Die 3. Julij 1706. In Comitijs Deputatorum Universitatis Ordinis apud R. Rectorem in Collegio Sorbonico plurimis habitis supplicationem pro literis nominationis Juris Magisterij in artibus Eguinensis Carolus Gaillard pro Rothomageni, Ludovicus le Bas pro Rothomagensi et frater Carolus Stephanus Cassé artium Magister Senonensis, Monachus Clarevallensis ordinis cisterciensis

quod M. Bernardus Collot Collegij Forteti primarius nuper obtulerat scriptum quoddam, quo ipse & dicti Collegij Bursarij declararent conuentionem et pactionem inter ipsos initam fuisse, quâ desisterent à persequendâ lite, quam ad Tribunal Academicum detulerant, visum est eam pactionem ab Vniuersitate approbari non oportere. Et quia M. Vincentius Collesson sapientissimus consultissimæ Facultatis Decanus exposuit, se propter maximas occupationes suas, non posse perficere quod inchoauerat, nimirum, vt interrogaret, audiretque testes qui producerentur, placuit rogare amplissimum Rectorem, vt negotium illud ipse susciperet, adjuncto sibi ornatissimo honorandæ Gallorum nationis procuratore. quod si dictus primarius et Bursarij remissiùs egerint, negotium datum est syndico Vniuersitatis, vt eam rem suo nomine persequatur. Atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

Cum Magister Caperonnier nuper Capellaniâ B. Mariæ in Ecclesiâ Sti Andreæ de Arcubus donatus ab Academiâ exposuisset, nullos sibi titulos seu Chartas tradi, quibus quid boni ad id beneficium pertineret, cognosceret. Extare modò ædiculas duas ruinosas, quas nemo propter vetustatem velit, nimi minimi conducere, inde vix ~~satis~~ percipi satis reditûs pro missis per singulas hebdomadas celebrandis, soluendóque vectigali viginti libellarum huicce beneficio Capitatim imposito, cumque orasset item ab Academia sibi super his rebus subueniri. Audito syndico Vniuersitatis, visum est è re atque honore Academiæ esse parvum hoc in virum rarâ modestiâ datrinaque non vulgari commendabilem meritum tueri. quare placuit titulos illos ac chartas ab heredibus Mo Jacobi le Gentil huius Capellaniæ vetimi possessoris repeti; citari eosdem heredes vt cum deputatis ex Academiâ, præsentibusque ministris publicis, status illorum ædium recognoscatur. Cogi eosdem ad illarum refectionem. quod si minus fieri possit, illas pecuniâ Vniuersitatis refici, eâ tamen lege, vt impensæ omnis Academiæ redderentur prius, quam Magister Capperonnier aut quivis alius quicquam ex earum reditu percipiat. Tum denique rogari D. Rectorem, vt cum Eminentissimo Cardinali ~~agat~~ de Noailles agat, si missarum per hebdomadas celebrandarum e duabus vna possit intermitti, vsque dum illa Capellania meliorem conditionem assecuta fuerit. Atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

die ultimâ mensis Julij 1706. In Comitijs Deputatorum universitatis In Collegio Sorbonæ plessæo apud D. Rectorem extra Ordinem habitis Supplicauerunt pro literis nominationis Iure Magisterij In Artibus et Quinquennij Petrus Charlet Clericus Boloneus, & Et Carolus Thomas Clericus Nouiomensis, eisque illis utrique concedi placuit, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit

Comparuerunt MM. du Clos honorandæ Nationis procurator D'yvri Censor, Gentilhomme quæstor, Chalgram ab eadem Natione deputatus ex unâ parte; Ex alterâ Magister Durban Tribûs Bituricensis Decanus contra quem ~~M~~ dictus M. d'Ivri libellum supplicem obtulerat. Exposuit Idem Censor Magistrum Durban litigiosi animi virum esse, qui cum sæpe aliàs plurimis, tum nuper procuratori suo, quem debeat obseruare sub inani et falso Deputati nomine, molestam apud prætorem Urbanum Intenderit litem, quæ maximâ sui parte (scilicet quod spectaret ad Deputationem) ad Academicum Tribunal secundum statuta Universitatis, pertineret. Quamobrem postulauit Academicâ authoritate, et procuratoriæ dignitatis honori, Et quieti Universæ Nationis consuli, simulque In prædictum Durban pro merito animaduerti. Deinde verba fecit dictus M. Chalgram, suæque nationis nomine postulauit, ad exitum perduci tandem Negotium, quod Academica sententia Lata die 29 augusti Anni 1705, Magistro Guyard tum procuratori Censori et quæstori, qui nunc sunt, datum fuerat recognoscendi rationes dicti M. Durban cum quæsturam gereret nationis habere enim Iam ipsos In promptu, quo non bonâ fide actum fuisse à dicto M. Durban ostenderent. Postea causam suam egit dictus M. Durban. Ijs verò Egressis, audito Syndico Universitatis, placuit antquam ius fiat, à prædictis Censore et quæstore (quoniam Magister Guyard Ex procurator à decem penè mensibus grauissimo morbo detinetur) quæcunque aut omissa, siquæ sunt, In dictis rationibus Inuenerint, Communicari cum Syndico Universitatis, & ad Academicum Tribunal deferri, ut primo quoque die Comitiorum qui septimus occurrit mensis Augusti super omnibus Uno judicio pronuncietur; Atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit

Septem Forteti Collegij Bursarij, de Cambefort, Rabaille, Courteille, Pomerol, Chanboit, Bonnefon, Blanquart, qui mense Martio amplissimo Rectori Libellum supplicem obtulerant refertum grauibus In primarium suum accusationibus, de quibus à Magistris Colleson Iuris Decano & du clos Gallicanæ nationis procuratori

ad id

Ad id ab Academico Tribunali deputatis, inquiri coeptum erat testesque auditi fuerant, datâ sibi in Comitia ingrediendi facultate, palam omnes et singuli confessi sunt, crimina in supradicto libello contenta, non esse vera, sed animi levitate et pravis consilijs inductos se fuisse, ut id negotij primario suo facesserent. Enixè deinde rogaverunt sibi, et à dicto primario ignosci, et ab Academico Tribunali pœnas remitti, quas meruerant. Tum pariter auditus est M. Bernardus Collot primarius, qui vi confessionis illius, ut propensionem in Bursarios suos ostenderet, declaravit se nolle deinceps jus suum in illos persequi, sed ijsdem veniam dare, si ita Academico Tribunali videretur. Syndicus universitatis postulavit, ut nihilominus nomine suo, tam contra primarium, quam contra Bursarios continuaretur inquisitio. Remissâ indeliberationem, visum est ab Adolescentibus inscijs rerum, et culpam suam publicè confitentibus, non repeti pœnas tanto crimini debitas. Ne tamen ejusmodi audacia impunita si esset, in pessimum exemplum traheretur; placuit eam mulctam dictis Bursarijs irrogari, ut per mensem integrum, peracto sacro, cæterisque Bursarijs egressis, in sacello dicti Collegij, flexis genibus quotidie quartâ horæ parte remanerent, per unum item mensem statim à prandio cubiculum suum quisque repeteret; et per sex menses quintâ Bursæ suæ parte carerent, quæ pauperibus alijs Scholasticis per procuratorem dicti Collegij erogaretur. Placuit insuper eosdem septem Bursarios ab amplissimo Rectore admoneri, ut ita in posterum se gererent, ut ne Academiam unquam illorum pœniteret. Tum demum jussus est dictus primarius Academicum hoc judicium, præsentibus omnibus ejusdem Collegij officiarijs ac Bursarijs, post sacrum semel altâ voce perlegere, factâque ipsi potestas est, ut de illis pœnis, quantum illorum septem Bursariorum quisque modestiâ suâ mereretur, relaxaret; atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

Die 7ª augusti 1706. In Comitijs Deputatorum universitatis ordinarijs apud D. Rectorem in Collegio Sorbonae professaco habitis supplicauerunt pro literis nominationis jure magisterij in Artibus et quinquennij Ægidius Varnier clericus Catalaunensis F. Albanus Ashton presbyter Cestrensis Anglo-Benedictinus Antonius Grandin clericus Noviodunensis, Antonius Reneufve clericus Noviodunensis Carolus Goüillard clericus noviodunensis Capellanus Capnia Sti Lazari. Claudius prunay de Chambouzon clericus Senonicus Franciscus Audebert clericus Turonicus Beneficiarius Franciscus Bachelier clericus Cenomanensis Germanus prudot clericus Altissiodorus Capellanus Capnia Sti Josephi de Colanges Henricus Florent diaconus Parisiensis, Hilarius Carolus D'auvergne Acolythus Iprensis Hieronymus franciscus Larcher clericus Senonicus Jacobus Faver diaconus Turonicus Canonicus Sti Salvatoris d'Herisson in Diocesi Rutenensi, Joannes Basan clericus Constantiensis nobilis Joannes Bizet diaconus Senonensis, Joannes Bapta Clement acolythus Ambianus; Joannes le Beuf clericus Autissiodorus Joannes Carolus Lucas diaconus Ambianensis Joannes Denis clericus Bellouacensis, Joannes Denisart clericus Laudunensis Joannes Godart clericus Ambianensis, Joannes le Machois Acolythus Rothomagensis Joannes Baptista stephanus Joüan diaconus parisinus Capellanus in Eccia Cath. Turonensi. Joannes Meurice Acolythus Ambianensis, Joannes queneulle Subdiaconus Boloniensis, Julianus Rocquain diaconus Cenomanensis, Ludouicus Antonius de la fontaine subdiaconus Rothomagensis Ludouicus Thevenin Acolythus parisinus, Ludouicus Pingré clericus Ambianus. Ludouicus Rohault clericus Ambianus Ludouicus Trencart Acolythus Ambianus. Nicolaus franciscus Bruslé clericus Meldensis, Nicolaus Sencier clericus Ambianensis Nicolaus Varnier clericus Catalaunus. Joannes Bontaine Hugo clericus Atrebatensis. Paulus le Jeune subdiaconus Lingonensis. Petrus Brunet pbr Cenomanensis, Petrus Cressonneau clericus Bellovacus Petrus Cosmas Regnier clericus Rupellensis, Petrus Granget clericus Catalaunensis, Philibertus Gueston pbr Claromontensis. Petrus Raulet clericus Catalaunensis Petrus Ludcus de Nayville clericus Rothomagensis, Radulphus Leveque Acolythus Suessionensis Simon Henry subdiaconus Lingonensis, Thomas Moullin diaconus Lexoviensis Josephus Renatus Vauguion clericus Cenomanus Petrus Bigorgne clericus Ambianensis, Simon petrus de villers clericus Noviodunensis

Moyen Papier Deux Sols La Feuille

Eodem die 7. augusti, quod M. Durban Tribûs Bituricensis ~~Decanus~~ In honorandâ Gallorum natione Decanus à Magistro D'Ivry ejusdem Nationis Censore citatus per Robertum le Cuirot Normanicæ nationis appartore, libello dato die tertiâ augusti anni præsentis non comparuit, postulavit idem M. d'Ivry unà cum Magistro Chalgram ab eadem Gallorum Natione deputato, dari sibi actum deserti à dicto M. Durban Vadimonij. Re in deliberationem missâ, placuit eundem M. Durban denuò citari In diem mercurij undecimam hujus mensis, horâ primâ post meridiem apud amplissimum Rectorem In Sorbonæ plessæo; atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

Honorandæ Gallorum Nationis censor postulavit ut ex deputatis universitatis aliqui se conferrent In Collegium Grassinæum, quod ipse quoque postulavit dicti Collegij primarius, ut cognoscant siquid ibi corrigendum esse videatur. Id negotij datum est ornatissimis fidelissimæ & constantissimæ Nationum procuratoribus, qui eâ de re referant ad Comitia; atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit

Die undecimâ mensis Augusti In Comitijs deputatorum universitatis apud amplissimum Rectorem In Sorbonæ plessæo habitis, Comparuit M. Durban citatus à MM. d'Ivry et Chalgram, postulavitque, ~~et~~ antequam ad ea quæ sibi à prædictis MM. crimini dabantur, responderet, secum communicari libros censoris quæstorisque honorandæ Nationis, ut siquid In rationibus suis, aut accepti, aut expensi, dum quæsturam gereret, omisisset, posset recognoscere. Auditis partibus, re missâ In deliberationem, placuit libros suprà dictos deferri ad ædes amplissimi Rectoris, ibique ad certam diem, quam idem Rector amplissimus Indiceret, præsentibus MM. d'Ivry honorandæ Gallorum nationis Censore, Gentilhomme quæstore, & Chalgram deputato, fieri dicto Durban potestatem prædictas rationes suas Inspiciendi, ut postea res illa ad proxima quæque comitia referatur, unà cum alterâ parte litis In dictum M. Durban à M. d'Ivry illatæ, definitivo Judicio dirimatur, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit

Die 14. augusti 1706. In Comitijs præclaræ Facultatis Artium apud Matuorinenses habitis horâ 7.ª matutinâ, ut moris est, ad Eligendos Examinatores Candidatorum Licentiatûs In artibus propositi sunt à Cancellario B. Mariæ pro honorandâ natione M. Edmundus Pourchot Emeritus philosophiæ professor, pro fidelissima M. Josephus Antonius du fresne, pro veneranda M. Ioan. du authieu professor Harcurianus, pro constantissima M. du fay.

Tosdem

Eohdem à Cancellario sto Genouefa eodem Nationis ordine, M. M.
Gabriel Montarin Bac. Theol.; Nicolaus Magnier,
antea professor Literarum Humaniorum, Ambrosius Playne Hiber-
Lexonius, et Matthæus Kelly hbr Licentiatus in Theologiâ,
eosque singulos binos nationis elegerunt & probauerunt.

Nemine factâ supplicandi potestate, hi supplices accesserunt; 1mus
Petrus de Vienne de Valliere clericus parisinus petijt, vt
cognomen gentilitium quod in Catalogis scribere omiserat reponeretur
in literis Magistrij in Archiu.

2d. Carolus Gouillard clericus Norriomensis, quod per
inaduertentiam scripsisset in Catalogis Goullard pro Gouillard
petijt, vt in literis Magistrij in margine hoc erratum corrigeretur.

3us Andreas Guillelmus Lantilly clericus parisinus quod à se
scriptus non esset Guillelmus, sed Andreas tantum, petijt vt in
literis Magistrij in margine adderetur, Guillelmus.

4us Hieronymus Franciscus L'Archer clericus Parisinus, quod
inuerso nominis ordine, pro eo, quo esse debuit, Hieronyme
Franciscus scribus esset, Franciscus Hieronyme, petijt, vt
reponeretur in literis Magistrij in Archiu Hieronymus Franciscus Lanzis.

5d. Jacobus Pepin Rothomagensis quod nomen suum non
scripsisset in primo physicorum Catalogo in Collegio Nazarenæo
morbo seruet impeditus per tres circiter hebdomadas ob vim sibi
factam à quibusdam sicarijs, qui eum derepente inuaserant & abripere
conabantur, quò ire nollet, petijt vt sibi nihilominus liceret
admitti ad examina Magistrij in Archiu. De his supplicibus audito
M. Edmundo procuratore hyadeus, dimissa ad deliberandum natione, postea
per ornatiss. procuratorem relatum, sibi placuisse indulgere primum
quinque supplicibus, quod petierunt.

Supplicauit et Ioannes Petrus Estancelin Rhemensis, vt post primum cursum
in vniuersitate cadomensi confectum per biennium, petijtq; vt illud biennium tabuerit
sibi hic pariter pro uno anno haberetur; sed cum remitti placuit ad alia
comitia. atq; ita ab amplisso Rectore conclusum fuit.

Quod autem ab uno primo professore delati essent Catalogi in
quibus descriptorum nomina scripta non essent sua ipsorum manu, sed
manu professoris, placuit indulgere professori illi pro hac uice tantum
scholasticis propria manu nomina suis Catalogis scriberent, ita tamen cautum & generaliter
vt id fieret posthac decretum; atq; ita tandem ab amplisso Rectore conclusum fuit.

MOYEN PAPIER DEUX SOLS

quod M. Edmundus puncta Syntaxeos verba facien de Regundis disciplinarum & exercitationum publicarum tribus, ne Inferiorum Scholarum ~~suae~~ Magistri ac professores ea docerent discipulos suos, quae eorum captum superarent, neglectis ijs quae necessaria sunt, ac ne etiam superiorum Scholarum professum, producerent publice discipulos ad respondendu de ijs quae ingenia sua, deijs placeret remitti ad D. Rectorem, & eos qui deputati essent a singulis nationibus, nempe ab honoranda deputati suae MM. Artium & Theol. a posthac MM. de Graeq or Rectore convocari, quos ad eam rem magis honoros, videlicet a venerandas placuit ab amplissimo Rectore convocari. a Constantiss.a Roath MM. Norris & Magenis

Quod autem unus philosophiae professor detulit Catalogos, in quibus discipulorum nomina scripta non erant ipsorum manu, sed manu professoris, placuit indulgeri professori illi pro hac vice, sed quod a multis jam annis decretum fuerat, et hactenus observatum, ut Scholastici propria manu nomina sua in Catalogis scriberent, id rursus decretum est, ut Scholastici ipsi nomina sua in Catalogis scriberent, atq; hâc ab amplissimo Rectore conclusum fuit

Die 23. augusti In Comitijs Septembribus apud Sorbonam professorum propter Instantes ferias anticipatis

De Controuersijs inter Magistros D'Ivry Gallicanae nationis Censorem, Gentilhomme quaestorem, Chalgrain Deputatum, Ex unâ parte; Ex alterâ Magistrum Durban Tribûs Bituricensis In eadem nationem Recensu; In quibus controuersijs dictus Durban Insimulabatur 1°. lites et molestias dictae nationi plurimas Exhibuisse. 2°. non bonâ fide in rationibus suis essse, cum eam quaesturam exerceret. M. D'Ivry Censor nationis suae causam egit, dixitque, ut sententia Academici Tribunalis lata die Vndecimo augusti satisfaceret, & cum dictis Magistris Gentilhomme Et Chalgrain apud amplissimum Rectorem, ad conferendam horam ac diem conuenisse. Eodem attulisse Libros Censorium & Quaestorum dictae nationis, nec non et tabulas a se scriptam protulisse, in quâ contribuantur errores facti M. Durban, quo potuisset ipse fieret eosdem errores facilius recognoscendo. Dictum verò Magistrum Durban, quamvis ritè per Apparitorem citatum non comparuisse. Die sequenti 29. augusti ad mandatum Domini Rectoris & ijsdem Libris ac tabulâ instructum cum dictis MM. Gentilhomme et Chalgrain redijsse: dictum vero M. Durban iterum admonitum, nihilo plures fecisse Academicae authoritati, nec gessisse. Ex illâ igitur fugâ Existimatu facile esse quae dictus Durban talem

Rationum suarum recognitionem formidaret. quod autem Ipse dictus Durban per Accensum urbani fori denunciasset, oportuisse dictos errores sibi significari prius quam apud D. Rectorem conveniret, falsum esse ac futile effugium, cum idem Durban coram Judicibus, die undecimâ Augusti palam confessus esset, se neque memoriâ tenere, quid quaestor egisset, neque codices ullos rationum suarum asseruasse. Sed addidit Idem Censor habere se in alterâ parte litis unde grauius de Litigiosâ Indole dicti Durban quereretur. Illum enim ab annis tredecim, ex quo Lutetiam repetierit non desijsse litem Et Nationi suae, et Nationis Magistratibus Intentare, in quibus nunquam vicerit: quater aut quinquies dictam Nationem ab eo ad varia Tribunalia, spreto Academico Tribunali traductam fuisse: Eundem anno superiore, Academicâ sententiâ admonitum fuisse, ut modestius in Comitijs se gereret. quo omnia Censor publicis Instrumentis comprobavit; Nihilominus dictum Durban nuper procuratori suo, qui primus sit in natione Magistratus, Iniquam apud proprietorem urbanum, de muro quodam reficiendo, litem Intulisse sub Inani et falso nomine Deputati. Nam si deputatus esset, necne, ageretur, eam cognitionem primum ad Academicum Tribunal, ex statutis, pertinere. Sed Ipsum à nemine, ne à Tribu quidem suâ, fuisse ullatenus Deputatum, nec quicquam plus habere in eâ juris, quam quatuor Alij dictae Nationis Decani, qui fateantur se non esse in eâ parte deputatos. quamobrem dictus Censor postulauit In dictum Durban, quod Academicam authoritatem toties spreuerit animaduerti, simulque & procuratoriae dignitati et universae nationis quieti consuli.

Postea dictus M. Durban reposuit se conuenturum fuisse ad horam ac diem Imperatam, si prius errores, de quibus accusabatur, sibi fuissent per Apparitorem significati; fieri posse, ut tam in Impensis, quam In acceptis rationum suarum aliquid omisisset, cum omnia liberè Inspexisset, aut accepta Impensis compensaturum, aut si aliquid deberet soluturum. quod spectaret ad crimen illud Indolis Litigiosae, neminem esse se pacis Amantiorem, sed sua cuique Jura esse tuenda et conseruanda. Litium Illarum, quas aut cum Natione, aut cum Nationis Magistratibus exercuerit nonnullas amicè compositas, nonnullas secundum se judicatas. In ultimâ Illa controuersiâ, quam cum Magistro du Clos

procuratore

MOYEN PAPIER DEUX SOLS LATEVILLE

procuratore nuper coram proprætore urbano, pro muro reficiendo habuerit, si velint Academicæ deputati decernere, utrum læsa, nec ne fuerit, Academica Jurisdictio, certare se Interdicto, quoniam ea cognitio ad proprætorem urbanum, quem appellauerit, pertineat.. Auditus est deinde Syndicus universitatis, qui dixit inter Censorem, & dictum Durban hoc interesse, quod censor in fidem eorum quæ diceret, Instrumenta publica proferret; dictus verò Durban quamquam admonitus die 11.ª augusti supradicta à Domino Rectore ut afferret, nulla afferret nec haberet. In ultimâ illâ lite duas fuisse partes altera fuit, quæ pertineret ad proprætorem urbanum, utrum murus de quo agebatur, esset, nec ne reficiendus; altera, quæ pertineret ad Academiam, utrum dictus Durban esset à Natione sicâ Deputatus, jusque haberet procuratorem suum suo nomine Injus vocandi. Illum verò non fuisse Deputatum patere ex eo, quod cum sint In Natione Gallicanâ Decani quinque, quatuor alij factum dicti Durban actu publico Improbauerint, Et ad partes Magistri du Clos non solum apud Academiam, sed apud proprætorem urbanum accesserint. nam quod ad errores, de quibus idem Durban In rationibus suis argueretur, apparere illum non candidè satis ac bonâ fide agere, qui datâ sibi potestate eosdem apud amplissimum Rectorem libere et maturè recognoscendi, oblatam sibi facultatem respuerit, Et amplissimi Rectoris Indulgentiâ abusus fuerit:

Re missâ In deliberationem, rogatis dictisque sententijs, placuit unanimi consensu Deputatis, ut tranquillitati, quâ literati homines Indigent, consulatur, dictum Durban deinceps omni suffragio tam actiuo quam passiuo In dictâ Natione priuari; omni aditu ad Comitia siue generalia Academiæ, siue priuata nationis In perpetuum Interdici: Eidem tamen propter ætatem jam provectam Jura utilia ad decanatum pertinentia conseruari; sed nihil ex ijs persolvi prius, quam dicto Magistro du Clos procuratori, pro læsâ ejus dignitate, coram alijs quatuor Decanis In scholis viei straminei satisfecerit. Quod spectat ad rationes dicti Durban, erroresque Ipsi Imputatos, data est utrique parti facultas Jus suum ut libuerit persequendi. Atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. | ℘

Die 27. augusti 1706. Natio Germanica apud Maturinenses congregata Officium magni Nuncij pro ciuitate, Dioecesi et Archiepiscopatu Coloniensi vacans per obitum Marcellini Charles contulit Jacobo Nicolao Rondeaux ciui parisiensi, qui solita Juramenta præstitit. |

Die 18. Septembris 1706 natio Gallicana apud Maturinenses
officium magni Nuncij pro diœcesi et Episcopatu Toloniensi
vacans per obitum Ludovici Jost contulit Dionysio Micharli
Chabouillé civi parisiensi, qui solita juramenta praestitit.

Die 2. mensis octobris 1706. In Comitijs Nepatorum
universitatis ordinijs apud D. Rectorem in Collegio Sorbonae plessiano
habitis. Supplicaverunt pro literis nominationis
Jure magisterij in Artibus et quinquennij Claudius Antonius
Landrin presbyter parisinus; Petrus de la fosse
Subdiaconus Lemovicensis, et Petrus de quem
Clericus Suessionaeus, atque eas illis concedi placuit, atque
Ita ab amplissimo rectore conclusum fuit.
placuit accedere ad causam M. Capperonnier
Capellani Capellaniae B. Mariae, quae est in Ecclesia
Sti Andreae de Arcubus ~~de~~ adversus heredes M. Jacobi
Le Gentil dictae Capnae, dum viveret, possessoris, de sartis
tectis earum aedium, quae sunt addictae huic Beneficio.
atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit

Die 6. octobris 1706 In Comitijs supplicatorijs
apud Maturinenses habitis, primum in Angulo de more
consessum est, ubi facta supplicandi potestate, supplicavit
pro literis nominationis Jure Magisterij in Artibus et
Quinquennij, et Baccalaureatus in Theologia Jacobus
Simonneau Presbyter parisinus, easque illi concedi
placuit, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.
Deinde Itum est in Comitium seu Capitulum ubi
postquam D. Rector peroravit, probatis, quae gessisset
in suo magistratu, decretisque ei Literis Commendatitijs
processum est ad Aedem Deo sacram sub Invocatione
Sancti Jacobi ab Alto passu, ubi M. Des Moulins
Doctor Theologus, Et Ecclesiae Sti Jacobi pastor rem sacram
fecit, M. Thevenin Nec doctor Theologus
concionem habuit.

MOYEN PAPIER DEUX SOLS LATEVILLE

Die undecimâ mensis octobris 1706 In Comitijs Rectorijs horâ decimâ matutinâ de more habitis apud Maturmenses factâ supplicandi potestate Franciscus Courteille Clericus parisinus, postquam exposuit, se cum philosophiæ operam daret In Collegio Sorbonæ plessæo apud celeberrimum phiæ professorem M. Laurentium du han, ac jam per annum integrum Et sex menses dedisset, à Scholâ dicti professoris ~~Exa~~ Exactum fuisse et exclusum, ortâ Inter Magistrum Bernardum Collot Collegij Fortetij primarium, & aliquot dicti Collegij Fortetij Bursarios, è quorum numero Ipse esset controversia, ac propterea prohibitum fuisse philosophiæ cursum Ibidem persequi, quod eâ Lite unâ cum alijs Bursarijs Implicitus esset, atque Idcirco sibi necesse fuisse alium adire professorem quo deinceps philosophiæ doctore ~~[illegible]~~ ad perficiendum phiæ cursum uteretur. Itaque adijsse M. Jacobum fleury clarissimum In Grassinaio professorem cui nomen dedit, scripsit In posteriore physicorum Catalogo, atque per unum mensem In ejus Scholâ versatus est; sed cum prædicta controversia dirempta fuisset, et planè composita, tum se, ut reliqua studia cum principijs cohærerent, à dicto M. Collot reductum fuisse In Scholam plessæam, atque ibi, quem Inchoaverat, philosophiæ cursum absoluisse. Hæc cum exposuisset, petijt, ut scriptum nomen suum In Catalogo Grassinæo perinde haberetur, ac si illud scripsisset In Sorbonæ plessæo

Carolus pomerol Claromontensis, Itemque Bursarius Fortetius, qui In eadem causa esse ac prædictus Corteille Idem dixit, Idemque petijt quod dictus Courteille

De creil exp.

Florentius de Creil parisinus studens phiæ In Collegio Bajocensi, In Schola M. Leonorij de Romigny Baccalaureo Theologo, postquam exposuit, ac ~~[illegible]~~ fidem fecit se Infirmæ ~~[illegible]~~ uti valetudine, petijt ut à scribendi molestia eximeretur.

4 Claudius Matthæus de Chauvray subdiaconus parisinus, et magistri in artibus, postquam fidem fecit prolato Apographo, sive excripto ex tabulis Baptismatum sibi dicto indicta fuisse nomina, quorum primus is ~~Matthæus~~ Claudius, alterum vero Matthæus, quorum semper tantummodo primum, omisso altero quod dicto Matthæus, postulavit, ut illud alterum in literis Magistrii in artibus adderetur

5 Hercules Dionysius Ludovicus de Corday Glatigny Cenomanensis agentis post confectum jam artium spatium curriculum per triennium in Universitate Cadomensi, in Collegio artium docentis sibi celebrem professionem M. Auber, a Nicolaitibus anni nuper ~~elapsi~~ primi ad nonagesimum novi ad indictionem anni 1701., postulavit ut illud Remensi Cadomense sibi hic parisiis pro uno anno haberetur. Quibus supplicationibus auditis Syndico Universitatis, diuque ad deliberandum natione postra per ornatissimos procuratores retulerunt sibi placuisse indulgeri petitis supplebus quod petierunt ergo ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit

Confirmati quadruumviri singuli a singulis nationibus, nimirum M. Jochet physicæ professor in Lexovio; M. Joannes Ufez literarum humaniorum professor in Bormano-Bellovacorum M. Guill. Le melorel physicæ professor in Starcuno, et M. Joannes Nolon vir procuratorius, præstito solemni sacramento, in cubiculo Inquisitorii, per M. Ufez Richardum renunciantem de electis in Rectorem M. Petrum Billet physicæ professorem Sorbonæ plusquam quorum electio a singulis nationibus rata et grata habita et confirmata.

Die duodecima octobris hora 8. apud Mathurinenses convenerunt deputati Universitatis ad institutionem instructionem sive confirmationem novi Rectoris. atque in angulo comitii sive capituli cum consedissent M. Petrus Billet Rector, ad ejus dextram Ego Exrector, ad sinistram M. Poisel Theologiæ decanus, intra Exrectorem M. de ferriere iuris decanus ultimus ejusdem juris, et cæteri hinc et hinc suo quisque ordine. Dom. Rector postulavit ut quæ prædicta facta fuerat sui electio rata et grata haberetur tum Ego Exrector oratione brevi Dominum Rectorem hortatus sum bono animo esse jussa enim et non difficilia esse quæ in Universitate regenda quæ ad disciplinam vel fiscum spectarent. deinde M. Poisel et cæteri deputati suffragio suo electionem dicti M. Billet libentissime comprobarunt atque exinde juratus ego primus cepi scribere munus quod anno 1705 die 10 febr. mihi delatum fuerat exercere. I.

Vill

Conclusiones Universitatis Parisiensis a die Duodecimo Mensis octobris anni Mill. septingent. sexti, Petro Vill Scribâ.

MOYEN PAPIER DEUX SOLS LAFEUILLE

Anno Dni 1706. die 25 octob. habita sunt Extra ordinem comitia Deputatorum Universitatis apud Dominum Rectorem in collegio Sorbonæ plessæo. de Controversia pro decanatu Tribus Bituricensis in gallicana natione, inter M. Gibert Rhetoricæ in Coll. Mazarinæo professorem, antiquiorem è dictâ Tribu Doctorem Regentem, et M. Baillé Coll. Narbonici primarium, antiquiorem ex Eâdem Tribu Bacalaureum. auditis partibus, auditus est pariter Syndicus Universitatis, qui dixit non esse in Eâ lite de Decanatu quæstionem, quando quidem Mag. Durban ad supremam Curiam, cujus oporteat Expectare judicium, provocaverit ab Academica sententia, quâ die 23 Augusti anni præsentis a dicto Decanatu pulsus fuit. Providendum igitur esse tantummodo, qui, donec Ea lis inter Mag. Durban et gallicanam nationem pendebit, vices decani fiduciariâ possessione obeat: Et quanquam nondum satis liqueret unde jus staret, videri tamen sibi eas partes Magistro Gibert convenientius esse deferendas. Re missa in deliberationem, placuit de munere Decani nihil dum statui donec jura partium amplius et diligentius discuti potuerint, supremaque curia, super lite pendente inter Mag. Durban et gallorum nationem pro sua autoritate pronunciaverit. Interea Magistrum Baillé in dicta Tribu vices obire Decani per fiduciariam possessionem solummodo, sive, ut ajunt provisionem; ita ut nihil inde juris aut Bacalaureis accrescat aut professoribus detrahatur. atq; ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. |.

de prodecanatu Tribus Bituricensis

P. Billet rector

Eodem die Syndicus Universitatis postulavit, ut quoniam Dominus Rector, quæsturam universitatis, qua cum summâ integritate huc usque functus est, non poterit hoc anno propter accessionem amplioris dignitatis, Exercere, alius ab Eo vir Academicus spectatæ diligentiæ notæque probitatis proquæstor in hunc annum a deputatis Eligeretur. Rogatis dictisque sententiis omnium unanimi consensu Electus est Mag Michael le Blond Emeritus in prælleo Bellovaco professor et Sorbonæ plessæi proprimarius, qui quandiu Magister Petrus Billet in Rectorio Magistratu fuerit, quæsturæ munus proquæstoris Academiæ nomine obeat. atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. |.

M. le Blond proquæstor in locum M. Billet Rectoris Eligitur.

P. Billet rector

Anno Dni 1706.

Anno Dni 1706 die 27. octob. in comitiis praeclarae facultatis Artium apud Maturinenses habitis ad creandos censores. hora ut moris est septima matutina. Electi sunt censores Magister Mallemens a natione gallicana, M. L'Englet a natione picardica. M. Duval a natione normannica. M. Inez a natione germanica. postea facta supplicandi potestate

M. Anger venerandae normannorum nationis adhuc censor, eo quod sub finem comitiorum novi censores ~~fiunt~~ praestant sacramentum, exposuit nihil prope sapientius a Majoribus nostris fuisse institutum, quam ut pueri, è quocunque loco, è quacunque conditione ad Academica collegia venientes, in varias classes pro sua doctrina distribuerentur. ut non modo quantum illorum quisque diligentia sua profecisset, sub anni finem posset a gymnasiarchis judicari: sed etiam ita meritis veluti merces laboris potestas fieret in proxime superiorem scholam ascendendi. ni certus ille ordo teneretur, futurum, ut natorum in usum reipublicae adolescentium studia saepe, vel parentum indulgentia, vel prava Magistrorum cupiditate praefocarentur. In hunc finem, veteri Academiae instituto, legibusque ab ipsa sancitis antiquitus, ac subinde instauratis, cautum fuisse, ne cui liceret ab una classe ad superiorem media praeterita transilire, puta e quarta in secundam, e secunda in Logicam. Sibi tamen pro munere suo in collegiorum disciplinam inquirenti renunciatum fuisse, unum in coll. Marchiano scholasticum, sciente primario, professore non ignorante, e secundo ordine in logicam hoc anno fecisse gradum, omissa Rhetorica, cui caeterae scholae, maxime humanitatis tanquam ancillae inserviant, quaeque quam sit in communi vita ad omnem sermonem necessaria, nemo ignoret, vel leviter eruditus. Quamobrem postulavit instituta consuetudines et conclusiones Universitatis ab omnibus in hac parte diligenter observari; Et in primarium Marchianum ac logicae professorem severe animadverti. audito pariter syndico Universitatis, Re per Dom. Rectorem missa ad deliberandum nationes in locum suum recesserunt et postea singulae una voce per ornatiss. suos procuratores retulerunt, standum esse institutis consuetudinibus et conclusionibus Academiae, ne cui liceat ab una classe ad superiorem media praeterita transvolare, verbi gratia e quarta in secundam e secunda in logicam. Remitti Marchianum illum scholasticum in Rhetoricam a primario et Logicae professore oportere interim donec paruerint utrumque reditu nunciatuum et omni gradu ac munere Academico privandum esse atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. |. P Billet rector

Normanniae Censor, quod in Marchiano quidam scholasticus è secundâ in Logicam transierit, Expostulat

Eodem die Syndicus Universitatis de scribae Academici munere disseruit. qui nunc illud possideat, ejus conditionem longe pejorem esse quam omnium qui praecesserunt. non enim illud ipsi munus gratis ut prius datum fuisse, sed propter satis notas temporum acerbitates pene tanti emptum, quanti quae alibi venalia sunt. Ejus autem fructus valde nunc esse ~~imminutos~~ exiguos, cum sit tanta paucitas studentium: nec vero labores esse imminutos. Tum varia scribae Academici munia verbis prosecutus est, quibus ut ne novum scribam pigeat operam impendere, propositurum se dinit aliquid, quod ei non tam gratiae quam aequitatis nomine possit concedi. ab annis circiter triginta impositum scribae fuisse a praeclarâ facultate onus, ut candidatorum magisterii Artium in professorum catalogis nomina inquirat: eam sane indagationem, negotii esse non levis. itaque posse ab eadem praeclara facultate dari scribae licentiam, a singulis candidatis summam viginti assium exigendi. rem Ampl. Rector misit in deliberationem. secesserunt nationes, ac deinde per ornatiss. suos procuratores retulerunt gallicana quidem nihil esse novi a candidatis exigendum. picardica se super ea re amplius deliberaturam: normannica posse summam viginti assium a candidatis exigi, modo ne a pauperibus. germanica denique nihil esse exigendum. atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. |.

P Billet Rector

Eodem die Josephus Bonneton clavomontensis, forteti Bursarius, postquam expoluit se cum philos operam daret, ac jam dedisset per annum integrum et sex menses in Coll. Sorbonæ plesseo apud celeberrimum, ibidem professorem M. Laurentium Duhan, a schola ejus exactum fuisse, orta inter M. Bernardum Collot forteti primarium, et aliquot dicti Collegii forteti Bursarios, e quorum numero ipse esset, ac propterea prohibitum fuisse philosophiæ cursum ibidem persequi, quod ea lite una cum aliis Bursariis implicitus esset. atque adeo sibi necesse fuisse alium adire professorem, quo deinceps philos doctore ad perficiendum cursum uteretur. Itaque adiisse M. Jacobum Fleury clarissl. in grallinaso professorem, cui nomen dedit, scripsitque in posteriore physicorum catalogo; atque per unum mensem in ejus schola versatus est. Sed cum prædicta controversia dirempta fuisset planeque composita, tum se, ut reliqua studia, cum principiis coharerent a dicto M. Collot reductum fuisse in scholam plesseam, atque ibi quem inchoaverat philos cursum absolvisse. Hæc cum expoluisset petiit, ut scriptum nomen suum in Catalogo grallinaso, perinde haberetur, ac si illud scripsisset in Sorbonæ plesseo. quæ de re audito syndico Universitatis, dimissa ad deliberandum natione postea per ornatissimos procuratores vehementer sibi placuisse indulgeri prædicto Josepho Bonneton clavomontensi quod petiit. atque ita ab amplissl. Rectore conclusum fuit. l.

P. Bellee vester.

parua Academica, a præclara tanti intelligentur

Eodem die M. Bernardus Collot forteti primarius accessit, orationemque exorsus est, inscio tam amplissl. Rectore quam DD procuratoribus quæ de re esset acturus. Cum vero in ipso exordio syndici Universitatis nomen appellasset, ac de eo quæstionem aliquid videretur, dictus syndicus intercessit quominus ipsi in tali agere in ejusmodi comitiis, permitteretur. nihilominus dicto M. Collot prosequente, et jam turbarum nonnihil in angulis concitabatur, Dominus Rector, eo quod hoc procederet dimittendique essent in suam quisque scholam professores, tum præsertim quod consilium hoc suum cum summo Universitatis magistratu non communicasset, ipsum ulterius dicendo progredi non posse est. Ille vero per singulas nationes, ubi secessum est, flagitans ut se dicere juberentur quod autem super ea re Dom Rector nihil ad deliberandum proposuerat, nihil quoque conclusum voluit. l.

M. Collot, a Domino Rectore vetatur loqui. quare?

Anno Dni 1705. die 6. mensis novembris celebrata sunt mensuna comitia Deputatorum Universitatis apud amplissl. Rectorem in Sorbonæ plesseo. ubi pro literis nominationis supplicarunt Michael Ludovicus Duquesne Acolythus Rothomagensis. Ludovicus Josephus Verrier subdiaconus Turonicus. Ennemundus de Barques presbyter Lugdunensis. Nicolaus Chomsy presbyter clavomontensis. Antonius

Par

Isar clericus alectensis. Hercules Pomponius Ludovicus Ducordai Glatigny clericus sagiensis nobilis. Carolus franciscus Picqueron clericus Noviodunaeus. Retulit Syndicus Universitatis, nihil in eorum literis desiderari, quamobrem, supplicibus indulgeri placuit atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit.

Die 20° Ejusdem mensis novembris habita sunt Extra ordinem comitia Deputatorum Universitatis apud ampliss. Rectorem in coll. Sorb-Plessaeo. ibi Comparuerunt MM. L'Englet Picardiae, Duval normanniae, Inez germaniae nationum Censores, qui libello supplice oblato licentiam obtinuerant ab ampliss. Rectore, vocandi in jus ad eam diem, Magistros de la Pierre Primarium, et Mallemens Logicae professorem in Marchiano. Mag. Mallemens ad vadimonium venit. M vero de la Pierre defuit. verba pro Censoribus fecit M. L'Englet dixitque injuriam gravissimam illatam fuisse praeclarae Artium facultati a dictis MM. de la Pierre et Mallemens, quibus, cum ex juris formulis die 29 octobr. per le Cuirot apparitorem denunciata fuisset Ejusdem facultatis Artium conclusio, lata die 27 Ejusdem mensis octobr, qua jubebantur sub paenis Academicis in Rhetoricam remittere adolescentem unum, in dicto libello supplice nominatum; quem constat in Logicam Marchianam a dictis primario et professore admissum fuisse, quamvis sub ipsas ferias Academicas hujusce anni audiret adhuc tantum in secunda ejusdem coll. Marchiani; amplissimi tamen Rectoris et facultatis Artium Matris suae autoritatem contempsissent, et Eundem adolescentem Etiamnum in logica retinerent. recitavit statuta Universitatis a supremo senatu confirmata, quibus studiorum scholarumque progressus ac veluti gradus imperantur. Retulit varia decreta DD Rectorum et Artium facultatis super eâ disciplina subinde instaurata. Causam suam tam primariorum quam professorum seu qui nunc sunt, seu qui olim fuerunt unanimi consensu confirmavit. denique judicium citavit Academici Tribunalis latum die 14 oct. an. 1704 quo Deputati in causa simili pronunciarunt non licere per leges Academiae quemquam scholasticum ab una scholâ in superiorem, verbi gratia, e quarta in secundam, e secunda in Logicam omissâ mediâ, promovere. quocirca postulavit primum dari sibi actum deserti a dicto M. de la pierre vadimonii. secundum, tam in ipsum de la pierre quam in dictum Mallemens pro merito animadverti. statuta, decreta,

Censores nationum contumacem facultati Artium gymnasiarcham ac professorem logicae marchianum justa lite prosequuntur.

instituta, conclusiones praeclarae facultatis, quantum opus est confirmari. Paenas ab Eadem facultate die 27 octobr. 1706 contumacibus propositas, declarari in illas dictos De la pierre et Mallemens incurrisse; illos utrumque reditu nunciatuum privari, omni gradu ac munere Academico decidisse. ac proinde alium a dicto Mallemens, censorem a gallicana natione creandum esse, pronunciari. Reposuit pro se Mag. Mallemens, non esse se nescium statutorum, decretorum, conclusionum praeclarae facultatis Artium. Erga matrem optimam neminem esse se observantiorem. quominus autem conclusioni sibi denunciatae die 29 octobr., ut optabat, paruerit, simul que cur illum adolescentem de quo quaestio est in logicam suam, ultimis Remigialibus admiserit, in causa fuisse dictum de la pierre primarium, a quo ille adolescens in scholam suam adductus fuerit, ac deinde saepius audierit Extare statutorum Articulum 15um, quo concessa sit primariis potestas, scholasticos, in quamcunque scholam voluerint pro judicio suo promovendi. Morem tamen se gesturum fuisse Amplissimi Rectori ac facultati Artium, nisi fuisset indecorum arcere vi ac repellere adolescentem è nobilissima familiâ ad scholam suam venientem; saltem, unum quod potuerit, paene pro non suo discipulo habuisse. sed sperare se futurum propediem, ut cum è rure suo Clarissimus adolescentis pater rediisset, tolleretur omnis querelae causa et offensionis. Partibus deinde Egressis auditus est Syndicus Universitatis, qui dixit accedere se ad litem Censorum; ut pote nixam totam decretis, conclusionibus, judiciis, ac statutis, a quibus nemini Academico liceat recedere. Articulum illum 15um statutorum, quem primarius dicatur rebellioni suae praetendere, tam clarum tam apertum esse, ut mirum sit, quî primarius, qui latinè sciat, et disciplinam Academiae nosse debeat, in tam perniciosum sensum possit detorquere: qui, si quid haberet ambigui, quod certe non haberet, statutis aliis decretis et conclusionibus a Censore allatis, et constanti collegiorum omnium disciplina, satis esset Explicatus. Itaque Censuit in dictum de la pierre absentem, et disceptationes Academici ipsius Tribunalis contemnentem, decerni oportere paenas omnes a praeclara facultate die 27 octobr. constitutas; Magistro vero Mallemens denunciari, ut ne amplius dictum adolescentem in schola sua logices audire sineret, quod si non statim obtemperaret, illum in supra-dictas omnes paenas de facto incurrisse. Re missa in deliberationem, placuit deputatis, instituta, conclusiones et decreta praeclarae facultatis Artium, ac judicia Tribunalis Academici super ea re, sapienter et ad mentem statutorum sancita fuisse, ne quis scholasticus ab una schola in superiorem, puta è quarta in secundam,

Rectè inflictas fuisse a praeclara facult. paenas, a Tribunali judicatur.

è secundâ

e secunda in logicam, omissa classe media, transiliat. Recte constitutas a praeclara facultate fuisse paenas in dictos primarium et professorem, conclusione lata 27 octobr. Dari censoribus actum deserti a dicto primario vadimonii, iisque postulata in illum sua adjudicari. denunciari tam ipsi primario quam dicto Mallemans hodiernam sententiam, cui, ni dictus Mallemens quamprimum paruerit, dictumque adolescentem a schola sua statim remiserit, illum quoque in paenas Academicas incurrisse a praeclara facultate decretas, non secus ac primarium de facto incurrisse. atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. /.

P. Billet rector

Eodem die M. Edmundus Pourchot Syndicus universitatis Exposuit, sibi cum gerat id munus in quo teneatur providere, ne quid a quoquam in mores disciplinam ac decus Academiae peccetur, in quibus si qui forte deliquerint, cogatur illos dicendo castigare; fieri non posse quin interdum offensio subeunda sit atque invidia nonnullorum; qui si occulte et privatis in angulis de se detrahant, non multum ipse moveatur. sed pessima se futurum conditione, si cuivis palam et frequentibus in comitiis in se liberum sit verbis invadere. M. Bernardum Collot coll. forbeti primarium, die 27 octobr. coram praeclara facultate Artium apud Maturinenses congregata, attulisse, et pronunciare cepisse meditatam in se domi ac scriptam orationem, a qua quidem peroranda fuerit ab amplissimo Rectore prohibitus, maxime quod suum hoc consilium prius non communicasset cum summo universitatis Magistratu, quem ne honoris quidem causa invisisset. Tum vero ostendit nullo in foro usurpari eam consuetudinem, ut in publicae rei procuratores, cum officio suo funguntur, privatus quilibet, quod ab iis se laesum putet, arroget sibi jus ex improviso, et sine judicis autoritate, invehendi, quanto minus in universitate parisiensi! se non esse Syndicum solius Artium facultatis, sed totius Academiae, tam a sapientissimo facultatum decanis, quam ab ornatissimo procuratoribus nationum, Electum. quamobrem ut ne quâ ex eo mala suspicione fama sua laboret, postulavit jum dari sibi licentiam in jus vocandi dictum Collot ad proxima comitia, ibi fore ipsi copiam, qua in re syndicus peccaverit ostendendi. deinde ne cui deinceps liceat, in se syndicum alibi dicere, quam coram Academico Tribunali id que libello supplice prius amplissimo Rectori oblato, atque a deputatis deliberato, utrum querelae sint necne audiendae. Egresso postea dicto syndico, re missa in deliberationem, rogatis dictisque sententiis

quâ ratione liceat de Syndico queri.

Placuit dari dicto M. Pourchot Syndico licentiam vocandi in jus dictum M. Collot ad proxima comitia. deinde nemini licere, super iis rebus quae fuerint in Academico Tribunali definitae, alibi de Syndico Expostulare, quam coram Tribunali Academico, idque oblato prius libello supplice, deliberatoque a deputatis, utrum audiri debeat necne qui se dixerit habere, quod de Syndico conqueratur. atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. /.

P. Billet rector.

Anno dni 1706 die quarto decembr. in comitiis ordinariis Deputatorum Universitatis apud Dom. Rectorem habitis in Sorb. Plessaeo. supplicarunt pro literis nominationis jure magisterii artium et quinquennii Michael Besnault presbyter Turonicus. Modestus Barat subdiaconus Senonensis. Jacobus Perron clericus Claromontensis. Edmundus Michelin clericus Tricassinus. retulit Syndicus Universitatis nihil in Eorum literis desiderari, quamobrem illis omnibus dictas nominationis literas concedi placuit atq; ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. /.

P. Billet rector

Eodem die quod auditum est clarissimum virum Nicolaum Lair antiquum Academiae scribam, commentarios, seu actorum codices ad Universitatem pertinentes, quos apud se, Eo scribae nomine asservabat, nondum Universitati restituisse; placuit deputari Magistrum Collesson consultissimum facultatis jurium decanum et M. Edmundum Pourchot Syndicum, ut ab eo supra dictos commentarios ac codices recipiant. atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. /.

P. Billet rector

Eodem die M. Virius de la Pierre sacrae Theologiae doctor, et collegii Marchiani primarius, qui die 20° novembr. vadimonium sibi a Tribus Artium facultatis censoribus denunciatum deseruerat, paenisque Academicis mulctatus fuerat, comparuit, dixitque se hactenus leges et usus Academiae ignorasse. Academici vero Tribunalis sententiae, Ex quo sibi significata fuerit satisfecisse, et deinceps sine fraude satisfacturum, Ita ut adolescentem illum de quo quaestio fuit e secunda schola venientem in logica audire amplius non patiatur. quamobrem suppliciter postularit ignosci sibi, remittiqui paenas supradictas. Re missa in deliberationem, placuit praedicto de la Pierre indulgeri, Eumque supradictis paenis liberari. atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. /.

Marchianus primarius culpam fatetur, Emendaturum promittit et veniam impetrat

P. Billet rector. Eodem die 4 dec.

Regentes gallicani intercedunt pro latâ 25 oct. 1706. de prodecanatu

Eodem die (quarto Decembr. 1706) comparuerunt MM. De haut Tribus Rhemensis, Rochet Tribus Turonensis Decani, et Artus antiquus Rector, collegii navarici gymnasiarcha, qui tam suo quam professorum gallicanæ nationis, a quibus deputati se dixerunt, nomine libellum supplicem obtulerant, ut sibi liceret intercedere sententiæ Tribunali Academici latæ die 25 mensis octobr. quâ quidem, Controversia de prodecanatu Tribus Bituricensis, mota inter Magistrum Gibert professorem, et Mag. Baillé Baccalaureum, sic fuerat judicata, ut Vindiciæ, secundum dictum Baillé Baccalaureum darentur, donec jura partium amplius discuti possent, supremaque Curia inter Mag. Durban et nationem gallicanam de supradicto Tribus Bituricensis decanatu pronunciasset. Comparuit quoque Mag. Lavisé professor e normannica natione Emeritus, qui se dixit a natione sua deputatum, ut ad causam professorum gallicanæ nationis accederet. Ex altera parte dicto Mag. Baillé ad vadimonium sibi a dictis deputatis denunciatum adfuit. Dicti deputati antequam quidquam inciperent, multis quæ recensuerunt de causis, postularunt, ut Magister Fouvel gallicanæ nationis procurator, a dicenda in hac lite, sententia, juberetur abstinere. Mag. Baillé pariter Magistrum Dupuis picardiæ procuratorem recusavit. quod in eodem collegio Mazarinæo, cum Magistro Gibert adversario suo docuerit habitaverit que. auditis partibus, auditi quoque sunt prædicti duo procuratores, omnibusque illis expressis, et audito Syndico Universitatis, res missa in deliberationem, placuit locum esse dicti Magistri Fouvel gallicanæ procuratoris recusandi, Magistri vero Dupuis procuratoris picardorum, non esse atque ita ab amplis. Rectore conclusum fuit. Deinde pars utraque rediit in comitia, redierunt et dicti procuratores. Magister quidem Dupuis in loco suo resedit, Magister vero Fouvel, relictâ sede judicis, statim ad partes dicti Baillé se dixit accedere. Tum vero supradicti deputati postularunt admitti se ad intercedendum sententiæ latæ die 25 octobr. qua secundum Magistrum Baccalaureum data erant prodecanatûs Bituricensis tribûs vindiciæ. Ea mos atque usus fori cujuslibet positum esse, ut si judicio aliquo, lata sit aliqua pars non vocata non audita, illa postulante judicium recognoscatur ac revocetur. Professores autem gallicanæ nationis, quorum in prædicta lite tantopere interest, non auditos aut vocatos fuisse. Illos vero dictæ sententiæ die 25 oct. latæ, graviter lasos fuisse. Id ita esse, si postmodum obtenturos, cum diligentius causa discutietur. Respondit dictus Mag. Baillé, neminem licere per leges intercedere, nisi cui

aliquod in causa seu titulum habeant. Nullum autem dictos aut deputatos, aut professores habere jus, in lite nuper judicata, cum nullus ex iis possit Decanatum Tribus Bituricensis aut prodecanatum de quo agebatur, obtinere. Cautum fuisse in supra dicta sententia, ut quamvis sibi vindiciae concederentur, nihil tamen inde juris aut Bacalaureis accresceret, aut professoribus detraheretur. Deputati reposuerunt, se id jus, seu titulum habere hunc ad intercedendum, quod cum in natione gallicana Tribuum omnium Eadem ratio sit, et statuta sine ullo discrimine communia, si in tribu Bituricensi Bacalaurei ad decanatum admittantur, in aliis quoque Tribubus, Eosdem admitti necesse sit. quanquam autem vindiciae solummodo dicto Baillé concessae fuerint, tamen notum esse, quantum illae vindiciae faciant in causis praejudicium. auditis partibus, audito pariter Syndico Universitatis, placuit illorum deputatorum, adversus sententiam latam die 25 octobr. intercessionem esse admittendam, partesque audiri, ac redire ad diem proximum jovis nonum hujus mensis, horâ, ut assolet, post meridiem primâ. atque ita ab amplis. Rectore conclusum fuit. l.

P. Billet rector

Magister Edmundus Pourchot Syndicus Universitatis, dixit se metuentem ne proximis praeclarae facultatis Artium comitiis novi tumultus, occasione Magistri collot Exorirentur aut alii quilibet in se insurgerent, auxilium Illustrissimi Domini Daguesseau procuratoris in suprema Curia Catholici implorasse, et libello supplice ejusdem supremae curiae judicibus oblato, senatus consultum obtinuisse, quo prohibentur in posterum Academici proceres, in comitiis praeclarae facultatis Syndicum publico suo munere defungentem in jus vocare. Illud senatus consultum alta voce perlegit. quod vero libellus ille supplex a dicto Syndico supremo senatui oblatus non fuerat cum praeclara facultate communicatus, et res tota, insciâ Eâdem praeclarâ facultate peracta fuerat, deputati omnes, nulla dicta sententiâ, discesserunt

Syndicus obtinuit senatus consultum

Die nono mensis Decembr. in comitiis Deputatorum Universitatis Extra ordinem habitis apud amplis. Rectorem in coll. Sorb-Plessaeo Comparuerunt MM. Claudius de haut Tribus Rhemensis, et Christophorus Hochet Tribus Turonensis Decani, qui judicio lato die 4 hujus mensis, tam suo quam primariorum Regentiumque gallicanae nationis nomine, admissi fuerant ad intercedendum sententiae de prodecanatu Tribus Bituricensis latae die 25 octobr. qua quidem vindiciae secundum Mag. Baillé antiquiorem e dicta Tribu Bacalaureum datae fuerant, jussique Erant cum adversario suo redire ad hunc diem nonum, quo daretur copia, jura partis utriusque

diligentius

diligentius exercendi. M. vero Baillé non comparuit. Itaque dicti deputati postularunt dari sibi actum de eorum Mag. Baillé vadimonii, ac secundum statuta, tam generalia Universitatis, quam privata nationis gallicanæ, judicia Tribunalis Academici, plurimaque Supremi senatus, super eam re, decreta, imprimis vero juxta illud senatus consultum quod anno die 27 febr. de Tribu Bituricensi factum fuit, declarari, in singulis e quinque Tribubus dictæ gallicanæ nationis, solos antiquiores è qualibet Tribu Doctores Artium seu Regentes et primarios collegiorum pleni ut vocant exercitii, ad gerendum decanatum, et ubi opus est prodecanatum, esse idoneos; ac, quod consequens est, Mag. Gibert, ut pote antiquiorem è Tribu Bituricensi doctorem Artium seu Regentem, esse ejusdem Tribus prodecanum; atque dum hæc inter Mag. Durban et nationem gallicanam definitivo Supremi senatus judicio decisa sit. Magister Lavoisé nationis Normannicæ Deputatus, dictorum nationis gallicanæ deputatorum postulatis se dixit adhærere. audito Syndico Universitatis, Res nulla in deliberationem, datus est dictis deputatis actus de eorum Mag Baillé vadimonii, habitaque ratione intercessionis ad quam dicti deputati admissi fuerant sententia lata die 4 hujus mensis, placuit, postulata illis sua adjudicari, ac declarari solos antiquiores doctores Artium seu Regentes et primarios collegiorum pleni, ut vocant exercitii, esse idoneos ad gerendum decanatum atque ubi opus est prodecanatum, in singulis e quinque Tribubus gallicanæ nationis; atque ita ab ampliss. Rectore constitutum fuit. l.

Lata de prodecanatu
Sententia die 25 oct.
Emendatur.

P. Billet Vector

Die Lunæ 13° decemb. 1706. in Comitiis generalibus Universitatis apud Mathurinenses habitis, antequam procederetur ad ædes Deo sacras sub invocatione divæ Virtutis et sociarum in Sorbona Collegio, ubi supplicationes indictæ fuerant. Dominus Rector ac Deputati in angulo peristylii de more concesserunt. Ibi facta supplicandi potestate, Franciscus Quevon presbyter Trecorensis postulavit literas nominationis jure magisterii in Artibus et Quinquennii. refutit Syndicus Universitatis nihil in ejus literis desiderari. itaque supplicii indultum est.

Postea Syndicus idem Universitatis M. Edmundus Pourchot dixit — obtentum sub nomine senatus consultum quod in comitiis diei 4 decembr. apud ampliss. Rectorem habitis perlegerat, ornatissimo gallicanæ nationis Procuratori fuisse denunciatum. quod autem comperisset, multos Academicos, Eo senatus consulto, quasi præclaræ facultatis juribus officiat, graviter commoveri.

Syndicus ab obtento senatus consulto delatio

ne qua

ne qua inter se, et praeclaram facultatem resideat causa dissidii, a quo summopere abhorret, declaravit, se eo senatusconsulto nolle uti, sed de eo desistere atque adhaerere sententiae Tribunalis Academici latae die 20° novembris, suaeque declarationis actum postulavit. Re per amplissimum Rectorem ad deliberandum iam proposita, advenit Mag. Poirier saluberrimae facultatis decanus, ideoque nullam protulit sententiam. Mag. Fourel galliae procurator Syndici voluntatem laudavit, eique suae declarationis actum concessit. Mag. Dupuis picardiae procurator dixit, sensisse se suam nationem ad intercedendum ei senatusconsulto paratam esse, se tamen, si nihil praeclarae facultati noceretur, libenter eam Syndici voluntatis significationem admittere, atque actum concedere quem petebat. Mag. Bonneseur normanniae procurator dixit, videri sibi ejusmodi senatusconsulti vim, non posse nisi contrario senatusconsulto imminui, remque esse momenti gravioris, quam ut consilii quidquam caperet inconsulta sua natione. Mag. Duffi germaniae procurator vehementer approbavit dicti Syndici voluntatem eique suae declarationis actum concessit. atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. /.

P. Billet rector.

Die 16° decembr. 1706 in comitiis ordinariis praeclarae Artium facultatis apud Maturinenses hora solita celebratis. ~~Amplissimus~~ Dominus Rector ~~[illegible]~~ de studiis quam philosophiae tam humaniorum literarum in Academia parisiensi disseruit. ac primum retulit apud sese in Sorb-Plessaeo die 11 hujus mensis deputatos e quatuor nationibus viros gravissimos, quod in comitiis superioribus Syndicus universitatis postulaverat, de Exercitationibus quae habentur in scholis humanitatis, diligentissime consultasse, collaudatisque unâ voce professoribus, qui, quo magis discipuli sui proficiant, tales extra ordinem labores impendunt, in hanc sententiam descendisse. 1° utiliores multò fore Exercitationes ejusmodi, si certi limites tractandae materiae circumscriberentur. primariorum tamen ac professorum judicio ac prudentiae relinquendum, quantum quisque adolescens capere animo, et memoria complecti valeat. 2° assumendos esse autores seu graecos seu latinos ex iis, quorum lectio commendatur in statutis, ita ut illorum textus exponatur, et è patrio sermone in gallicum convertatur, excipi tamen posse triplicis generis historias, sacram, graecam, et fabulosam, de quibus poterit, sine certo quodam autoris textu responderi. 3° dandam operam imprimis, ut pueri latine in scholis quantum fieri poterit, et scribant et loquantur. in publicis tamen Exercitationibus, liberam relinqui facultatem, seu latine seu gallice respondendi. Postea

decretum de Exercitationibus ac Thesibus philicis

Rector

Postea Rector idem ampliss. orationem convertit ad Exercitationes philosophicas, quae non multis ab hinc annis, longe quam pro parisiensis Academiae celebritate fiunt pauciores. Ejus infrequentiae causam reiiecit in impensas, quibus nullus jam, licet in summis rerum difficultatibus, modus poneretur. Convocatos itaque fuisse jussu suo die 13 hujus mensis magnorum omnium collegiorum omnes primarios et professores, ut talium rerum tot viri tam experientes, aliquam illorum sumptuum minuendorum rationem inirent communiter, prius quam ad praeclaram facultatem in comitiis referretur. Majori vero parti visum esse. 1° 1° gymnasiarcharum professorumque curam debere esse praecipuam, ut scholarum sive aularum in quibus theses propugnantur, ornatus, quod spectat ad peristromata, sedilia, aliaque id generis, sit permodestus. 2° Thesibus nullas aut parvi pretii imagines praefigi, nisi cum dicantur viris principibus, aut in aliqua dignitate constitutis. 3° Theses consuetis illis imaginibus, ut optandum est, Carentes posse unica tabula contineri, videri tamen decentius, ut in modum libelli complicentur, qui mos olim in Academia vigebat. Deinde cum singulae nationes in locum suum recessissent, per ornatiss. suos procuratores retulerunt, omnia quae in commodum tam Academiae quam studiosae juventutis, ab amplissimo rectore gesta fuerant ac proposita, vehementissime probari ac confirmari: futurum utile, si hodierna conclusio maxime quod spectat ad theses sine imaginibus, ad morem antiquum reformandas, typis mandetur et divulgetur. atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. (.

P. Billet rector

Eodem die facta supplicandi potestate, accessit M. Baltazar Gibert Rhetoricae professor in coll. Mazarinaeo, questusque est, quod in comitiis nationis gallicanae hora septima matutina habitis, cum Mag. Mallemens Censor postulasset Executioni mandari judicium Tribunalis Academici, latum die nono hujus mensis. quo quidem ob desertum a M. Baillé vadimonium, Magistris De haut et hochet deputatis postulata sua adjudicata sunt, ut scilicet antiquior doctor Artium seu Regens, in singulis è quinque dictae nationis Tribubus, secundum statuta, decanus, et uti opus esset, prodecanus sederet. ac proinde ut dictus Mag. Gibert, ut pote antiquior doctor artium seu regens, esset in dicta tribu Bituricensi prodecanus, usque dum lis inter Mag. Durban et Nationem gallicanam definitivo supremi senatus judicio dirimeretur. Nihilominus dicta natio, duabus Tribubus sibi faventibus, duabus vero adversantibus, et Tribu Bituricensi, quam Ejuraverat ferente

de prodecanatu Tribus Bituricensis

ferente suffragium J.M. OXEN PAPIER justissimet Magistrum Gd. Baille esse in dicta DEN. DES TRIBUS Tribu Bituricensi prodecanum. quam obrem dictus Mag gibert, caeteras ut fit rationes appellavit, petitque executioni mandari dictum Academici Tribunalis judicium, ac proinde declarari, ad se ut pote antiquiorem Regentem seu doctorem Artium, pertinere dictas Tribus Bituricensis prodecanatum. Respondit Mag Baillé, prius judicio lato die 25 octobr. secundum se datas fuisse dicti prodecanatus vindicias. se, ne ferretur illud judicium nono die decembr. latum ad supremam curiam provocasse. nec in ejus conclusione Magistrum gibert expressis verbis fuisse nominatum; sequi iterum, si quid a praedara facultate, contra se statuatur, supremam curiam appellare. auditis hinc et inde utriusque partis rationibus, audito pariter syndico universitatis, rationes ab amplill. Rectore dimissas ad deliberandum per ornatill. sui procuratores, Magistrum Dupuis picardia, Magistrum Bonnesœur normannica, Magistrum Dulti germania, retulerunt, standum esse posteriori Tribunalis Academici judicio lato die nono novembris, illudque executioni mandandum, ac proinde Magistrum gibert, ut pote antiquiorem e tribu Bituricensi doctorem Artium seu Regentem debere esse, in dicta Tribu Bituricensi prodecanum atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. l.

secundum sciam Tribunalis 4 dec vindicias prodecanatûs in tribu Bituricensi ad gibert regentis a praedara facultate concedunter

P Billet rector

Eodem die Joannes gabriel le Bois clericus Pictaviensis propter infirmitatem oculorum postulavit immunitatem ab onere scribendi, pro eadem immunitate supplicarunt quoque Carolus de l'Isle Du guast clericus Cenomanensis et Ludovicus franciscus le müet presbyter Attrebatensis, uterque propter infirmitatem stomachi. Ultimo loco Ludovicus Carolus de Monbel clericus Turonensis, omissum in Tribus catalogis Ludovici nomen postulavit restitui. audito syndico Universitatis, qui dixit omnium supplicum causas a se fuisse probatas, nec mirari se quominus illis indulgeretur. Dimissa rationes ad deliberandum, per ornatill. sui procuratores retulerunt, gallicanam quidem omnibus supplicibus indulgeri. picardica pariter omnibus indulgeri. Normannica vero Ludovico Carolo de Monbel indulgeri, non alios non modo se reiicere, sed intercedere quominus ipsis indulgeatur, eo quod testem suum non inviserint, eique sua testimonia non exhibuerint. germanica denique omnibus indulgeri atque ita ab amplill. Rectore conclusum fuit. l.

non normannica supplicat ne admittantur intercedit

Postea confirmati a suis rationibus quatuor viri, Mag. Baillé pro gallia, Mag frion pro picardia, M. pro normannia. Mag Cosimus pro germania

Nihil desideratur, hac pagina modò dum
celerius revolvitur prætermissa est



MOYEN
DEUX SOLS
PAPIER
UTILE

pro Germania Rectoris fasces amplissimo Rectori Magistro Petro Billet prorogarunt, Eaque prorogatio Academicis omnibus mire grata fuit. |.

Viel

Die Lunae vigesimo decembr. 1706, in comitiis Extraordinariis Deputatorum Universitatis apud ampliss. Rectorem habitis in coll. Sorb-Plessaeo. Actum Est de Censualibus obventionibus aedium in prato clericali, ad Dominum Logeois pertinentium, quae nunc praeconi subjectae sunt. Utrum de jure suo viginti per singulas libellas denariorum aliquid Academia debeat Emptoribus remittere. audito Syndico Universitatis, placuit super eo negotio quidquam statueretur, inquiri ac referri ad Academiam, utrum aedium illarum venditio libera, an vi coacta futura sit, atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. |.

P. Billet rector

Eodem die ingressus est in comitia Gabriel le Bois clericus Pictaviensis et postulavit, ut ab intercessione Venerandae Nationis, autoritate Tribunalis Academici liberaretur. Eodem subinde Egresso, M. Edmundus Pourchot Syndicus Universitatis dixit negotium istud, quam Ejus supplicis, tam suum esse ipsius. In comitiis praeclarae facultatis Artium, die 16 decembr. apud Maturin. habitis tres numero philosophiae studiosos pro immunitate ab onere scribendi supplicasse ob certas aut stomachi aut oculorum infirmitates. Se quidem Syndicum pro munere suo, illorum rationes et testimonia expendisse, et palam ac publice in comitiis retulisse. Et vero tres nationes favisse supplicibus. Nationem vero Normannorum, non tantum illis adversatam fuisse, sed et quominus illis indulgeretur, intercessisse, ob eam causam, quod aequissimo dictae nationis censori, medicorum si quae habebant testimonia, non ostendissent. Illam vero intercessionem Syndici juribus esse maxime contrariam, ad quem unum, cum in Ejusmodi comitiis personam publicam Censoris gerat, supplicum causas et testimonia perpendere ac referre pertineat. Itaque postulavit, duri sibi licentiam in jus vocandi ornat. procuratorem, et aequiss. Censorem dictae nationis Normannorum. Re missa in deliberationem, Mag. Collesson jurium Decanus Syndico licentiam concessit vocandi in jus dictos procuratorem et censorem normannorum nationis. Idem censuit Mag Poirier Decanus Medicorum. Magistri vero Fourel Dupuis, ~~[illegible]~~, et Duffy, Galliae, Picardiae, et Germaniae procuratores dixerunt se non posse de re tanti momenti statim ferre sententiam inconsultis suis Nationibus, cum illis ad proxima comitia communicaturos, et quod juberentur ad Tribunal Academicum relaturos. atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. |.

P Billet rector

Magni nuncii 1706 MOYEN DEUX SOLS PAPIER ab octobr. mense

Die 15° mensis Novembris Natio Gallicana apud Maturinenses congregata officium magni nuncii pro Archiepiscopatu Toletano, vacans per obitum claudii Tribolleau Contulit Andreæ Guevoult civi parisiensi, qui solita juramenta præstitit.

Eodem die 15. Novembris Eadem natio gallicana apud Maturin. Congregata officium magni nuncii pro Archiepiscopatu Tarentino vacans per obitum petri le grand, contulit Jacobo Rolland civi parisiensi, qui solita juramenta præstitit.

Die 18 novemb. Nāo gallicana apud Matur. congregata, officium magni nuncii pro Episcopatu Castrensi, vacans per obitum Nicolai le Vachè, contulit Joanni Hanlon civi parisiensi qui solita juramenta præstitit.

Eodem die 18 nov. Nāo gallicana apud matur. congregata officium magni nuncii pro Episcopatu Cabilonensi, vacans per obitum Danielis Maurice, contulit Ludovico Pasquier civi parisiensi, qui solita juramenta præstitit.

Die 4 Decembr. Nāo gallicana apud matur. congregata officium magni nuncii pro Episcopatu Tolonensi, vacans per obitum Dionysii Michaelis Chabouillé, contulit Petro Marie Civi paris. qui solita juramenta præstitit.

Die 11. Decembr. Nāo gallicana apud Matur. congregata officium magni nuncii pro Episcopatu Athalodorensi vacans per obitum Petri heron contulit Joanni Baudoin civi parisiensi, qui solita juramenta præstitit.

Die 22 Decembr. Nāo Picardica in scholis suis viâ straminea, congregata officium magni nuncii pro Episcopatu Tungrensi contulit Claudio Taurino ~~Bocquet~~ Bocquet civi parisiensi qui solita juramenta præstitit.

Die 23 Dec. Nāo Picardica in scholis suis viâ straminea congregata, officium magni nuncii pro Episcopatu Namurcensi contulit Jacobo de la ville civi parisiensi, qui solita sacramenta præstitit.

Eodem die 23 Dec. Nāo gallicana apud Matur. congregata officium magni nuncii pro Episcopatu Sancti Pauli Leonensis contulit Jacobo le vacher civi parisiensi, qui solita sacramenta præstitit. L.

Vill

Acta et Conclusiones Universitatis Parisiensis anno 1707. Scribâ Petro Viel

Anno Dni Mill. septingent septimo. die Sabbati 8 januarii celebrata sunt menstrua comitia deputatorum Universitatis apud Dominum Rectorem Mag. Petrum Billet in coll. Sorbonæ Plessæo.

Supplicarunt pro literis nominationis jure Magisterii in Artibus et quinquennii Jacobus Goulard presbyter Lectorensis Doctor Theologus facultatis parisiensis, et Natalis Sauret presbyter Claromontensis, quibus, referente syndico nihil in eorum literis desiderari, placuit indulgeri atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit.

P. Billet rector

Eodem die M. hieronymus le Veau professor Navarricus conquestus est, Eam fuisse Mag. l'air antiquo scribæ Universitatis consuetudinem, ut quoties aliquis literas nominationis repeteret, illas non ex quo die comitiorum supplicatum fuisset, sed ex quo peterentur ac traderentur inscriberet. id vero cum multis aliis, tum maxime sibi grave præjudicium attulisse, cum enim Ejusmodi literas olim a dicto scriba poposcisset, habuisse quatuor circiter annis serius quam supplicasset, atque ita de jure suo demptos fuisse totidem antiquitatis annos, quibus potuisset recentioribus aliis, ad impetrandum beneficium prævalere. quamobrem postularit novum scribam juberi deinceps, rationem Magistri l'air decessoris sui, mutare; in quo dixit publicam studentium utilitatem contineri. audito M. pourchot syndico Universitatis, re missa in deliberationem perpensisque diligenter hinc et inde rationibus, placuit, autoritate Academica juberi novum scribam in hunc modum deinceps literas nominationis expedire; ut ex quo die comitiorum generalium Universitatis, supplices illas obtinuerint inscribantur: notetur vero postea quo die sigillatæ fuerint et expeditæ. atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

literæ nominationum qua ratione a scribæ debeant expediri

P. Billet rector.

Eodem die comparuit Petrus le Valois magister in Artibus, et Bursa Theologali in collegio harcuriano, ab Ejusdem collegii provisore nuper donatus. qui libello supplice pridie Nonas Januarias, porrecto, licentiam obtinuerat in jus vocandi certum aliquem scholarem nomine Piel in collegio Navarrico commorantem, eo quod per apparitorem priori domûs harcurianæ denunciasset, intercedere se quominus dictus le Valois, utpote ex alia provincia quam e normannia oriundus, inter Bursarios harcurianos censeretur, et emolumenta

dictæ

MOYEN PAPIER DEUX SOLS LATEVILLE

dictæ Bursæ perciperet. Dictus ille Piel non comparuit. quamobrem dictus le Valois postulavit dari sibi actum deserti vadimonii, declarari intercessionem irritam et cassam, et mandari dicto priori domûs harcurianæ, ut provisionem dictæ Bursæ Theologalis sibi ab harcuriano provisore collatæ admitteret, et in commentariis dicti collegii insereret. audito Syndico Universitatis, placuit dari dicto le Valois actum deserti vadimonii, declarari intercessionem dicti Piel irritam et cassam, et priori domûs harcurianæ mandari, ut provisionem illius Bursæ dicto le Valois ab harcuriano provisore collatæ admitteret et in commentariis dicti collegii insereret. atque ita ab Ampliss. Rectore conclusum fuit. (.

P. Billet rector.

Die 1° februarii Dom. Rector, unà cum deputatis ordinariis et adjunctis cereos detulit ad viros principes seu protopræsides curiæ parlamenti, Curiæ subsidiorum, Curiæ Rationum fisci, curiæ magni ut ajunt consilii, quos elegantissimis orationibus dictus Dom. Rector salutavit.

Die 5° Ejusdem mensis febr. 1707. Supplicarunt pro literis nominationis jure magisterii artium et quinquennii coram deputatis ad comitia menstrua de more apud ampliss. Rectorem in sorbonæ plessæo convocatis, Nicolaus Cossart Clericus Pontæsianus, et Guillelmus Thibault Presbyter Nivernus, cum nihil in eorum literis desideraretur, placuit illis indulgeri, atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. (.

In iisdem comitiis admonuit quæstor Universitatis instare mon tempus, si libeat deputatis renovandi locationem illarum ædium in vico Universitatis quas ab Academia conducit Dominus de Catinat Polemarchus. placuit unanimi consensu deputatis, dari dicto quæstori negotium, de supradictarum ædium locatione, iisdem pretio et conditionibus, quibus ante, cum dicto domino de Catinat, coram notario publico transigendi

Tum Syndicus Universitatis retulit adiisse ad sese Dominum de Rousserean et postulasse uti placeret deputatis mensorem tandem mittere, ad agros in prato clericali, quos parentes ejus olim ab Academia Emerant, sibi definiendos; tum de tribus circiter in longitudinem agri pedibus, de quibus inter dictum D. de Rousserean et Academiam ambigitur utrum placeret amicè rem componi, et arbitrio permitti integerrimi judicis Domini de Montigni in curia quæstorii gallicani (les Tresoriers de france) præsidis, Re missa in deliberationem, placuit ad id utrumque negotium deputari Magistrum Petrum Billet Rectorem, Mag. fourel galliæ procuratorem et Mag. Edmundum Pourchot syndicum, qui si ipsis videretur, de tribus illis circiter agri pedibus, dictum a

Domino de

dictum a Domino de Roussereau Arbitrum sumerent Dominum de Montigni: atque ita ab Amplis. Rectore conclusum fuit.

P. Billet rector

Eodem die 5° febr. comparuit Mag. de la Briere de Louvancy collegii harcuriani provisor ac primarius, qui libello supplice oblato die 1° febr. licentiam obtinuerat vocandi in jus M.M. Osmont et Mustel, Theologos in Eodem collegio Bursarios. Jidem Osmont et Mustel citati comparuerunt, illisque adfuit Magister Dagoumer Ejusdem collegii prior, qui libello supplice die 4 febr. oblato facultatem quoque obtinuerat accedendi ad causam dictorum Osmont et Mustel, tam suo prioris nomine, quam nomine societatis Theologorum in harcurio. ante omnia M. de Louvancy postulavit, ut ne sibi noceret illud prioris nomen quod M. Dagoumer assumebat, et de quo etiamnum lis pendet in foro praetoris Urbani. Postea dictus provisor causam suam egit, ac postulavit ab Academico Tribunali declarari dictos Osmont et Mustel Bursa sua excidisse, quod non paruerint senatus consulto lato die 27 junii an. 1703, quo tenentur harcuriani Bursarii intra quartum studii Theologici annum supplicare pro examine ad Bacalaureatum consequendum, et intra sex primos menses anni consequentis thesim de tentativa propugnare. Mag. Dagoumer prior pro Bursariis respondit: dictos Osmont et Mustel, intra quartum studii sui Theologici annum supplicasse quidem pro examine: verum ob causas provisori non ignotas, non potuisse defungi examine. Sed habere illos temporis adhuc satis, ut praedicto senatus consulto pareant. Superesse enim anni quinti octo integros menses, tam ad examina subeunda, quam ad thesim de Tentativa propugnandam. Istâ autem ante tempus institutâ provisoris postulatione, praedictum senatus consultum labefactari, cum in illo disertis verbis declaretur, non aliter Bursas vacare, quam si, quinquennio elapso de tentativa, Theologi non responderint. quamobrem postulavit, provisorem atione sua summoveri, et secundum placita praedicti senatus consulti, tam dictis Osmont et Mustel, quam caeteris Bursariis, qui intra quartum annum studii Theologici pro examine ad Bacalaureatum in sacra facultate supplicaverint, quintum annum integrum servari, tum ad examina subeunda, tum ad thesim de tentativa propugnandam. Quod autem spes affulsit quaedam, litium variarum, quibus misere dilaceratur, harcuriana res et fama, unâ cum hâcce controversia, componendarum, et dictus provisor, inter agendum, declaravit, se omnes illas lites, e foro praetorio

ad Tribunal

ad Tribunal Universitatis. Et Mag. quoque dagueri liberrime delaturum
voluntatem, sed opus esse communicato cum sociis, tam professoribus quam
Bursariis significavit. ut communicandi tempus ipsi concederetur, de praesenti
negotio placuit ampliari, atque ita ad amplill. Rectore conclusum fuit. L.

P. Buller rector.

Eodem die 5 febr. comparuerunt MM. Mallement gallicana, L'Englet
picardica, Duval normannica, Iser germanica nationum Censores, qui libello
supplici amplill. Rectori oblato die 1° hujus mensis febr. licentiam obtinuerant
vocandi in jus Magistrum Gayet coll. sagientis primarium, et Rhetorica a
quatuor mensibus professorem in Monte Acuto. Dictus quoque M. Gayet ad
vadimonium venit, eique adfuit Magister Roy dicti collegii montis acuti
primarius. Verba pro Censoribus fecit Mag. Mallement, subnixusque tribus
generalium Universis Statutorum Articulis. 6°. scilicet, 63, et maxime, textu
appendicis ad reformationem, quo prohibetur, ut nemo in duobus Gymnasiis,
Bursam, ut vocant aut officium habeat, postulavit, ut dicto Mag. Gayet
necessitas injungeretur Eligendi, atque aut ab officio primarii, aut a munere
professoris abscedendi. Respondit M. Gayet citatos illos tres Statutorum articulos
Statutorum, sibi nihil officere: Contendit professionem docendi, nec esse nec dici debere
in collegiis, officium, sed honoris locum esse et liberalem dignitatem. Id ita esse,
ostendit tum Exemplis, tum ex eo maxime, quod Collegia et Antiquitus sine ullo
professore diu persteterint, et constent etiamnum plura sola Bursariis, capellanis,
procuratoribus ac primariis, qui dici vere debeant officiarii collegiorum. Denique
sagiense collegium cui ipse praesit, esse ejusmodi, in quo Bursarii pauculli sint,
et munia perpauca primarii. Auditus est deinde dictus Magister Roy, qui dixit,
quem in Statum montis acuti collegium, temporum injuria redactum est, non sibi facile
esse, propter Exiguitatem Emolumentorum accersere, ea doctrina professorem qui et
Collegio utilitati, et Academiae honori esse possit, nisi aliquod aliunde subsidium habeat,
quo victum sibi necessarium parent. ob eam rem nuper Mag. Gayet a se fuisse invitatum
eo studiosius, quod ejus abstinentiam, Eruditionem, et in docendo solertiam jam ante
perspexisset. non fuisse tamen faciorum, si contra leges Academicas futurum credidisset.
Egressis partibus, auditoque Syndico Universitatis, re nulla in deliberationem placuit
nullam postulationis censuram, in hac occasione, laberi rationem, licere Magistro Gayet
Rhetoricam

Rhetoricam simul in monte Acuto profiteri, et primarium esse Collegii Sagiensis. atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. l.

P Billet rector

Eodem die 5 februarii Ingressus est in comitia Magister Claudius Capperonier Mag in Artibus et licentiatus Theologus, ac post brevem, sed Elegantissimam, quam habuit, orationem, amplissimo Rectori, Deputatis et officiariis Universitatis obtulit Typis mandatos Academiae jussu, Eucharisticos versus a se graece conscriptos, et latinis versibus a Magistro Petro Billet nunc Rectore, redditos. Postea idem Mag Capperonier postulavit, ut sibi liceret, Academiae Parisiensi dedicare opus a se de veteri graecorum pronunciatione compositum, ac sub auspiciis almae literarum omnium parentis, librum illum in publicam lucem Emittere. Re per ampliss. Rectorem missa ad deliberandum, omnes et singuli deputati, voluntatem dicti Mag. Capperonnier ingenti consensu approbarunt. Ut tamen Academiae honori ac famae, quantum deceret, in eâ re consuleretur, placuit Deputari Magistrum Petrum Billet Rectorem; Mag Joannem Dupuis Picardiae procuratorem, Mag. Edmundum Pourchot Syndicum, et M. Petrum Viel scribam Universitatis, qui illud opus inspicerent, Examinarent, viderentque utrum tale esset, cui parisiensis Academiae nomen tuto praefigi posset atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. l.

P Billet rector

Eodem die Magister le Blond proquaestor universitatis Exposuit, Pallioli Rectorii pellem (la fourure) longo usu rufescere jam, et colorem amisisse. omniumque deputatorum consensu jussus est, quamprimum impensis Academiae procurare, ut palliolum novum fiat nova pelle et quali decet indui Rectorem principis universitatis.

Viel

Die 9.° Ejusdem mensis omnes deputati universitatis cum adjunctis et Officiariis Academiae adfuerunt apud ampliss. Rectorem in collegio Sorb. Plessaeo. et rationes accepti et impensi a Mag le Blond proquaestore redditas Exceperunt ac comprobarunt.

Viel

Die 21 Ejusdem mensis februarii habita sunt Extra ordinem comitia deputatorum Universitatis apud Dominum Rectorem in Sorb. Plessaeo. de controversia inter Magistrum de la Briere de Louvancy harcurii collegii provisorem ex una parte, ex altera

Ex Altera M.M. Olmont et Mustel Bursarios Theologos Ejusdem collegii, et Magistrum Dagoumer harcurianæ domûs priorem, tam suo prioris nomine, quam nomine Societatis Bursariorum Theologorum in harcurio: de qua controversia superioribus comitiis ampliari placuerat. auditus est iterum Mag. de Louvancy, qui dixit, quamvis ex statutis dicti collegii, solus provisor sine cujusquam alterius consensu possit Bursarios qui minus in scientiis proficiant Bursa mulctare, atque inhabiles ad proficiendum Expellere, maluisse tamen se dictos Olmont et Mustel ad Tribunal Academicum judicandos adducere: illos autem in scientiis nihil profecisse, satis ex eo apparere, quod cum se dicant, octobri mense, pro Examine ad Baccalaureatum in sacra facultate supplicasse, nondum tamen, quarto post mense, Examen subierint. Jam vero fieri amplius non posse, ut intra sex primos anni quinti menses, supremi senatus ~~Edicto~~ decreto definitor, et Examine defungantur, et thesim de tentativa propugnent. auditus est iterum quoque Magister Dagoumer Prior, qui dixit ~~Edictum~~ decretum supremi senatus latum die 24 junii an. 1703 a provisore perperam explicari. Ex illo enim, dictis Olmont et Mustel superesse adhuc octo integros menses, quibus exactis, si thesim de tentativa non propugnaverint, Bursa sua, sed non prius, Expellendos. Immerito etiam illos a provisore tarditatis in studiis accusari, quippe qui sibi priori præsidenti, in statis per singulas hebdomadas de Theologia Exercitationibus, multa diligentiæ suæ specimina soleant Exhibere. Quod autem dictus provisor asserit, se posse sine cujusquam alterius consensu Bursa mulctare, atque etiam Expellere Bursarios, in eo laedi jus Prioris. itaque actum illius assertionis postulavit. Egressis partibus, audito Syndico Universitatis, re missâ in deliberationem, placuit injungi dictis Olmont et Mustel necessitatem Examina subeundi, primum quidem Martio mense proximo, secundum mense Aprili. quod si leges sacræ facultatis obstiterint, dari illis unum præterea mensem, ita tamen ut hujusce impedimenti, si quod fuerit, luculentum testimonium ad Tribunal Academicum deferant. aliter, et ni satisfecerint, illos omni Bursa sua fructu privari. hoc decretum illud porrigi ad Consequentia. atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. l.

P. Gilles vector

Die 5° mensis Martii in comitiis mensruis Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Sorbona Plessæo celebratis supplicarunt pro literis nominationis jure Magisterii artium et quinquennii Joannes Baptista Boulletroy clericus ambianensis humaniorum literarum professor in Plessæo

Carolus Nicolaüs le febvre presbyter Laudunaeus, Joannes gabriel de Combes presbyter parisinus, in utroque jure Bacalaureus. Michael Richard subdiaconus Suessionensis. Joannes Baptista Dauchel diaconus Belvacensis Bacalaureus Theologus easque illis concedi placuit atque ita ab Amplis. Rectore conclusum fuit. l. P Billet rector

Eodem die Mag. Joannes Nicolaus guillaume Metensis, Bacalaureus Sorbonicus et philosophiae professor in Remensi collegio, libello supplice porrecto die 28 februarii, conquestus est, quod cum die primo decembris an. 1706 in comitiis nationis germanorum supplicasset ut in Tribu continentium dictae nationis in qua pauciores sunt quam quinque Magistri indigenae locum obtineret, repulsam tamen a dicta natione passus esset, postulavitque ut Magister Magenis qui ex Tribu est insularium, et in dictam continentium Tribum jam diu cooptatus, juxta statuta dictae germanorum nationis cogeretur in suam se insularium Tribum recipere, et in dicta continentium Tribu, indigenae sibi locum dare. Magister Magenis quanquam in jus rite vocatus non comparuit, quamobrem audito syndico Universitatis, re missa in deliberationem placuit, dari dicto Magistro guillaume actum deserti Vadimonii quem petiit, ac juberi dictum Mag. Magenis in suam se Tribum insularium recipere, et locum in dicta tribu continentium dicto Magistro guillaum indigenae concedere atque ita ab amplis. Rectore conclusum fuit. l. P Billet rector

de Tribubus continentium et insularium in germanica nave.

Eodem die cum Mag. Edmundus Pourchot Syndicus exposuisset conqueri Dominam Ducissam de Richelieu grave sibi praejudicium afferri ex eo, quod lis inter Dominum de hautefort et Academiam nimium diu quiesceret, re missa in deliberationem placuit dicto M. Pourchot syndico dari negotium, instantiam ut ajunt adversus Dom. de hautefort quam primum resumendi, atque ita ab amplis. Rectore conclusum fuit. l.

P Billet rector

Eodem die Rector amplissimus exhibuit sibi traditum a Clariss. viro M. Collesson, catalogum commentariorum et codicum ad Universitatem pertinentium, quos asservat apud sese Magister Nicolaüs l'air antiquus scriba. dixitque, cum dictus Magister Collesson è decanatu juris, nuper exierit, necesse esse, alium ab eo ad eos codices et commentarios a dicto Magistro l'air recipiendos, et novo scribae cum novo catalogo tradendos;

re missa

re missa in deliberationem placuit deputari Magistrum Carolum Fourel gallicanae nationis procuratorem et Magistrum Edmundum Pourchot Syndicum Universitatis, ad commentarios illos et codices a Magistro L'air recipiendos et M Petro Viel novo scribae, cum novo catalogo tradendos atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. l.

P Billet Rector

Anno Dni 1707 die 14 mensis martii. quod M. Edmundus Pourchot Syndicus Universitatis nobis exposuit, admonitum se fuisse a gravissimis doctoribus sacrae facultatis, thesim Thgicam die 15 Ejusdem mensis martii, ad solennem Universitatis supplicaoem constituto, propugnandam esse a quodam viro nomine Mangin religioso ordinis sancti Francisci in majore conventu ejusdem ordinis, praeside Rever. patre ac Magistro .. Brunet Doctore Thgo ex ordine Carmelitarum. quod cum contrarium sit laudabilibus universitatis nostrae consuetudinibus ab antiquo observatis, postularit ut autoritate nostra hujusmodi propugnatio thesis in crastinum diem inhiberetur. Cui quidem syndici postulationi annuentes, nos Rector Universitatis studii parisiensis expresse vetamus et inhibemus sub poenis Academicis eam thesim thgicam dicto die crastino decimo quinto hujus mensis, solennibus universitatis supplicationibus destinato, propugnari. nostrumque hocce decretum mandamus per apparitorem Academicum significari tam praedicto Rever Patri .. Brunet, quam illi Mangin franciscano. datum in aedibus nostris Sorb-Plessaeis die supradicto 14 mensis martii 1707. l.

Decretum Extemporaneum unius Domini Rectoris quo thesis Thgica die supplicaoum propugnanda impeditur.

P Billet rector

Anno Dni 1707 die 15 mensis martii in comitiis generalibus totius Universitatis apud maturinenses habitis cum D Rector et deputati in angulo secessissent, supplicarunt pro literis nominationis jure magisterii Artium et quinquennii Franciscus Josephus Dourlan subdiaconus audomarensis Claudius le gorlier de la grand cour diaconus catalaunensis Joannes Baptista de la massonniere clericus ambianensis, Claudius Ludovicus lahenier diaconus noviodunensis quorum in literis cum nihil deesset eas illis literas concedi placuit atq; ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

P Billet rector

Deinde M. Edmundus Pourchot Syndicus Universitatis retulit comperisse se, Magistrum desayettes in foro seu Castelleto parisiensi procuratorem, suum munus aut vendidisse aut propediem esse venditurum, alium igitur a dicto desayettes Procuratorem Eligendum esse, qui negotia et lites, si quae Academiae inciderint,

D. Tardy loco ad desayettes Academiae procurator in Castelleto Eligitur.

in Castelleto parisiensi procuret. re ab amplissimo Rectore proposita ad deliberandum omnium unanimi consensu Electus est Magister Gabriel Tardy in dicto castelleto procurator notâ integritate fide et perspicacitate, cui quae habuerit in illo foro negotia universitas committantur. atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. l. P Billet rector

Eodem die Idem Syndicus Exposuit quo die (decimo februarii an. 1705) Mag. Nicolaus l'air, scribae munus abdicavit, et in ejus locum M. Petrus Viel Electus est, unanimi consensu placuisse Deputatis, in gratiam ingentium quae dictus M l'air Exhibuit universitati, officiorum, ipsi quod Erga Magistrum de l'Englet Syndicum et alios prius factitatum fuerat, veterani jura et locum conservari, ut in comitiis et solitam sportulam a quaestore universitatis acciperet, et inter officiarios Academiae consideret. Nihilominus se Syndicum, a novo scriba admonitum fuisse dictum Mag l'air et prae modestia honoris locum refugere, et ne oneri esset Academiae sportulam a quaestore non Exigere. quamobrem dixit e dignitate esse universitatis Executioni mandari conclusionem die decimo febr an 1705 latam, et rogari dictum M l'air ut ne in comitiis inter officiarios universitatis sedere ~~[illegible]~~ et solitam sportulam a quaestore, jure veterani, ~~accipere~~ abnueret. re ab ampliss. Rectore missa ad deliberandum, unanimi consensu placuit, conclusionem illam die 10° febr. 1705 latam Executioni mandari; rogari dictum Magistrum l'air in comitiis sedere inter officiarios universitatis, juberi quaestorem ipsi Eandem sportulam ac novo scribae caeterisque officiariis distribuere; illum denique omnibus veterani juribus gaudere. atque ita ab ampliss. rectore conclusum fuit. l.

jura scribae veterani Magistro l'air confirmantur.

P Billet rector

Deinde in majora comitia reditum est. ibi Rector Eloquentissimus potenti oratione, de praesenti tempore, statuque rerum habitâ, Academicos ad supplicandum majori etiam cum ardore quam prius, accendit: sapient. Dec. et proc ornatiss. significarunt rata et grata se habere quaecunque gesserat in suo trimestri magistratu, amplissimumque comitatum polliciti sunt processuro ad aedem Deo sacram sub invocatione sancti Andreae ab Arcubus. Eò vero loci, Magister l'Abé pastor novus, accepti nuper ab Academiâ beneficii memor, matrem suam ac dominam Excepit quanto potuit apparatu, sapientiss. Decanus a Theologicae facultatis sacrum fecit, gallicam autem concionem habuit Magister de Beine e societate Sorbonica doctor Theologus. Vill

Die vigesimo secundo mensis Martii hora septima matutina celebrata sunt 57.
de ~~more~~ Comitia Deputatorum universitatis apud Maturinenses; ad aperiendum, ut
ajunt, rotulum. disseruit Syndicus Universitatis quo tempore, qua ratione antiquum
Academiæ ad Ecclesiastica Beneficia jus, eo demùm concesserit, ut tertia nunc
anni pars ipsi relicta fuerit. quoniam autem humanæ res multis vicissitudinibus
jacent obnoxiæ, et plurima possunt renasci quæ jam cecidere; censuit morem illum
conveniendi ad aperiendum rotulum, non usque intermissum, ne nunc quidem
esse intermittendum. Consulti ab amplissimo Rectore super eâ re deputati,
pronunciarunt veterem consuetudinem conveniendi secundo die martis in
quadragesima ad rotulum aperiendum, usque et usque esse retinendam. atq;
ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. |.

P Billet rector

Die 24 Martii 1707. in comitiis Rectoriis apud Maturinenses hora decima
matutina celebratis, facta supplicandi potestate Nobilissimus Adolescens Carolus
Nicolaus de Tavannes Clericus Parisinus Magistri de Bacq philosophiæ
Professoris auditor in collegio Mazarinæo, infirmam causatus valetudinem, petiit
immunitatem ab onere scribendi. alter accessit quoque supplex Josephus
piedevestes Clericus Catalaunensis, qui postquam Enarravit, sub finem anni 1702
quo tempore Luteciam studiorum causa cogitabat, retentum se domi fuisse,
tam avi sui morbo, quem sit mors consecuta, quam gravissima matris suæ invaletudine,
unde statim ut illa recreata fuerit, ipse Luteciam petierit, et in disciplinam se tradiderit
Magistro de Vence nunc sapientissimo e societate Sorbonica doctori Theologo, tum
celeberrimo apud Collegium Thesauriorum professori. quantâvis autem usus fuerit diligentiâ
venisse tamen se octo post dies quam Catalogi ad scribam Universitatis delati fuerant.
itaque descriptum in chartulâ privatâ nomen, Ampliss. tum Rectori, Magistro Dupuis
obtulisse, et Exinde tam fuisse in schola assiduum ut ne semel quidem in reliquo cursu
abfuerit. quæ omnia luculentis testimoniis affirmavit. ~~audito Syndico Universitatis,~~
~~dimissæ in suum locum Nationes ad deliberandum de~~ so quamobrem postulavit tres illos
priores quos amisit menses a præclara facultate sibi condonari atque imputari. audito
Syndico Universitatis, dimissæ ab Amplissimo Rectore Nationes in suum locum, tam ad
deliberandum de supplicibus, quam ad confirmandos quatuor viros mane Electos, per ornatiss.
suos procuratores retulerunt de supplicibus quidem Utrique indulgeri, Nobilissimo vero
adolescenti Carolo nicolao de Tavannes plura et majora beneficia, si facultas daretur,
libentissime concessuras, quo suam observantiam gratumque animum Erga nobilissimam
Daguesseorum familiam, unde ille ex materno latere sit, testarentur. De quatuorviris,
confirmari electos mane, a Natione gallicana Magistrum Cochet humaniorum literarum

in Grassinaeo professorem; a Picardica Magistrum Robbe ppliae professorem in Mazarinaeo, a Normannica Magistrum Bonnesœur ppliae professorem in Lexovio, et ejusdem nationis exprocuratorem, a Germanica denique Magistrum Germanum Demetrium Faluy. praeterea omnibus grata et rata haberi quaecunque Rector amplissimus gessisset in suo trimestri Magistratu, illique eo nomine literas commendatitias concedi. postea dicti quatuorviri in conclave vix bene ingressi Rectorios fasces Magistro Petro Billet prorogarunt quae prorogatio Academicis omnibus grata fuit atque ita ab amplissimo Rectore conclusum est. / Viel

Die Secundo mensis Aprilis (an 1707) in comitiis ordinariis Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem habitis in Sorb-Plessaeo supplicarunt pro literis Nominationis titulo Magisterii Artium et quinquennii Dionysius Genevaux Diaconus Parisinus Magister in Artibus, et literarum humaniorum in Coll. Dormano Bellovaco professor septenarius. Joannes Paulus Dagneau Presbyter Laudunaeus, Maturinus de Pardieu Clericus Carnutaeus +. quas literas dictis supplicibus concedi placuit Deputatis atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. / + vincentius de gouge presbyter Boloniensis +. P. Billet rector

additum probavimus. P. Billet rector

Eodem die Comparuit Petrus le valois Magister in Artibus Bursarius Theologus in Collegio harcuriano, qui libello supplice die vigesimo nono martii porrecto Licentiam obtinuerat vocandi in jus Ludovicum Mustel magistrum quoque in Artibus Bursarium Theologum et procuratorem dicti collegii harcuriani. Idem libellus supplex requirente Syndico Universitatis communicatus fuerat tam cum Magistro de Louvancy provisore quam cum aliis Bursariis Theologis, cum denunciatione, ut apud Tribunal Academicum ad huncce diem se sisterent. Dictus le Valois exposuit, se quidem, sententiâ Tribunalis Academici latâ die 8 januarii liberatum fuisse omni molestia litis sibi a scholari quodam nomine Piel intentatae, et in possessione Bursae Theologalis sibi a provisore collegii harcuriani collatae permansisse. attamen Emolumenta dictae Bursae sibi a praedicto Mustel procuratore negari ob certas de prioratu dicti collegii, inter MM de Louvancy provisorem, et Dagoumer controversias. quamobrem postulavit, ut ne saltem dicta Emolumenta penes dictum Mustel (quem ~~multis de causis~~ si forte creditum dissolvat, cum fidei jussorem non dederit, multis de causis solvendo non esse suspicatur) remaneant, sed in sequestro ponantur usque dum Eae controversiae diremptae sint. praeterea postulavit, neglectum hactenus Articulum 77 Statutorum dicti collegii harcuriani observari, quo cautum est, ut pecunia de quibuscunque reditibus domûs reponatur in Arca habente tres claves, quarum

quarum unam provisor, duas alias duo, qui tum erant, procuratores custodiant. ac poenas Academicas constitui tam in dictum Mustel quam in futuros deinceps procuratores, si pecuniam quamlibet ad collegium harcurianum pertinentem, ultra diem integrum extra arcam illam servaverint. Magister de Louvancy ad vadimonium adfuit ac declaravit per se nihil obstare quo minus dictus Articulus 77 statutorum religiose observetur. imo enixe pro communi utilitate postulavit incommodis quae ex ea negligentia nasci possunt, autoritate Academica praeverti. dictus vero Mustel caeterique Bursarii vadimonium deseruerunt. Lecto igitur articulo 77. statutorum dicti collegii, audito Syndico Universitatis, re missa in deliberationem placuit dari dicto le Valois actum deserti a dicto Mustel aliisque Bursariis vadimonii. Eidem omnia sua postulata adjudicari, Emolumenta Bursae illius quam possidet in Arca communi et sequestra reponi donec lis illa de prioratu collegii harcuriani dirimatur, diligenter servari dictum articulum 77 statutorum dicti collegii, et poenas omnes Academicas injungi tam dicto Mustel nunc procuratori quam futuris deinceps procuratoribus, si pecuniam quamcunque ex redditibus harcurianae domus collectam extra arcam illam ultra diem integrum servaverint. atque praesentem sententiam non obstante quacunque appellatione quamprimum executioni mandari. atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. |. P. Billet rector

Eodem die, facta supplicandi potestate, Benedictus Ludovicus Bourganel, delectique aliquot artium magistri, nomine tam suo quam aliorum in Artibus magistrorum qui pueros et adolescentes alunt ac docent privatis in paedagogiis, Amplissimo Rectori ac deputatis libellum supplicem obtulerunt conceptum in hunc modum. . . . Amplissimo D. Rectori, Sapientissimis decanis, Ornatissimisque procuratoribus. ad vos accedunt Artium magistri supplicaturi ut eos specialius suscipiatis sub tutamine Universitatis et tueamini adversus quosdam homines a quibus quotidie in juventutis institutione perturbantur. Orant vos et obtestantur ut sibi quasdam leges statuatis, jubeatisque ut quisquis deinceps instituendae juventutis curam magister artium suscipere voluerit, ad vos specialem permissum literasque accepturus accedat. postulant iidem ut pro vestra prudentia delectos identidem mittatis viros, qui suam in instituendis adolescentibus curam inspiciant. Quod si feceritis, aequi bonique consulueritis. Parisiis die secundo mensis Aprilis anno Millesimo septingentesimo septimo. subsignarunt cum syngraphis Fremont, Querray, de Villiers, J. guenée, le Brun, Cartin, Beaurain, le Brun, hardy, Passart, Thoynon, Bourganel, de Lémeré, Binot, Barbaut, Feugere. Quaeque scriptis enunciaverant, eadem verbis deputati praesentes suppliciter postularunt. Quibus auditis Egressisque, Magister Edmundus Pourchot

Syndicus

Syndicus Universitatis de antiquo et nusquam labato Academiæ in ejusmodi pædagogia ac magistros Artium jure disseruit. Multa in rempublicam commoda et orta esse hactenus, et posse deinceps oriri ex illis pædagogiis si recte administrentur. non modo igitur nihil morari se, quominus illis magistris Artium indulgeatur, sed videri sibi e re atque honore esse universitatis ut illa suos alumnos adversus quoslibet tueatur ac defendat, modo ipsi se intra suos limites contineant, hoc est si nullos domi suæ adolescentes† instituant, nisi qui in scholas Academicas veniunt. —

† qui nonum annum excesserint, nisi P Beller rector

Re deinde per amplissimum Rectorem nilla ad deliberandum, rogatis dictisque sententiis, placuit unanimi consensu deputatis, annui supplicationi prædictorum in Artibus Magistrorum. hueri illos veluti clientes, adversus quoslibet modo — neminem domi suæ adolescentem†† instituant ac retineant, qui non in scholas — veniet universitatis. In fidem vero Academiæ non recipi eos magistros qui addictam facultatem ab ipsa per literas non acceperint prius quam privatum ejusmodi — pædagogium aperiant. Item rogari Dominum Rectorem ut prædictis magistris — certas ad mentem statutorum Universitatis, leges velit conscribere, quibus — ejusmodi pædagogia ad eandem normam regi possint atque administrari utilius, ac deputari identidem viros Academicos qui dicta pædagogia lustrent, videant, utrum in iis adolescentes ad omnem virtutem pariter ac scientias informentur. Curentque dictas leges ab amplissimo Rectore componendas diligenter observari, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. (.

†† qui nonum annum excesserint P Beller rector

P. Beller rector

Eodem die Comparuerunt ex una parte Magister Magenis e Tribu insularium in germanica natione, sed in tribum continentium olim cooptatus, Ex alterâ parte Magistri Simon, Martinot et Guillaume è dicta Tribu Continentium Ejusdem germanica nationis. Magister Magenis dixit latam fuisse die quinto mensis martii ab Academico Tribunali contrariam sibi sententiam, cui nunc intercedat, eo quod vadimonium sibi ad illum diem quintum martii nullatenus fuerit denunciatum. Captatam fuisse a Magistro Guillaume occasionem dum ipse rus petiisset: nec vero teneri se illo statuto dictæ nationis, quo Magister Guillaume subnititur, ut pote qui prius in Tribum continentium fuerit cooptatus quam statuta fuerint renovata. præterea in dictâ Tribu Continentium, quemadmodum in tribu Insularium posse esse decem Magistros atque adeo, ne dum ipse ex ea ejiciatur, posse insuper in eam alios e Tribu insularium quatuor adoptari, si ita Academico Tribunali videatur. Id ita verum esse apparere ex eo quod, cum die primo hujus mensis vices recurrissent dictæ

Tribus

Tribûs continentium ex qua procurator Eligeretur, ipse numero multo majore suffragiorum procurator electus fuerit. Magister guillaume reposuit vadimonium ad diem quintum Martii fuisse ritè et ex omnibus formulis juris dicto Magistro Magenis per Lécuirot apparitorem denunciatum. Se quidem secundum Academicam sententiam latam die quinto martii, admissum fuisse in prædictam Tribum Continentium; sed, quæ pars est altera illius sententiæ, Magistrum Magenis nolle ex eâ se in suam insularium Tribum recipere. Elapsum jam tempus esse, intra quod dicto M. Magenis licuerit ei sententiæ intercedere si tamen Deputatis causam iterum disceptandam reponi placeat; nihil aliud se postulare, nisi ut statuta dictæ nationis germanicæ, senatusque consulta in re consimili lata, executioni mandentur. Magister Martinot dixit nihil jam in dictâ Tribu Continentium esse cooptatis opus, cum in eâ nunc quinque sint magistri indigenæ. Magistrum Magenis tam teneri illo articulo statutorum, qui est de cooptatione, quam aliis teneatur. Intercessisse se, quominus dictus Mag. Magenis die primo hujus mensis procurator Eligeretur, vice recurrente Tribus Continentium ex qua nunc Censeri non debeat; postularitque illam Electionem irritam et cassam declarari. Magister Simon postularit ut si illa electio magistri Magenis in procuratorem improbetur, ipse procurator declaretur, cum pro munere procuratorio unà cum dicto Magistro Magenis coram natione germanica supplicaverit, antiquissimus ~~quæ~~ sit ex iis qui possunt in præsentia ad id munus aspirare. auditis Egressisque partibus, lectis statutis, ac senatus consultis, audito syndico Universitatis, re missa in deliberationem, placuit,[++] Locum jam non esse Magistro Magenis in dicta Tribu continentium, irritam et cassam esse Electionem dicti magistri Magenis in procuratorem die primo hujus mensis factam a germanica natione. et procuratorium munus ad magistrum Simon pertinere, si nihil aliunde obstet in statutis dictæ germanicæ nationis. atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. /.

[++] sententiam Academicam latam die quinto martii confirmari. /.

P Billet rector.

P Billet rector

Die 16 ejusdem mensis Aprilis habita sunt extra ordinem comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Collegio Sorbonæ plessæo ubi cum dicto Domino Rectore adfuerunt M. Joisel Theologiæ decanus, M. de Barriere decanus Jurium. M. Poirier decanus Medicinæ. M. fourel galliæ Procurator, M. Dupuis picardiæ M. Morain Normanniæ. M. Simon germaniæ procuratores. Supplicavit pro literis nominationis jure Magisterii in Artibus et Quinquennii Joannes de Parades Diaconus Clavomontensis quas illi concedi placuit. atq; ita ab amplissimo Rectore conclusum est. /.

P Billet rector

Deinde Dominus Rector Exposuit ad se venisse Dominum Chevalier qui possidet aedem unam in fundo sitam Universitatis, quam vendere cogitat propediem; ac postulasse ut aliquid sibi de clientelari jure remitteretur, tum vero ut Academia de suo, Magistro Robert Universitatis in curia parlamenti procuratori solveret summam quinque et septuaginta circiter libellarum pro impensis litis sibi intentatae, dum cunctatur tabulas suae possessionis renovare. quibus de rebus consulti deputati censuerunt, de illa aede, priusquam quidquam dicto D. Chevalier concedatur, deputandos esse Magistros Fourel et Morain procuratores illum galliae hunc Normanniae, qui de emptorum conditione et genere inquirant; num sint ejusmodi (nam injecta aliqua suspicio est) apud quos illa aedes jugis et perpetui Mancipii futura sit (vulgo des gens de main morte). De impensis vero nihil esse Academiae imputandum: illas ab eo praestandas esse, cujus culpa et dilatione cumulatae sint. atque ita ab amplis. Rectore conclusum fuit. l.

P. Billet rector.

Postea venit in comitia Dominus Duret in curia magni consilii praeses, qui dixit, quo die Aprilis. 1702. Magnam fundi sui in prato Clericali partem Academia predot vendidit, dictum predot coram notariis declarasse fundum illum non sibi sed Danchet Emi. Eodem quoque die dictum Danchet pariter coram notariis declarasse, neque se verum Emptorem esse fundi illius, sed Dominum Duret cui suum commodet nomen. Exinde se (dominum Duret) in dicto fundo suis sumptibus aedificia praegrandia pulcherrimaque extruxisse, quorum unum cum Dominus dux de Beauvillier Empturum se diceret, vellet que prius liberum fieri omni pignore alieno, hinc factum esse ut ipse in suum hunc ipsum fundum regias manus iniecerit, illumque publice visus sit a dicto Danchet redemisse. Nunc tamen illam domum non Domino de Beauvillier venumiri, sed Domino de Maisons in suprema parlamenti curia praesidi infulato quicum de pretio jam ac conditionibus convenerit. Sibi vero, si stricto jure secum agatur ab Academia, bis necesse fore censuales obventiones persolvere, semel quod supradictum fundum a dicto Danchet redemerit, iterum quod illam domum sit praedicto Domino de Maisons venditurus. Itaque aut totum jus clientelare, aut saltem maximam illius partem sibi remitti postularit. audito Syndico universitatis, placuit huicce deliberationi ad tempus supersederi: Interea deputari M. Barriere decanum juris. M. Fourel galliae procuratorem, et Mag. Pourchot Syndicum qui Dominum de Maisons virum amantem Universitatis honoris causa invisant, et quod ab eo de pretio et conditionibus illius venditionis acceperint, proximis

comitiis

comitiis reteverant ad Tribunal Academiae, atque
ita ab amplis. Rectore conclusum fuit. l.
P. Billet rector

Eodem die, de summa pecuniae quam ab Academia Magister des verneys
Exigit pro litibus et negotiis quae quondam Universitatis nomine procuravit
priusquam d Robert in ejus locum procurator Academicus Eligeretur; placuit
placuit nominari Rectorem amplissimum et Magistrum fourel gallicae
procuratorem ut ex consilio dicti d. Robert rem illam cum dicto des verneys
peragant et conficiant atque ita ab amplis. Rectore conclusum fuit. l.

P. Billet rector

Die 21 mensis Aprilis Deputati Universitatis apud amplissimum Rectorem in
apud Collegio Sorbona plestarum fuerunt congregati super negotio Domini Duret, Dei
superioribus comitiis supersedere placuerat. M M. Barriere fourel et Pourchot
retulerunt se ab illustrissimo praeside de Maisons fuisse humanissime exceptos,
ac vidisse rem ita se habere uti illam Dominus Duret antea exposuerat.
praeterea dictum d. Duret quem pariter invisserint addidisse, sibi in animo esse, caput
seu sortem principalem redimere pensionis illius ad quam singulis annis tenetur erga
Universitatem pro Emptione tritus fundi quem possidet in prato clericali, providendum
itaque esse Deputatis uti illa summa, quae est trium et viginti millium civium libellarum
ita collocetur, ut sibi nunquam fraudi esse possit illam persolvisse de reliquo sperare
futurum ut sibi quod antea de censualibus obventionibus postulavit, concedant ultro
Deputati. qua de re audito Syndico Universitatis, unanimi consensu placuit summam
illam trium et viginti millium libellarum pro redemptione sortis illius principalis uti primum
fuerit persoluta, quod satis tam dicto d. Duret quam aliis tutum sit, collocari. De
+ addictum et censualibus obventionibus, quod spectat ad primam venditionem, nihil plane exigi,
Silvas omnes + vera ea
probavimus qua simulata,
P. Billet
quod vero spectat ad secundam venditionem, quoniam
solenni statuto sanctum est, ne quando, quovis pretextu, Deputatis liceat obventionum
censualium plus quam tertiam partem remittere, placuit e viginti qui debentur decem
in gratiam dicti d. Duret octo remitti, ea tamen conditione ut quod quid debet usurarum
sortis illius principalis, ubi persolvat. idemque M M. Barriere fourel et pourchot cum
quatuor Universitatis, ad id omne negotium conficiendum nominati sunt. atque ita ab
amplis. Rectore conclusum fuit. l.

P. Billet rector

Eodem die delecti e privatorum paedagogiorum Magistris, Petrus Tremont
Tullianus querray, Alexander Beauvais postquam amplissimo Rectori ac
Deputatis, gratias retulerunt, quod illos in fidem et clientelam Academiae recepissent,
postularunt

postularunt sibi quamprimum describi leges, quibus se diligenter obtemperaturos iterum promiserunt. Deinde ut ad eam litem quam cum d Cantore Ecclesiæ Parisiensis, parvarumque, ut ajunt scholarum magistris habent Academia velit accedere. audito Syndico Universitatis, rogatis dictisque sententiis, ab amplissimo Rectore dictis magistris responsum est, se propediem habituros illa statuta quæ die secundo hujus mensis ab Academico Tribunali petierint. Universitatem quidem ad Eam litem quam cum d Cantore magistrisque parvarum scholarum habeant, non ~~aut~~ accessuram, nec tamen suos clientes passuram indefensos. sed amplissimum Rectorem cum aliquot deputatis, ubi opus fuerit iturum, jusque magistrorum in artibus tam illustrissimo senatus principi quam primariis judicibus studiose commendaturum. 1.

P. Billet Rector.

Die tertio mensis Maii feria tertia hebdomadæ primæ post pascha quæ feria Academicæ Synodo solennis est. habita sunt comitia deputatorum Universitatis apud maturinenses hora septima matutina ad celebrandam illam Synodum beneficiariorum Universitatis. Rector amplissimus comitiorum causam exposuit. Deinde Syndicus Universitatis de Academiæ in beneficiarios benignitate, de Beneficiariorum in Academiam obsequio verba fecit, ac pro munere suo postulavit, ut omnium nomina palam recitarentur et si qui abessent nec legitimam excusationem attulissent solita pœna mulctarentur. tum Ego scriba beneficiariorum omnium altâ voce nomina hoc modo atque ordine recensui. Vigilantissimi pastores Ecclesiarum. Magister Joannes Baptista Choart doctor Theologus Pastor Ecclesiæ Sancti Germani Veteris. Magister Nicolaus Berbis in jure canonico Licentiatus Pastor Ecclesiæ Sanctorum Cosmæ et Damiani. Magister Jacobus Labbé magister in Artibus Pastor Ecclesiæ Sancti Andreæ de Arcubus. Capellani. Magister Claudius Capperonnier Licentiatus Thgus Capellaniæ Beatæ Mariæ in Ecclesia Sancti Andreæ de Arcubus Capellanus. Capellani Savoysiani Mag. Petrus Verrier Doctor Thgus collegii Turonensis primarius. M. Nicolaus Cordier. M. Edmundus Chalgrain primarius collegii hubantini. Mag. Petrus Poulet doctor Thgus. M. Nicolaus le Barbier socius cholætæus Bacalaureus Thgus. Capellani de Castelleto. M. Petrus Verrier doctor Thgus qui supra. M. Ægidius Roussel Bacalaureus Theologus Emeritus pphiæ professor in harcurio. M. Bernardus Colon professor Emeritus Rhetoricæ in marchiano. Capellani de Thesauro Regio. duæ sunt ejusmodi capellaniæ quarum utramque obtinet idem M. petrus ~~te~~ Verrier doctor Theologus. cæteri præsentes ad nomen suum responderunt. M. le Barbier sub finem comitiorum

Synodus Academica

sedentibus

sedentibus adhuc deputatis adfuit seseque quod paulo serius advenisset excusavit.
Magister Poulet cum in patria sua triginta
circiter ab hac urbe Leucis valetudi restituendae
operam daret, per Epistolam suae in Academiam observantiae plenissimam
Syndicum universitatis rogaverat uti causam absentiae suae probaret amplissimo
Rectori ac deputatis. Idem quoque M. Cordier publico instrumento, e loco uti nunc
degit ad Syndicum eundem misso praestiterat, cujus utriusque causa a deputatis admissa est
defuit et Mag. Colon in quem ne qua poena ferretur obstitit ~~obstitit~~ gravis
oculorum valetudo qua provecta jam in aetate domi suae retinetur. postea rector
amplissimus praesentes beneficiarios et maxime vigilantissimos pastores laudavit
hortatusque est, pergerent ita suo quisque officio defungi ut et suo gregi utilitati
et Academiae honori nunquam esse desinerent.

Eodem die pro literis nominationis jure magisterii in Artibus et quinquennii
supplicavit Joannes Baptista gregoire de Roulhac diaconus lemovix, quas illi
Syndico universitatis referente, concedi placuit atque ita ab ampliss. rectore
conclusum est. /.

Die septimo mensis Maii habita sunt comitia ordinaria deputatorum
Universitatis apud ampliss. Rectorem in collegio Sorbonae Plessaeo. ibi
supplicarunt pro literis nominationis Joannes franciscus Cuquel presbyter
Parisinus in Artibus Magister. franciscus Chartier presbyter Blesensis,
magister quoque in Artibus uterque titulo magisterii et quinquennii studiorum.
quas literas illis concedi placuit, atq. ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. /.

P Billet rector

Eodem die Ego Scriba exposui allatas demum apud me fuisse e domo
Magistri L'air antiqui scribae duas arcas in quibus codices et commentarii
ad Universitatem pertinentes continentur, Eosdem praesentibus amplissimo Rectore
ac Magistris fourel et pourchot deputatis recognitos fuisse et inventos prout
in tabula seu catalogo anno confecto, et a Magistro Barbier tum Rectore
omnibusque deputatis subsignato, indicantur. Jam vero dictum Magistrum L'air
flagitare dari sibi ab Academico tribunali accepti-lationem. Postea M. Edmundus
Pourchot Syndicus dixit antiquos quidem illos codices a Magistro l'air fuisse
Universitati restitutos, sed recentiores quorum multo major usus sit, nimirum tam
a dicto M. l'air quam ab Ejusdem decessore M. Egasse du Boulaj conscriptos
nondum fuisse novo scribae traditos. Itaque postulavit deputari quamprimum qui
dictos recentiores commentarios a dicto M. l'air repetant, intercessitque quominus
ulla ipsi accepti latio, prius quam satisfecerit, concedatur. placuit nominari Magistrum
Barriere decanum consultissimae facultatis et Magistrum fourel galliae procuratorem
cum dicto Syndico Universitatis ad illos recentiores codices a dicto Magistro l'air quavis
ratione

ratione repetendos, neque ullam ipsi prius quam satisfecerit dari ab Academia acceptilationem atque ita ab Amplissimo Rectore conclusum fuit. (.

P Billet rector

Eodem die Magister Claudius Capperonnier Magister in Artibus et Licentiatus Theologus Eleganti oratione postulavit, ut si Liber a se de veteri græcæ Linguæ pronunciatione, universitati die quinto februarii oblatus, referentibus ornatissimis viris ad illum examinandum deputatis, publicâ luce dignus videretur, liceret sibi illum, sub auspiciis ac nomine Universitatis, typis quam primum mandare. Postea addidit majus se habere in animo consilium. Eustathium, Eruditissimum illum homeri interpretem nondum fuisse nec castigatè editum, nec ~~a~~ a quoquam aut e græco in latinam linguam conversum, aut notis necessariis illustratum. ad ~~hæc tria~~ hæc tria se, deo juvante, aggressurum. Et quidem operi se jam primam manum admovisse, codicesque duodecim quos exhibuit, absolvisse. Quanquam sit opus acerrimi laboris annorumque plurimorum, satis scire perficiendi sibi non defore voluntatem, nec facultatem defuturam, si Universitas, cujus antea benignitatem expertus sit, studia sua foveat atque adjuvet, ad id opus quod optimæ parenti literarum tam libenti quam grato animo sit consecraturus. Illo deinde Egresso, Magister Petrus Billet Rector, M. Joannes Dupuis Picardiæ procurator, M. Edmundus Pourchot Syndicus, et Ego Petrus Viel scriba universitatis, retulimus a nobis Academiæ jussu, librum illum de veteri græcæ linguæ pronunciatione, fuisse diligenter examinatum: in Eo Exquisitam quamdam Eruditionem contineri. Vix credibile esse quot authores, plerosque nondum editos, et in Bibliothecarum variarum tenebris delitescentes a Magistro Capperonnier consultos fuisse oporteat. Nec modo illum de græcâ pronunciatione quod pollicetur, sed de latina quoque lingua passim præcipere, multasque animadversiones ad intelligentiam authorum perutiles ubique conspersisse de cæteris literis nihil pene dubii relictum de literis vero B et H, non satis commode refelli authoritatem hujusce versus ~~Cratini~~ Cratini poetæ quem ex Ælio Dionysio citat Eustathius. Ὁ δ' Ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει. Cæteroquin opus videri, et publica luce et Academiâ Parisiensi dignissimum. Unum modo cavendum, ut in verbis acerbi nihil insit ubicunque adversæ sententiæ authores seu vivi, seu jam fato functi confutantur. Magister Nicolaüs Morain novus Normanniæ procurator qui librum Eundem perlegerat, quæ a deputatis relata fuerant suo quoque calculo comprobavit. Postea Magister Edmundus Pourchot Syndicus Universitatis dixit nullâ fortasse aliâ re magis posse studia literarum promoveri

promoveri quam si ad Exitum perducatur id opus quod M. Capperonnier meditetur. Viros sæpe omnis generis literatos, ad hunc laborem suscipiendum fuisse propositis præmiis ingentibus ab hominibus doctrinarum amantibus invitatos. Egregium vero fore Universitati, si quod cæteri detrectarunt, ex Academicis unus Exequatur. è multis vero Magistrum Capperonnier unum esse, cui ad id feliciter absolvendum, et natura sagax ingenium, et labor improbus omnia doctrinæ adjumenta tribuerit. Quamobrem vehementer censere se tanti viri industriam omni honestâ ratione acuendam; et quo laboris tam diuturni tædium lenius ferat, pensionem Ex ærario Universitatis, qualem deputatis placuerit, per singulos annos persolvendam. Re ab amplissimo Rectore propositâ ad deliberandum, rogatis dictisque sententiis, placuit unanimi consensu omnibus et singulis deputatis primò gratum esse Universitati librum Magistri Capperonnier de veteri linguæ græcæ pronunciatione quem Academiæ optet dedicare, ita tamen ut honestis agatur verbis ubicunque adversæ sententiæ authores quam vivi tam defuncti confutabuntur. Secundo gratum pariter fore super Eustathio opus quod meditetur; quòque illud alacrius exequatur, placuit Ex ærario universitatis a quæstore Eidem Magistro Capperonnier persolvi quatuor æquis pensionibus summam quadringentarum libellarum, Eâ tamen conditione, ut quotannis certum novorum codicum numerum amplissimo Rectori ac deputatis exhibeat, qui deinde codices dictis Magistris Billet, Dupuis, Morain Pourchot et Viel, etiam si e munere suo excesserint, aut aliis deputatis tradentur examinandi. Placuit insuper remitti Eidem M. Capperonnier summam ducentarum libellarum, quam ab Academia mutuam accepit ad reficiendas ædes ad Cappellaniam quam ex dono universitatis possidet, pertinentes, ac reddi ipsi suum a quæstore Chirographum. atque ita ab amplissimo Rectore fuit conclusum et a deputatis omnibus subsignatum.

P. Billet Rector

Joisel

Barriere Poirier

Fourcel

M. Simon Morain

Pourchot M. Leblond

Viel

Eodem die septimo maii 1704. Rector amplissimus cum omnibus deputatis invisit in privatis adhuc aedibus suis commorantem illustrissimum Pelterium senatus principem, in locum integerrimi, et Academiæ nostræ amantissimi Harlai a Rege suffectum die 16 Aprilis, Rector pallio quidem nigro, cæteri nigris pariter togis: non vero cum habeis ac fascibus. oratione gallica usus est in salutando.

Vis

Die nono mensis maii 1704. missum est ad omnes gymnasiarchas ac professores, et ad omnium collegiorum valvas affixum, Mandatum Amplissimi Rectoris de Thesibus atque exercitiis in hæc verba

Mandatum Rectoris.

Nos Petrus Billet Rector Universitatis studii Parisiensis, omnibus quorum interesse poterit, salutem. Academia nostra nullum a majoribus suis certius accepit patrimonium, quam ardentissimum laboris amorem, et summam in omnibus moderatam cum simplicitate conjunctam. Quæ decora quandiu vigebitur, tandiu plurimum et apud suos et apud exteros commendationis obtinebit. Ac de labore quidem, non immerito dixerimus, nunquam aut in magistris docendi curam, aut in adolescentibus cupiditatem discendi fuisse intensiorem. Quacunque gymnasia lustravis, fervent scholæ omnes, hinc eruditis philosophorum concertationibus, inde cæteris in ordinibus accuratè latinos græcosque authores evolventium exercitiis. Verum luxus ille et jactantior profundendæ pecuniæ libido, quæ hac ætate in tenuiorum invasit domos, in exercitia quoque nostra sensim irrepsit volueruntque nonnulli quem fortasse ab industriâ sua non potuerant, a magnifico apparatu exercitationum splendorem aliquem prave mutuari. Quos sumptus cum primum divites et bene nummati per prapostteram ambitionem fecissent, eos deterrima æmulatione cæteri quoque imitari conati sunt. Cum autem id malum serpat in dies magis, et propediem in perniciem ipsorum studiorum venturum sit ni propere remedium adhibeatur. Re sæpe a nobis et privatim apud nos cum ornatissimis deputatis gymnasiarchis et professoribus communicata, et publicis in comitiis apud Maturinenses ad deliberandum proposita, tandem præclara Artium facultas die decimo sexto decembris an. 1706 sic statuit et a suis voluit observari.

1°. ut scholarum in quibus aut exercitia fiunt, aut theses propugnantur,

ornatus

Oratores sit permodesta, nulla aut modica [illegible] MOYEN DAMIER DEUX SOLS [illegible] imagines prefigantur, nisi forte cum [illegible] dicantur virtus principibus aut in aliqua primaria dignitate constitutis. 3. ut theses illae, aut in modum libelli, quod videtur decentius, complicentur aut unicâ tabulâ describantur, ex arbitrio professorum. Huic decreto non dubitamus, quin ipsi divitum adolescentium parentes faveant eò libentius, quod eo cum omnia ad pristinam Academiae simplicitatem revocantur; tum disciplinarum industria politâ inani ostentatione per se clarius elucescet. Datum in aedibus nostris Sorbonae-plestaeis die nono mensis maii an. d. 1707. I.

Vidi

Credi vix potest quanto omnium ordinum favore istud mandatum exceptum fuerit, alii sermonis elegantiam, alii nitorem sententiarum, multi verum ordinem in tanta brevitate saepe, nec usquam constitè recurrentem, omnes sapientem amplissimi Rectoris ac praeclarae facultatis artium providentiam admirari, ac postulare tradi sibi tam eximii operis exemplar, domi asservandum. Chalcographi tamen seu venditores imaginum quorum Parisiis quaestus imminui videbantur, invidorum Universitatis auctoritate fulti libellum supplicem adversus hoc decretum obtulerunt Eminentissimo Cardinali, tanquam Academicae rei ad eum referri deberent. Sed in ipso primo molimine explosi, quieverunt.

Die Lunae 16 maii oratores universitatis M. Barriere decanus juricum. M. Poirier decanus Medicinae, M. Pourchot Syndicus, et, agrotante me scribâ, M. Cochet praefectum urbis atque aediles invitarunt si vellent audire Rectorem amplissimum panegyricum Ludovico magno ex fidere urbem inter et Academiam ritu, dictumque die 19 hujus mensis. verba fecit M. Pourchot Syndicus, Eique Syndicus aedilium procurator Elegantî oratione respondit, caetera, ut moris est, peracta sunt.

Die 19 hujus mensis M. Petrus Billet Rector Universitatis Ludovico magno solitam panegyricum dixit coram Eminentissimo Cardinali plurimis Episcopis ac senatoribus, tantaque auditorum frequentia, ut intra latissimos scholarum exteriorum Sorbonae parietes capi omnes non potuerint. argumentum orationis novum ac singulare suppeditavit ante quatuor circiter menses natus Britanniae dux Ludovici pronepos. ostendit orator cum ille, pro fratre ejusdem nominis ante menses octodecim extincto, redditus est infans, nihil potuisse contingere, Ludovico quidem ipso re jucundius, gallis vero spe felicius. omnes, cum diceret, ingenti silentio, avidi audierunt, ubi dixit, vario plausu maximaque admurmuratione significarunt, caeteros oratores ab illo hactenus, in hac vero oratione Eundem ab ipso se fuisse superatum.

Idem Rector amplissimus quo die, octavo januarii 1707. Editus est in lucem regalis infans

infans Britanniæ dux, Academiam ad referendas Deo gratas, honestæque jucunditati indulgendum invitavit publico programmate, quod quanquam non loco suo referimus non tamen æquum est posteritati invidere, nec videtur ullo loco reponi posse commodius.

Mandatum Rectoris

Nos Petrus Billet Rector Universitatis, omnibus Doctoribus, Magistris et Scholaribus Parisiis studentibus salutem. Academia nostra Christianissimis Regibus parentibus suis, præ cæteris ordinibus addicta semper fuit, nihilque antiquius aut solenne magis habuit quam ut regiæ soboli, cujus in propagatione tutamen est imperii fausta omnia apprecaretur. Cum igitur probatam Ludovici magni pietatem Deus abunde hocce die remuneraverit, simul et vota nostra cumularit, æquum est referre nos quam primum Deo præpotenti pro tanto beneficio gratias immortales. atque ut commissa fidei nostræ juventus in partem communis officii lætitiæque veniat, ob natum felicissimo partu Ludovico magno pronepotem diebus proximis Lunæ et Martis scholas nostras feriari præcipimus Datum in ædibus nostris Sorbonæ Plessæis die sabbati octavo januarii an. dni 1707.

Vill

Die quarto mensis Junii 1707. habita sunt apud amplis Rectorem in Sorb. Plessæo comitia menstrua quibus interfuerunt cum Amplis Rectore M. Josel Thgiæ decanus, M. Barriere decanus jurium M. Poirier decanus Medicorum, M. Fourel procurator gallicanæ Nationis, M. Capperonnier Picardiæ procurator et M. Simon procurator germanorum. Supplicarunt pro literis nominationis henricus de Blanfuné subdiaconus Ebroicensis Mag in Artibus et Bacalaureus Thgus. Jacobus Savalette Acolythus Parisinus Mag in Artibus Viventius Villedieu subdiaconus augustodunensis Mag in Artibus Bacalaureus Thgus, Bernardus Fransquin Tullensis presbyter, mag in Artibus Bacalaureus Thgus et Philippus Souveaut clericus Divionæus mag in Artibus Bacalaureus Thgus quorum in literis cum Ego scriba absente syndico retulissem nihil deesse placuit omnibus concedi quod postulabant atq. ita ab ampl. Rectore conclusum fuit. |.

P. Billet Rector

Postea Magister Barriere Decanus Jurium dixit, cum in superioribus comitiis a quopiam ex academico Tribunali mentio injecta fuisset de Sportula Eroganda oratori qui præfectum urbis et ædiles ad panegyricum Ludovico magno, iret Academiæ nomine invitatum, Se quidem tum inscium quantæ illa res esset difficultatis, mentionem illam compressisse, nec censuisse ullam Erogandam, nunc autem

MOYEN PAPIER DEUX SOIS LAFEUILLE

autem Ex quo Magistro Edmundo Pourchot dicenti die lunæ 16 junii adfuerit, intelligere, quanto labore accuranda sit illa oratio quæ quo debeat esse brevior, hoc sit operosior, et coram numeroso ædilium collegio januis apertis habeatur. Itaque quo vesciant qui deinceps deputabuntur oratores, non leves sibi partes esse commissas Academicæ famæ sustinendæ, censere nummum aureum illis esse pro navata opera ex ærario publico persolvendum. Magistrum autem Pourchot Ea oratione tam Eleganter tam honorifice esse defunctum, ut meritus sit a quo fiat hujusce liberalitatis Academicæ initium. Magister Poirier Decanus Medicorum qui et ipse fuerat deputatus, in eandem descendit sententiam, multaque addidit de successu illius orationis quam M. Pourchot habuerat. Re missa ab amplissimo Rectore ad deliberandum omnes tam Decani quam procuratores voluerunt, Ei qui deinceps ad invitandos præfectum et ædiles orator deputaretur, ex ærario publico nummum aureum Erogari, et a Magistro Pourchot, pro habita nuper oratione, duci initium atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. l. P Billet Rector

Deinde Ego scriba retuli Magistrum l'air antiquum scribam, Ex quo cum illo egerit Magister fourel ad id antea deputatus, ad me detulisse septem commentarios conclusionum universitatis tam a Magistro Du Boulay quam a se conscriptos præter eum quo nunc utor in scribendo, quem mihi ab initio tradiderit. Superesse nunc tantum Magistrorum in Artibus nomina, ac literas quinquenniorum quæ primo quoque die allaturum se promiserit. Viel

Die Octavo ejusdem mensis Junii 1707. habita sunt comitia generalia ac supplicatoria totius universitatis apud Maturinenses. primo ut moris est, secessum est in angulo peristylii ubi actum est de negotio Domini Duret de quo in Aprili mense actum sæpe fuerat. ad id conficiendum iterum placuit deputari MM. Barriere decanum jurium, fourel galliæ procuratorem et Pourchot Syndicum atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. P Billet Rector

Deinde Rector amplissimus in aulam se contulit comitiorum ubi oratione variis Rhetoricæ floribus distincta, rationem reddidit quam obrem Academiam tantam tamque numerosam societatem, in templum Divi hilarii tam angustum tam vicinum, supplicatum deduceret, id nimirum viro probo ac vere pio erat consilii, ut pudorem aliquem dicendo iniiceret iis Academicis, qui statim ut ad Ecclesiam perventum est, sportulamque acceperunt statim abeunt ac dilabuntur, sub finem vero mutata prioris sermonis tristitia festiviore dicendi genere laudes prosecutus est Magistri Jollain Doctoris navarrici Ecclesiæ Divi hilarii pastoris vigilantissimi. non sane alias ullibi tantâ, ut ita dicam, Decentiâ, excepta fuerat Academia. Clerus Exemplo pastoris sui excitatus induxerat in animum ut nihil omitteret quo Matris optimæ sibi benevolentiam conciliaret, non passus est Academiam conductitiis uti cantoribus, ipsi, nos, cum cappis adduxerunt et reduxerunt, sacros hymnos

modestissime per viam ad numerum decantantes, gallicam orationem habuit Magister Pinsonnat doctor Theologus, pastori vigilantissimo gratias Egit universitatis nomine Magister le Bouc plessaeus professor, cui Idem pastor M Jollain qui sacrum fecerat oratiuncula pariter latina reposuit, sed elegantissima in qua suos Erga Academiam sensus, eâ qua valet in sermone gallico Eloquentia declaravit.

Vies

Die nono ejusdem mensis Junii 1707. habita sunt comitia praeclarae facultatis Artium Extra ordinem apud Maturinenses hora septima matutina ad novum Divae genovefae Cancellarium admittendum. convocati pridie fuerant singuli magistri jussu Rectoris amplissimi, per Bidellos suae quisque nationis. ubi primum D. Rector, vestibus indutus Rectoriis locum suum cepit, stante ad laevum ejus latus Syndico Universitatis, adfuit cum magna caterva genovefianorum Canonicorum Venerabilis in Christo pater. dom. du vau canonicus ex Eodem ordine regularis, et sacrarum literarum in suo monasterio lector ab annis plus viginti; constitit que in plano ante ornatiss. procuratores ubi supplices stare solent; ornatus Epomide non praetextata, et pileo quadrato. D. Rector congregationis causam Exposuit; Venerabilem patrem Dantecourt antea cancellarium suam dignitatem, ut ne pluribus simul curis diutius senex distraheretur abdicasse, videndum nunc utrum quem Venerabilis ac Religiosissimus Abbas Divae genovefae pro jure suo nominasset, talis esset qui tuto a praeclara artium facultate posset admitti. — tum dictus venerabilis pater du vau orationem Exorsus est Eloquentissimam, atque Academicis perinde et genovefianis gratissimam, amplissimi Rectoris, Dominique Dantecourt decessoris sui laudibus plenissimam. Illum statim Excepit Syndicus universitatis, ostenditque universitatem parisiensem, regium opus esse, ac totam Regiam, natam in Regiâ, a regibus huc usque tanquam a parentibus dotatam ac defensam: ab uno Rectore qui regius sit Magistratus administratam ac gubernatam ne tamen illae scientiae quas docemus, profanae penitus viderentur, nisi et benedictio Pontificalis accederet, hinc creatos fuisse et Beatae Mariae dum universitas inter pontes ut ajebant, habitaret, et Beatae genovefae postam hos montes cepit incolere, Cancellarios, quorum hae tantummodo partes sunt in universitate, ut futuris doctoribus benedictionem pontificalem impertiant, multa subjecit in laudem Dom. Dantecourt parochiae sancti stephani pastoris, ultimique cancellarii laudibus, multa de modestia, scientiaque multimoda Domini du vau nunc admittendi. postea Rector amplissimus jussit a me scriba legi altâ voce literas Venerabilis Abbatis sangenovefiani quarum hic tenor Erat.

frater

frater Claudius Paris Abbas Ecclesiæ Sanctæ Genovefæ Parisiensis
ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini ad Ecclesiam Romanam
nullo medio pertinentis, et Canonicorum Regularium Congregationis Gallicanæ
dicti ordinis præpositus generalis. Dilecto nobis in Christo filio, fratri Ludovico
Du Vau presbytero Canonico Regulari Præfatorum ordinis et congregationis
et sacræ theologiæ professori, salutem in Domino. Cancellariam Ejusdem
Ecclesiæ nostræ Sanctæ Genovefæ et Universitatis Parisiensis, cujus vacatione
adveniente, collatio, provisio institutio et omnimoda dispositio ad nos pro nostrâ
dignitate Abbatiali pleno jure spectant et pertinent liberam nunc et vacantem
per liberam et spontaneam dimissionem dilecti item nobis in Christo filii
fratris Joannis Baptistæ Dantecourt presbyteri Canonici Regularis dictorum
etiam ordinis et congregationis Expresse professi, dictæ Cancellariæ ultimi et
immediati possessoris pacifici, tibi præsenti et acceptanti, tanquam sufficienti,
capaci et idoneo, ad dictam Cancellariam obtinendam regendam et exercendam
contulimus et donavimus, conferimus et donamus, ac de illa Cancellaria,
suisque juribus honoribus et pertinentiis universis provisimus et providemus
per præsentes. Quocirca Amplissimos et Sapientissimos Viros Dominos Rectorem
Procuratores Nationum et Magistros florentissimæ studiorum Universitatis
supplicamus quatenus te vel procuratorem tuum legitimum nomine tuo et pro
te in possessionem corporalem Realem et actualem dictæ Cancellariæ
suorumque jurium universorum ponant et induant, seu poni et induci faciant
aut mandent: aut alter eorum ponat et induat, accepto prius a te vel procuratore
tuo juramento in talibus fieri et præstari solito ac servatis solemnitatibus
actuetis. Datum Parisiis sub sigillo et signo nostris ac secretarii nostri
chirographo. in præfatæ Sanctæ Genovefæ Abbatiâ die nona mensis Maii,
anno Dni Millesimo septingentesimo septimo. / signatum frater Paris.
et infra sigillum de mandato Reverendissimi patris Abbatis f. P Charpentier cum
signatura.

His literis a me lectis Syndicus dixit nihil morari te quominus Dictus Reverendus
pater Du Vau in cancellariam admitteretur. deinde Nationes ab amplissimo Rectore
missæ ad deliberandum secessernnt, et per ornatissimos suos procuratores retulerunt
cum Elogio admitti ab omnibus dictum Reverendum Patrem Du Vau in
Cancellariam dictæ Genovefæ. atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.
Statque continuo accessit ad Sacramentum illudque tactis Evangeliis in manibus
amplissimi Rectoris præstitit. Exinde in locum Eminentiorem deductus est, stetitque
ad latus dextrum Domini Rectoris, Locumque tenente Syndico, ubi gratulatoriam
oratiunculam

oratiunculam iterum habuit, ac promisit se tantæ amplis. Rectoris præclaræque facultatis Artium humanitatis memorem futurum ac dum viveret unà in communem studiorum utilitatem consulturum, ad ultimum postulavit in procancellarium Ejusdem Beatæ Genovefæ admitti Magistrum Stephanum Millanges quem proposuit, Doctorem Thgum e Navarrica Societate et Sacræ Thgiæ ibidem professorem. in Locum Illustrissimi viri Magistri le febvre qui procellariatum deponeret. Doctoris item Navarrici ac Thgiæ professoris. postquam Syndicus de dicti Magistri Millanges morum Candore, vitæ integritate, dicendi facultate, doctrinaque Eminenti retulit, Dominus Rector postulationem Meritissimi Cancellarii subiecit deliberationi, secesserunt iterum Nationes ad deliberandum, et continuo procuratores ornatissimi retulerunt, omnibus ac singulis placere nominationem dicti Magistri Millanges in procancellarium apud beatam Genovefam atque ita ab Amplis. Rectore conclusum fuit. l. P. Billet Rector

habebit hic quoque posteritas Exemplar literarum quæ dicto Reverend. patri Du Vau, secundum antiquam formulam a me scriba traditæ sunt.

-simi studii parisiensis, Salutem in Domino notum facimus, quod

Universis. præsentes literas Inspecturis, Rector et præclara Artium facultas florentissimi studii parisiensis, ~~Noverint Universi et Singuli~~, quod cum anno Domini Millesimo septingentesimo septimo, die vero nono mensis Junii, quatuor Nationes ~~apud~~ Universitatis Parisiensis apud fratres Maturinenses legitimè convocatæ fuissent, et congregatæ super receptione novi Cancellarii San-Genovefiani ad Juramenta præstari solita Comparuit ibidem Venerabilis et Religiosus Vir Magister Ludovicus Du Vau Presbyter professus Ejusdem congregationis ac domus sangenovefianæ. Qui Eisdem Nationibus Exposuit quod Reverendus in Christo Pater D. Claudius Paris Abbas prædicti Cœnobii sanctæ Genovefæ Cancellariam Ejusdem liberam nunc et vacantem, per spontaneam et Voluntariam abdicationem Magistri Dantecourt Canonici Ejusdem domus, Ecclesiæ parochialis sancti Stephani pastoris vigilantissimi, Ejusdemque Cancellariæ ultimi possessoris pacifici, sibi contulerat ac donaverat, prout in literis Ejusdem Reverendi patris ac D. Claudii Paris Abbatis Continetur, Amplissimo Rectori et quatuor Nationum procuratoribus directis et per Eum Exhibitis. Quamobrem humiliter supplicavit Eidem amplissimo Rectori, procuratoribus et Universitati, ut se dignarentur ad Juramenta per novum Cancellarium præstari solita admittere. Qua quidem supplicatione facta: audita quoque lectura literarum Collationis prædictæ, maturaque deliberatione, per singulas nationes super præmissis, ut moris est, præhabita, ipsa Artium facultas per suos procuratores renunciavit, sibi atque adeo toti Universitati placere vehementer dictum Reverendum patrem Magistrum Du Vau esse Cancellarium sanctæ Genovefæ, Eumque ad solita juramenta esse præstanda esse admittendum

praestanda esse admittendum. atque ita ab Amplissimo Rectore conclusum fuit,
Deinde dictus Reverendus pater Du Vau dicta Juramenta tactis Evangeliis in
manibus praestitit amplissimi Rectoris. Datum Parisiis apud Maturinenses ~~die mense et anno supradictis~~
sub sigillo magno praedictae facultatis die et anno supradictis ~~Rectoriae et quatuor Nationum Ejusdem Universitatis nec non Chirographo~~
~~meo scribae Universitatis et praeclarae Artium facultatis subsignati~~

Vill



Die 22 ejusdem mensis junii 1707. habita sunt comitia Rectoria
praeclarae facultatis Artium apud Maturinenses hora decima ut moris
est. ibi postquam Dom. Rector peroravit facta supplicandi potestate
accessit Daniel Edmundus Joannes de Pinteville de Vaugenci nobilis,
clericus Catalaunensis, protulitque testimonia tum Illustrissimi Episcopi
Catalaunensis, tum professoris, quo parisiis utitur in physica, Magistri
Joannis Gabrielis de Montempuis philosophiae doctoris in Sorbonae plessaeo,
quibus fidem faceret se per biennium in Academiâ Rhemensi philosophiae
dedisse operam ac postulavit ut istud Rhemense in collegio Bonorum puerorum
quod Academicum est, confectum biennium, hic parisiis, pro necessitudine Antiquae, pro
anno uno haberetur. auditus est pariter syndicus Universitatis qui dixit in illis quidem
tam illustrissimi Noallii Episcopi Catalaunensis quam Magistri de Montempuis
testimoniis contineri Egregias ~~Et~~ pietatis et modestiae et amoris litterarum commendationes,
sed deesse tamen illi adolescenti diploma Rhemensis Academiae sigillo majore ut decet
munitum, quo sine fides publica universitati parisiensi fieri non possit; illius igitur
supplicationem non posse in praesentia admitti, nisi intra quindecim dies Ejusmodi literas
ut vocant patentes ab universitate Rhemensi obtineat quas secum Syndico communicet
ut ejusdem relatione tam Amplis. Rector quam ornatiss. procuratores quod sibi
aequum visum erit decernant.

Néel

Deinde Michael Néel nobilis Acolythus Cadomaeus postulavit ut biennium studii
philosophici in Academia Cadomensi apud Artium collegium confectum pro uno anno
haberetur; retulitque syndicus sibi exhibitas fuisse literas sigillo majore universitatis
Cadomensis de illo supplice munitas

Pinon

tertio loco accessit Nicolaus Pinon nobilis clericus Parisinus, qui dixit se in Collegio
Marchiano sub Magistro Guenon studuisse philosophiae quo tempore de abdicando suo
munere dictus M. Guenon cogitabat senex. duos quidem logices catalogos hujusce
cursus ad scribam universitatis delatos fuisse, primum vero physicas seu incuria
professoris senioris seu aliquo alio fato non delatum fuisse. tum vero in locum abeuntis
successisse Magistrum Magnier cujus in catalogo perinde ac in duobus logicis suum
nomen reperiatur. postulavitque ut quoniam certum est ex testimonio Magistri de la
pierre gymnasiarchae Marchiani, se in dicto collegio convictorem nunquam affuisse.
uti illud vitium ne fraudi daretur, et nihilominus ad Artium magisterium admitteretur.

Le Mire

Quarto supplicavit Martinus le Mire Acolythus Rothomagensis, qui dixit se

cum philosophiæ nomen dedisset sub magistro Marion in Regia Navarra, gravi morbo correptum fuisse sub ipsum initii cursus principium ita ut in primo catalogo nomen suum inscribere potuerit. Postulique super ea re dicti Magistri Marion testimonium luculentum.

Bloquet — Quinto Claudius Paschalis Bloquet subdiaconus Bolonensis qui dixit se quo tempore dabat rebus philosophicis operam ignorasse penitus præter illud Paschalis nomen, Claudii quoque sibi prænomen esse, atque adeo tam a se in catalogis professoris quam a scriba in literis magisterii tertium, omissum fuisse, postulavit ut illud et in dictis catalogis et in literis reponeretur, aliique si qui errores irrepsissent a vero scriba rectificarentur.

de Mondiere — Sexto Renatus Ludovicus de Mondiere clericus Cenomanus qui pariter Renati nomen omisit. De utroque dixit Syndicus cum aliunde constet de personis nihil morari se quominus ipsis indulgeretur.

Villedieu — Septimo, Leonardus Villedieu d'Elguilly Acolythus adocatis qui postulavit ab onere scribendi immunitatem propter oculorum fluxiones.

Mallet — Octavo Hilarius Mallet clericus Rothomagensis qui propter eandem oculorum invaletudinem eadem quoque ab onere scribendi immunitatem postulavit.

De quibus octo supplicibus postquam auditus est Magister Edmundus Pourchot Syndicus, singulas Nationes Rector amplissimus seorsim ut mos est justit deliberare, confirmare quatuorviros mane electos et grata et rata habere quæ gessissent in suo magistratu. quæ cum in unum quæque locum secessissent postea per ornatissimos procuratores rebulemat grata et rata esse omnibus quæ Dnus Rector gesserat in suo magistratu, confirmari male electos quatuor viros a Natione gallicana magistrum Suré professorem Emeritum Beauvaisi primarium. a Natione picardica Mag. Dupuys antiquum Rectorem in Mazarinæo professorem. a Normanica M. Vadelorge antiquum procuratorem Et Emeritum professorem, a germanica M. Joannem Coyle unum E vigiati suis magistris. De supplicibus quidem omnibus quod postulavere concedi sed ea conditione Edmundo Joanni de Pinterville, indulgeri, ut literæ authenticæ sigillo majori munitæ intra quindecim dies Magistro Pourchot Syndico exhibeat qui illas cum Ampliss. Rectore quatuorq; procuratoribus communicabit. Ad ultimum, Magister Morain Normannica procurator addixit a natione sua nunc admitti tres illos supplices quos die 16 Dec. superioris anni reiecerat Joannem Gabrielem le Bois, Carolum de l'Isle Du Gravet. et Ludovicum Carolum de Monbel, quod sibi ab ipsis satis factum fuerit

tum vero

Tum vero dicti quatuorviri praestito prius sacramento in conclave ingressi sunt et per Magistrum Dupuis renunciarunt fasces Rectorios fuisse amplissimo Rectori Magistro Petro Billet unanimi prorogatos Eaque prorogatio a singulis Nationibus fuit vehementissime comprobata. atque ita ab Eodem Amplissimo Rectore conclusum fuit. l.

P. Billet Rector

Die Secundo mensis Julii 1707. in comitiis ordinariis Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in collegio Sorbonae-Plessaeo celebratis supplicavit pro literis nominationis titulo Magisterii Artium et quinquennii Joannes le Chevalier presbyter constantiensis Bacalaureus Thgus. quas illi placuit concedi. atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit. l.

Eodem die Ingressus est in comitia M. Claudius Veugny, dataque dicendi Licentiâ, conquestus est, in ultimis Nationis gallicanae apud Maturinenses comitiis, cum lis illa quam habet cum supradicta gallicana natione, in Eo esset ut amice componeretur, accessisse Magistrum Edmundum Pourchot, atq; Academiae, cujus Syndicus sit, nomine intercessisse, quominus ullâ conditione pax cum dicto Magistro Veugny a dicta Natione iniretur prius quam supremus ordo tulisset judicium. Deinde quaesivit, utrum in illa pacificatione Universitatis aut jura aut decus laedi crederent deputati. ad ultimum significavit, si Tribunal Academicum, quod ipse multoties postulavit, rem integram ad se referri patiatur, se coram Academico Tribunali libenter ad omnia quae sibi obiicientur crimina responsurum. M. Pourchot Syndicus dixit, Magistrum Veugny de tribus gravissimis criminibus fuisse a dicta natione insimulatum, de peculatu, de calumnia, de conculinatu. Damnatum tribus Academicis sententiis, provocasse ad supremam Curiam, a quâ judicia Academica fuerint confirmata; ab Eâdem supremâ Curia nominatos esse tres Doctores Theologos, ad inquirendum de iis quae supersunt hujusce litis reliquiis, ut ex Eorum relatione, a supremis judicibus definitivo judicio statuatur. Se vero, quominus cum Magistro Veugni dicta Natio quod libitum esset transigeret, nec obstitisse in dictis comitiis, ~~[illegible]~~ admonuisse solummodo, quantum ea res ad Universitatem pertineret. Si Enim, non Expectato Senatus judicio, dictus M. Veugni in pristinum gradum restitueretur, futurum ut homini tantorum criminum adhuc reo liceret sedere inter viros integrae famae, posset idem Eligi Rector, procurator suae nationis nominari, ac de rebus Academicis esse judex, quod quam foret Universitati probrosum nemo non videat! quamobrem, sibi dixit videri negotium illud supremi

senatus

Senatus esse judicio Relinquendum. audito Syndico re ab amplissimo Rectore missa in deliberationem. Magister Fourel galliae procurator a dicenda sententia abstinuit. Caeteris unanimi consensu deputatis placuit, non posse ab ullo Academico ordine in pristinum gradum restitui, aut in Academico Tribunali unquam sedere hominem tantorum criminum adhuc reum. Expectandum esse de praedicta lite supremi senatus judicium. atque ita ab Amplissimo Rectore conclusum fuit. +

P. Billet Rector

Eodem die Magistro Edmundo Pourchot referente, gratum fore, ~~tam~~ Illustrissimo Fagonio Medico Regis, Caeterisque qui principum valetudinem tuentur clarissimis Medicinae Doctoribus cum semper antea tum nuper de Universitate parisiensi optime meritis, si reliquiae pensionis medicinae professoribus ab Academia debitae, quam primum persolverentur, ut significationem aliquam grati animi sui erga charissimum sibi fagonium, aliosque medicos daret in ea re Academia, jussus est quaestor Universitatis, si in aere suo esset Academia, reliquias illas dictae pensionis quamprimum persolvere. atq; ita ab ab Ampliss. Rectore conclusum fuit. +

P. Billet Rector

Eodem mense Julio, quod statutis praeclarae facultatis Artium imperatum est, et erat recenti Senatus principis Illustrissimi Pelterii, jussu praescriptum Rector amplissimus lustrare collegia instituit cum aequissimis quatuor nationum Censoribus quibus Ego scriba aderam. Eodem ordine processum est quo semper antea, et Maxime Rectore Magistro Rollin anno 1696, itum erat. Initium factum est die decimo tertio Julii a Collegio Thesaurariorum. praecedentibus duobus e natione picardica Bidellis cum suo scipione, Magister Petrus Billet Rector togâ violaceâ, et Epomide ornatus ejusdem coloris, e suâ domo plessaeâ excessit circa horam post meridiem primam. Magister Stephanus Mallemans franciae Censor. Magister Joannes Lenglet picardiae, M. Claudius Duval normanniae M. Thomas Inez germaniae Censores bini sequebantur. In ipso aditu Collegii ingredientes excepit Magister Prevost doctor Theologus et collegii primarius quicum aderant Bursarii decem tam ~~majores~~ quam minores. + ventum est primum in sacellum, ubi invocata divini spiritus ope per hymnum veni creator spiritus, quem bursarii duo selecti decantarunt, postea in cubiculum dicti primarii ascensum est. Collectis demum omnibus D. Rector lustrationis causam exposuit. tum relegit statuta in usum dicti collegii a Magistro Rollin confecta, ~~anno dni 1696~~ seu collecta

+ Bursarius unus major nomine prevost dictus est ab aliquo tempore abesse causa seminarii de licentia primarii

seu collecta ex antiquis Statutis et Senatus consultis, promulgata vero dicto pd. Rollin
anno 1696 die 28 maii quo die dictum collegium lustravesat. omnia comprobata
sunt placuit tantummodo ad Articulum quintum, qui ita se habet. Igitur
minores Bursarii, quibus nullum per Statuta peculiare tempus detritum est
poterunt a quolibet grammatices vel humanitatis scholæ ordiri. Tribus autem
mensibus post confectum philosophiæ cursum terebuntur gradum Magisterii
in Artibus assequi, aliter ipso facto bursa vacabit. Cum si qua major bursa
vacabit, ad eam admittentur, cæterisque omnibus in hac re præponentur,
placuit inquam hanc addi clausulam, dummodi idonei ad id visi fuerint. Cujus
rei judicium erit penes DD. superiores collegii, quibus licitum erit, si est judicarint
ineptos suo arbitrio alios seligere, qui sint ex agro Caletensi, ut cavetur in
Statutis et fundatione collegii, aut saltem si tales desint e diœcesi Rothomagensi.
iidemque sint magistri in artibus. Si nulla major bursa vacabit. Interrogatis autem
tam primario et procuratore quam cæteris bursariis compertum est de redi-
tibus quidem collegii, reddi quotannis fideliter impensi atque expensi rationes, de disciplina
vero, peccari illustrem in quinque articulos. 1° quod
spectat ad preces matutinas et serotinas, fieri enim hora septima matutina quæ
fieri debent hora sexta, sero item tardius. 2°. Bursarios quoslibet absumere sibi
licentiam e collegio quoris de causa exeundi sine commeatu primarii. 3°. nullam
certam horam esse prandii aut cenæ, sed alios convenire in aulam cibis, alios sero
pro libito, multos etiam jubere sibi cibum in privata cubicula a coquo deferri. 4°
Ecclesiæ convictus perturbatione fieri, ut nullum sit studii certum tempus, quod qui sero
prandium transierint aut cenarunt in area ludibundi, tardius repetant cubicula. 5° denique
januam collegii sive hyeme sive æstate una hora tardius claudi
quam dictis Statutis prascriptum est et in cæteris collegiis observatur. De cæteris
quidem articulis tam primarius quam Bursarii omnes fidem amplissimo Rectori dederunt
omnia se sua voluntate sine ulla vi emendaturos, de prandii ac cenæ hora certa,
cum dubitarent placuit dictis Statutis a Magistro Rollin traditis subjungi Articulos
qui sequuntur.

Quoniam vero studiorum sic victus societas multum valet ad fovendam concordiam
animorum ordinemque stabiliendum omnes hora undecima cum dimidia mane ad
prandium, cena vero cum dimidia sero ad cenam una et simul in eandem aulam
sic conveniant ut nemo absit cum Epulis preces præmittantur, nemo Exeat
quam gratiæ Deo referantur. At dum corpori victitant ut animæ quoque Escæ suæ
non careat, unusquisque Bursarius suo ordine e sacris libris aut ex aliquo libro
utili altâ voce prælegat. Hora vero finis Edendi facto Exit claudantur aulæ fores
ne cuivis liberum sit quolibet hora cibum capere, aut in cubiculum privatum, nisi morbi
causâ portionem suam deferre. Hora vero post meridiem prima, hora ita dicta
serotinâ omnes ad studium in suum quisque cubiculum revertantur.

Quoniam autem articulo decimo sexto Appendicis ad reformationem facultatis
Artium præceptum est ut Eadem in omnibus collegiis forma teneatur disciplinæ

† in dicta Statuta peccari plurimum. †† non tamen singulis trimestribus. Deinde nondum contestatam fuisse tabulam titulorum, Chartarum vatorum cæterorumque supellectilis.

Jubeanturque Rectores illud Statutum frequenter inculcare. placuit nonnullos articulos qui communis juris sunt et in collegiis Academicis observantur dictis Statutis a Magistro Rollin confectis addere, atque ex utrisque unum veluti corpus componere.

Nulli Bursario liceat sibi aut collegium aut protectorem arbitrio suo Eligere, sed illum protectorem adeat ad quem a primario deductus erit, nec ab eo possit in suo primario recedere.

Bursariorum cubicula identidem primarius perlustrabit.

Induantur Bursarii clericali veste tam in ipsa domo quam extra domum, diebus vero festis, Vesperis et sacro intersint, ut nunc fere ubique fit, indueti superpelliceis.

Cum in dotandis collegiis Ea fundatoribus mens fuerit, ut minus locupletibus facultatem darent, quâ se studio ac doctrina sacris maxime ordinibus dignos praestarent; videtur non aequum esse, ut bursa cum vacant iis conferantur qui finem illum obtinuerint factique sint sacerdotes.

Nihil quidquam in collegio fiat inconsulto primario qui caput est collegii; sed ubi qua domus aut locanda aut refarcienda, aut aliqui sumptus erunt faciendi, capita inter se conferant primarius, procurator et majores bursarii, unàque in collegii utilitatem consulant.

Si quid momenti gravioris acciderit, si majores in fundis domibus impensae faciendae, admoneantur consulantque Bursarum collatores administratoresque collegii, nec quidquam ejusmodi sine illorum authoritate et consilio suscipiatur.

Haec omnia diligenter ab omnibus observari et in unum cum Statutis supradictis a Magistro Rollin sactis redigi ac bursariis per apparitorem significari placuit. atque ita ab amplissimo Rectore conclusum est. postea Rector idem amplissimus omnes et singulos cohortatus ad pietatem in Deum, Reverentiam in dignissimum primarium, pacem et concordiam inter se discessit e collegio cum aequissimis censoribus.

Die 16 ejusdem mensis Julii Lustratum est ab ampliss. Rectore et aequissimis Censoribus collegium Sagiense. Ibi comparuerunt Magister Gayet primarius et Magister Hocket ejusdem collegii procurator ac Capellanus. praeterea Bursarii tres quorum duo Magistri sunt in Artibus tertius audit in secunda collegii Harcuriani. tres alii qui Baccalaurei sunt in Theologia quod abellent, Excusati sunt a primario de cujus licentia seminarium ingressi sunt.

Ex variis autem responsis tam primarii quam procuratoris intellectum est patrimonium hujusce collegii non posse pene esse pejore loco quam in quo nunc est, a quatuor annis non redditus fuisse rationes, sacellum prae vetustate a duobus circiter mensibus collapsum esse, nullum esse prae inopia victum communem, aere denique alieno obrutum esse collegium, seu temporum iniquitate id contigerit, seu prava superiorum procuratorum administratione. Et quidem ante dictum Mag.

hochet, Electos identidem fuisse procuratores e Bursariis juniores quorum seu imperitia res neglectae, seu malo usu decoctae fuerint. In tam angustis tamen rebus dicti Magistri hochet nunc procuratoris industria ac solicitudinis collegium ut cunque sustineri, qui lite nunc persequatur dictos superiores procuratores ut suas rationes cogantur reddere, et quod dilapidarunt restituere. sed plerosque non esse solvendo pares. quamobrem dictus Magister Gayet primarius omnium primum postulavit uti statueretur, ne quando e Bursariis procurator Eligeretur, nisi qui esset usu rerum peritus, et ad minimum Bacalaurei gradum consecutus aut in sacris. quod ne sui commodi causa postulare videretur, significavit se, quanquam ex statutis collegii primarii possint eligi procuratores, de suo tamen, in hac parte, jure libenter decedere, nec velle unquam esse procuratorem. Comprobata et Magistri Gayet primarii, voluntate, et Magistri hochet nunc procuratoris in gerenda tam inopi re, sedulitate, placuit concedi dicto primario quod postularet, atque ut averteretur imminens collegii pernicies, statui ne deinceps liceret Eligere e Bursariis juniorem eumque qui nondum esset Bacalaurei gradum in Thgia consecutus aut in sacris ~~atque ita ab~~ ordinibus constitutus et vades solvendo pares dedisset atque ita ~~ab amplissimo Rectore~~ amplissimo Rectore conclusum fuit.

ordinibus constitutus vadesque daret solvendo pares

de disciplina vero nihil visum est peccari nisi quod hora septima mane funduntur in commune preces quae fieri debent hora sexta.

Eodem die 16 mensis Julii Lustratum est collegium Bajocense Comparuerunt Magister Julianus Renatus Bouquet Doctor Theologus et primarius. andreas prevost in physica auditor procuratorque collegii alumnus aliique sex Bursarii, quatuor quanquam admoniti abfuerunt Excusatique sunt quod amplissimus rector aliquanto citius advenerit quam se venturum dixerat. ibi Compertum est nullas in commune factas esse hactenus preces nec mane nec sero, nullam esse victus societatem ad id enim non suppetere Bursarum reditum. aliunde nihil nec primarius de bursariis nec Bursarii de primario conquesti sunt. caetera vero primarii sedulitate summa diligentia procurari visa sunt. reddi quotannis rationes in Arca communi asservari pecuniam si qua residua est, statutorum, titulorum fundationis catalogum primarius exhibuit quem ipse confecit et exaravit. illum igitur amplissimus Rector hortatus est ut pergeret iisdem artibus Academiae ~~sibi~~ benevolentiam demereri, daretque, quantum posset, operam ut cum primum liceret, institueretur illa vitae ac victus societas quae prohibet vagari Bursarios illosque continet in officio.

Eodem die 16 Julii Lustratum est collegium Justinianum Comparuit Magister Amabilis guillelmus de Chaumont Bacalaureus Thgus idem primarius et capellanus, Petrus de Chaumont Bacalaureus Theologus procurator, et Bursarii duo. octo alii ~~jam~~ feriarum gratia rus petiisse jam dicti sunt. Compertum est nullam in eo collegio disciplinae formam retineri propter eam ad quam redactum est ab aliquot

annis inopiam, intermissum esse victum communem preces in commune non fundi, Bursarios plurimos retento Bursae suae titulo, nihil exigere, donec factae res sint meliores, sed cogi idcirco alibi suo sibi labore conquirere unde victum suppeditent, claudi tamen januam hora in aliis collegiis usurpata. titulos et chartas asservari diligenter, rationes Expensi et accepti, reddi quotannis, ultimo loco redditus fuisse mense januario presentis anni. misertus est Rector amplissimus hujus collegii atque hoc magis quod nulla aut primarii aut procuratoris fraude, sed iniquitate temporum et vectigalibus exhaustum esse visum est. quod potuit hortatus est primarium, procuratorem, ac Bursarios, rem licet tenuem foverent, augerent sua parcimonia, atque id ipsum quod reliquum esset cogitarent ideo a fundatoribus concessum fuisse ut inde nascerentur homines qui sua doctrina suis studiis essent aliquando et reipublicae et religioni utiles.

Die Mercurii vigesimo mensis Julii Lustratum est collegium montis Acuti. Exceptus est, quam decenter potuit, amplissimus Rector cum Censoribus aequissimis a Magistro Roy primario professoribus et Bursariis. Salutato prius Deo itum est in cubiculum dicti primarii ubi cum secundus a primario assedisset Magister Uvarangue collegii procurator reclamarunt unanimi voce septem qui docent in eo professores illum indebitum sibi locum arrogare, postularunt uti ultimum locum occuparet. Ille vero contendit ita hactenus factitatum fuisse quoties ab amplissimis Rectoribus lustratum fuisset montis acuti collegium. Id jurgii ut deciderentur quoniam ex consuetudine pendebat placuit prius quam jus fieret consuli consuetudinem et commentarios universitatis. adfuerunt praeterea Bursarii omnes numero circiter tres et quadraginta, aliique convictores et inquilini qui in conductis, aut a primario gratis concessis cubiculis habitant. Ibi compertum est, a procuratore reddi quotannis rationes, et pleraque eorum quae Magister Rollin tum Rector anno 1696 Emendaverat observari, de disciplina vero, quod spectat ad Bursarios nihil de pristina severitate remitti, quod autem spectat ad professores interrogatus Gymnasiarcha non potuit diffiteri fere omnes scholam ingredi mane et sero multo tardius quam oporteat. quidam vicissim e professoribus conquesti sunt, de nimia lenitudine Gymnasiarchi, qui si quando quis scholasticus procax est ac rebellis praeceptori cunctatur praesto esse, nec satis curet magistris a discipulis praeberi quam debeant reverentiam. ultimo loco unanimiter professores postularunt ut quoniam in optimo statu sunt reditus collegii restituantur sibi pensiones quae sibi solvi desitae sint ab annis circiter duobus et triginta. sed ea quaestio immatura visa est nec esse hujus temporis ac loci. jussi sunt itaque deferre suas de ea re querelas ad Priorem Carthusianorum aut ad praetorem urbanum, increpitosque de sua utraque pars negligentia, Rector amplissimus hortatus est fovere inter se concordiam, et quantam maximam possent adhibere diligentiam in instituenda ac continenda sibi credita juventute. 1.

Eodem die 20 Julii Lustratum est collegium Becodianum. Comparuerunt Magister Huré Emeritus professor et primarius cum quinque Bursariis, sextus de permissu dicti Magistri huré primarii dictus est adiisse seminarium. minimum quidem nunc omnium collegiorum ex quo tempore in aediculam unam ex amplissimâ domo, quam doctores Navarrici occupant, compacti sunt. omnium tamen longe florentissimum si ratio habeatur doctrinae et pietatis, et maxime disciplinae, quam diligenter observari ex variis interrogationibus ac responsis cognitum est, de unico Bursario nomine Nic. le Clerc Caletaeo conquestus est primarius quod abesset a scholis identidem, quod e becodiano interdum exiret sine commeatu, aliquando etiam, qua hora caeteri cibum in commune caperent, per urbem vagaretur cum uno adolescente cujus mores essent suspecti primario. qui quidem Bursarius acriter ab amplissimo Rectore objurgatus, et precibus suis et maxime lachrimis quas effudit ubertim, significavit, se deinceps mutata vitae ratione optimo primario fore in omnibus obedientem. Ni ille unus fuisset, laeti ex omni parte exiissent e Becodiano tam ampliss. Rector quam Censores aequissimi, adeo caeteri Bursarii visi sunt ornati modestia, fovere inter se pacem, primarium ut parentem observare, illiusque esse audientes, seu illos in bonis artibus, quibus excellit, instituit, seu quam sibi praecipuam curam demandatam credit, illis mysteria explicat sacrarum literarum in quarum scientia neminem parem habet. l.

Eodem die 20 Julii Lustratum est Collegium sancti Michaelis ibi Comparuerunt Magister Gendrand primarius et M. Aillaud procurator praeterea Bursariorum nemo unus adfuit. Interrogatus nunquid illos fecisset certiores de die qua Rector amplissimus et aequissimi Censores essent ad lustrandum collegium venturi ut praesto essent, respondit unum quidem Bursarium in sexta Marchiana auditorem in suam patriam apud arvernos jam feriarum causa abiisse, caeteros vero a se fuisse de die et hora lustrationis rite admonitos. Interrogatus deinde quânam in facultate quonam in collegio studerent ac nomen dedissent respondit illos nullibi nomen dedisse aut studere quod sciret, unum nomine Bigoury a quatuor mensibus abesse et apud dominam de hautefort commorari. M. la Combe sacerdotem antea procuratorem nunquam scholas frequentasse, non redditas fuisse a duobus annis rationes, dictum la Combe praeter aequum et jus retinere titulos et chartas ad collegium pertinentes; deinde ex variis responsis cognitum est illos omnes Bursarios praeter dictum Aillaud nunc procuratorem nulla lege constringi posse, non peculiaribus suo collegio statutis, non Generalibus Universitatis, non decretis a Mag. Rollin Rectore an 1696 confectis, non sententiis Academici Tribunalis, quibus ante duos annos sub comminatione Bursas amittendi vetabantur ingredi collegium aut ire per urbem gladio latus accincti, nullam denique reliquam esse formam

Disciplinæ aut collegii. quas autem pœnas mererentur Bursarii indociles, quæ ue remedia tantis malis essent accommoda, Eam deliberationem, cum non esset ejus loci placuit ad convenientiora comitia remitti. ¶.

Die Jovis 21 Ejusdem mensis Julii 1707. habita sunt extra ordinem comitia Deputatorum Universitatis apud Amplissimum D. Rectorem M. Petrum Billet in Collegio Sorbonæ plessæo. adfuerunt MM. Joysel Thgiæ, Barriere Jurium, Poirier Medicinæ, Decani. Fourel Galliæ, Capperonnier Picardiæ. Morain Normanniæ, Simon Germaniæ procuratores. Cæterique officiarii Universitatis. Dominus Rector Comitiorum causam Exposuit, uenisse ad sese qui dicerent Illustrissimum Virum Dominum de Harlay nuper Senatus principem de Coemendis ædibus dom. Laugeois quæ sunt in fundo Universitatis cogitare: sed velle prius quam emat, cum Academia, de Censualibus obventionibus pacisci. Opportunissimam vero offerri occasionem, in qua gratum suum animum, Erga tam bene meritum de se virum Academia significet. M. Edmundus Pourchot Syndicus dixit, Illustrissimum Harlæum è Nobilissima inter paucas familia natum in sinu Academiæ Educatum fuisse a puero, ac deinceps per annos plus quadraginta, quibus in amplissimis Magistratibus fuerit, modo Generalis gallici Senatus Procurator, modo Ejusdem Senatus Princeps, avitæ laudis æmulum non desiisse tutorem esse et parentem Universitatis. Quoties ad illum Academia de suis negotiis adierit, alloquio tam benigno, aditu tam facili exceptam fuisse, ut nunquam inde, nisi lætior redierit. Ipsum hoc patrimonium Universitatis, in quo sitæ sint ædes illæ D. Laugeois, quod intra suos tandem limites sit constitutum, ejusdem Senatus principis beneficio factum esse. Neque Enim se Syndicum, qui cum Rector esset Eam rem perfecerit, unquam fuisse tantum opus aggressurum, nisi supremi Magistratus Authoritate fuisset confirmatus. Harlæorum vero familiæ, charam ideo semper fuisse Universitatem, quod Labores Academicos reputarent esse utiles reipublicæ, quam Commodis suis usque chariorem habuerint. Nunc vero quod amplissimum Magistratum, laboribus Exhaustus senex abdicarit, Academicos præ cæteris ordinibus indoluisse. ob eam tamen ipsam causam quid quid in Ejus gratiam Academia consuluerit multo fore honorabilius. Itaque Censuit nulla cum eo conditione de Censualibus obventionibus esse paciscendum, sed illas eidem esse ex toto remittendas. Re ab amplissimo Rectore proposita ad deliberandum, rogatis dictisque sententiis, singulis deputatis, tanta animorum consensione, quanta nunquam antea, placuit, non omittendam esse occasionem gratias qualescunque optimo Academiæ parenti referendi. seu illas ædes Dom. Laugeois, seu alias in fundo Universitatis Emere malit, invitandum Rogandum de Censualibus obventionibus, nulla cum Eo conditione paciscendum nihil ab Eo quidquam Exigendum, nihil accipiendum. atque ita ab Amplissimo rectore conclusum fuit. ¶.

Die sexto mensis Augusti 1707.
in Comitiis ordinariis Deputatorum
Universitatis apud amplissimum Dominum
Rectorem celebratis, facta supplicandi potestate supplicarunt pro literis
nominatiis jure Magisterii in Artibus et quinquennii, Magistri Andreas
le Boullenger du Tilleul nobilis Acolythus Lexoviensis. Carolus Dupuy de L'Epinay
nobilis clericus Meldaeus. Claudius Caille clericus Ambianus. Claudius du
Rouvroy clericus ambianensis. Claudius freminet clericus Catalaunus.
Dionysius L'Epine clericus Carnutaeus. franciscus Coquéy diaconus Lingonensis
franciscus Grebauval clericus Rothomagaeus. franciscus Michael Gregoire
acolythus Parisinus. franciscus Patte clericus Ambianus franciscus Nicolaus
Pinchard clericus Ebroicensis. franciscus de Hodencq diaconus ambianensis.
franciscus Poncy clericus Senonensis. Hubertus Drouet clericus meldensis
Jacobus Marie presbyter Constantiensis. Jacobus franciscus Grandsire
clericus ambianensis Jacobus franciscus le Normant clericus Aurelius
Joannes franciscus Boyvin clericus Bajocensis. Joannes Martine clericus
Noviodunaeus Capellanus Capellaniae Scti Dionysii in Ecclesia cathed. Noviodunensi
Joannes Baptista Le Tellier d'Offey clericus Bellovacensis. Joannes Carolus
Murguet diaconus Laudunaeus capellanus Capellaniae Scti Mauritii in Ecclesia
collegiata Scti Joannis Laudunensis. Joannes Seigner diaconus Bellovacensis
Joannes Baptista des chateaux Acolythus Leonensis. Joannes foucher Acolythus
Sagiensis. Joannes Des Roques clericus Ambianus. Joannes franciscus Marselle
clericus Atrebas. Joannes Meusnier. Joannes Baptista Stephanus Milley
subdiaconus Lingonensis. ~~[illegible]~~ Joannes franciscus
Mahudel Acolythus Lingonensis. Josephus Majorel presbyter Ruthenensis
Josephus Robert presbyter Claromontensis Arvernus. Ludovicus Antonius
Caron Acolythus ambianensis. Ludovicus peronne clericus Catalaunus. Ludovicus
vallot clericus Catalaunensis. Marcus Nicolaus de Reyssouche clericus
parisinus. Michael Auvray clericus Carnutaeus. Michael godart clericus
Autissiodorensis Canonicus Ecclesiae collegiatae Scti ferreoli in diaecesi autissiodorensi
Michael popelet clericus Pictaviensis. Nicolaus Beurienne clericus
Aurelianensis. Nicolaus Cousin clericus Noviodunensis. Nicolaus ~~[illegible]~~
franciscus Brumen clericus Bellovacensis. Nicolaus le Brumen de Bosc fla-
mel nobilis clericus Rothomagaeus. Petrus Badoire Acolythus Parisinus.
Petrus Bouillotte clericus Aeduensis. Petrus Gohard clericus Carnotensis.
Petrus le normand presbyter Rothomagaeus. Petrus Robertus le ~~[illegible]~~
fevre subdiaconus parisinus. Petrus Pierre clericus Carnutaeus. Philippus
Andreas de Joncheres clericus Cenomanensis. Renatus Javary clericus
Cenomanensis. Theobaldus Dionysius Jolly diaconus Meldensis. Thomas Picard
clericus Meldensis. Postquam auditus est Syndicus Universitatis qui dixit in literis
supplicum omnium nihil desiderari, placuit omnibus indulgeri quod peterent atque
ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

disciplinae aut Collegii. Quas autem poenas meruerentur indociles Bursarii, quibus rationibus ita perditae res possent restitui, eam deliberationem placuit maturiore consultatione indigere et ad aliud tempus remitti. |.

Die Jovis 21 ejusdem mensis Julii.

Die Sabbathi decimo tertio mensis Augusti in comitiis praeclarae artium facultatis apud Maturinenses hora septima matutina de more habitis ad Eligendos Octoviros Examinatores Candidatorum Licentiatûs in Artibus, binos scilicet e singulis nationibus postquam Amplissimus Rector peroravit. Magister Raboüin Beatae Mariae procancellarius appellavit Magistrum des Vernays Bacalaureum Thgum pro honoranda natione, Magistrum Carolum Blondin Bacalaureum Thgum pro fidelissima natione, Magistrum petrum de Chaumont Bacalaureum Thgum pro veneranda natione, Magistrum Joannem Omolony hibernum pro Constantissima natione. Dignissimus pariter Beatae Genovefae procancellarius Magister Millanges appellavit Magistrum Michaelem Gentilhomme Bacalaureum Thgum Emeritum professorem pro honoranda natione. Magistrum Joannem Henzet humaniorum literarum professorem apud collegium Dormano-Bellovacum pro fidelissima natione. Magistrum Joannem Marie in quarto ordine professorem apud Cardinalitios pro Veneranda Natione. Magistrum Clementem Dufte Bacalaureum Thgum pro Constantissima natione. Tum dimissae ad deliberandum Nationes, per ornatissimos procuratores retulerunt se Eosdem Elegisse et comprobasse qui fuerant nominati praeter unum Magistrum des Vernays qui contra statuta Universitatis appellatus fuerat, cum non esset gradum Magisterii ante sex annos Consequutus. In ejus vero locum suffectus est Magister Ludovicus Tranquillus Deniza professor in regia Navarra et ab eadem honoranda gallorum natione comprobatus atq; ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. |.

Vauquelin

Postea vero facta supplicandi facultate accesserunt nobilis Jacobus Vauquelin presbyter lexoviensis postulavitque ut confectum a se apud Academiam Cadomensem in Collegio Sylvano philosophiae cursum ~~ab anno~~ a dionysialibus anni 1694 ad inducias anni 1696 parisiis pro uno anno haberetur. retulit syndicus id ita esse constare ex diplomate Academiae Cadomensis sigillo majore munito. Claudius Cope Clericus Laudunaeus postulavit pariter ut anni duo quibus philosophiae operam dedit Rhemis in collegio bonorum puerorum a Lucalibus anni 1704 ad inducias anni 1706. hic pro uno anno computaretur. Syndicus dixit a se visas et expensas esse literas patentes Universitatis Rhemensis a scriba subscriptas et sigillo Rectorio munitas.

Cope

De la faluere

+ Turonicus

nobilis Julianus de la faluere+ qui philosophiae cursum confecit in harcurio sub Magistro Dagoumer postulavit ut Error nominis corrigatur, quod in catalogis

in Catalogis scripsit modo Nicolaus, modo Julianus,
Modo Nicolaus Julianus
sibi nomen unicum Julianus
de Cleves

MOYEN DE PARVENIR
DEUX SOLS

de la salvery cum sibi
Rebuit Syndicus, ex
luculento M. Dazamer testimonio comparere de persona. Alexander de Cleves
philippopolitanus clericus nativitate Leodiensis domicilio parisiensis, postulavit
pariter ut error nominis corrigatur quod in catalogis scripsit petrus Alexander,
quamvis verum sibi sit nomen, Alexander. dixit quoque Syndicus constare de persona.
Joyneau Ludovicus Joyneau clericus Senonicus, quod morbo implicitus abfuerit a schola
hexdoca per unum circiter mensem quo tempore condiscipuli nomina sua in catalogo
describebant petit ne id sibi fraudi esse quominus ad examina admitteretur.
Syndicus de morbo sibi constare dixit. Franciscus Empereur Acolythus Monasteriensis
Empereur in Tarantasia, quod tres menses studii philosophici sibi deesserint, nec ante lutetiam
advenisset quam initio mensis Januarii, postulavit illos sibi tres menses indulgeri.
Dimissa ad deliberandum ratione per ornatissimos procuratores rebus omnibus
sibi placuisse concedi quinque primis supplicibus quod peterent. Sextum vero supplicem
illum Empereur non ante admitti ad Examen Magisterii in Artibus, quam per
tres menses philosophiæ operam dedisset ut cursum absolveret atque ita ab amplissimo
rectore concludum fuit. l.

Die Sabbathi vigesimo septimo Ejusdem mensis Augusti in comitiis ——
septembribus propter instantes ferias anticipatis et apud amplissimum d. Rectorem
in collegio Sorbonæ plesseo celebratis adfuerunt omnes Deputati Decani et procura-
tores cum officiariis. Illi facta supplicandi potestate supplicarunt pro literis
nominationis Juxe magisterii in Artibus et quinquennii M.M. Carolus Franciscus le
Double diaconus parisinus. Franciscus Ludovicus Collart clericus parisinus. Hieronymus
de Lobry subdiaconus Atrebat. Joannes Antonius galand clericus Ambianus. ——
Josephus Pradel clericus Lemovicensis Beneficiarius. Michael Thomas gasnier
clericus Turonicus. Petrus Du pont clericus Atrebat. Simon Christophorus le
Vasseur presbyter parisiensis Magister in Artibus et Doctor in Physica. auditis eo-
Syndicus Universitatis qui dixit in illorum literis nihil deesse. Itaque placuit ——
supplicibus concedere quod peterent. l.

Eodem die Comparuerunt Magister Virginius Henrici de la pierre
Doctor Theologus collegii Marchiani primarius Ex una parte; Ex altera M.
Augustinus frion Magister in Artibus in eodem collegio humaniorum ——
literarum professor, cui vadimonium ad eum diem a dicto primario denunciatum
fuerat. Lectus est libellus supplex a dicto Magistro de la pierre Amplissimo
Rectori oblatus. lecta pariter est schedula quadam gallico idiomate conscripta,
qua Magister frion, quo die professor designabatur, pollicitus erat primario
designanti, se nullos convictores, quandiu doceret in Marchiano, habiturum; suoque
munere decessurum, si quando contingeret, ut uxorem duceret, quam schedulam
dicto Magistro

dictus Magister frion suam esse confessus est. Magister de la pierre dixit, Magistrum frion non modo contra fidem datam, pensionem, ut vocant, instituisse, sed ipsos Marchianos convictores e collegio, in privatam quam habet in vicinia domum abduxisse: praeterea sibi ab aliquot diebus compertum fuisse, Eundem Magistrum frion contraxisse matrimonium. Citavit consuetudinem antiquam Universitatis, quae viget adhuc in aliquibus collegiis, ne sint uxorati professores, subnixus vero maxime est duobus statutis facultatis artium 60° et 61°. deinde postulavit ut quam legem ipse sibi Magister frion fecerat cum ab ea deteriret, secundum illam declararetur munere suo excidisse, sibique liceret alium in ejus locum, professorem eligere. Magister frion respondit, se quidem schedulam illam imperitum adhuc juris et legum Academicarum confecisse: quod si peccaverit qui illam concesserit, in majore culpa esse primarium, qui illam extorserit contra jus commune, contra conscientiam ac bonos mores, contra decretum Academiae latum die 29 aug. an 1699. de Convictoribus declaravit se nullos aut habere domi sua aut e Marchiano avertisse, nec primarium aliter se rem habere obtenturum. In hoc igitur uno totam vertit quaestionem, utrum conjugatis liceat esse professoribus. nullam autem adhuc esse super ea re legem Academicam, nullum senatus consultum. Imo declaratum fuisse a supremis judiciis, Universitatem ordinem esse mixtum constantem e clericis et conjugatis; nec magis hanc litem suam esse, quam vocatorum aliorum, qui docent non sine laude in pluribus collegiis. atque imprimis in Marchiano; quam ob rem postulavit eximi se molestia quam sibi Magister de la pierre facesset, se que in suo munere conservari. Partibus egressis auditus est Syndicus Universitatis qui dixit neutiquam ejus in praesenti negotio de conjugatis professoribus. Verum de schedula tantummodo, quam Magister frion confecerit; illam vero privatam esse, privata syngrapha subsignatam. satis scire quam nullius habeantur ponderis in quolibet foro ejusmodi privata instrumenta quibus libertas hominum in tam gravi materia contrahitur. pacta privatorum non derogari juri publico. primarium quidem esse professorum in Academia nominationem et designationem, institutionem vero esse facultatis artium in singulis nationibus. non igitur licuisse primario Marchiano, a professore quem designaret plus exigere quam nationum atque Universitatis statuta exigant. si statuta exigant ut ne professores sint uxorati, schedula nihil opus fuisse. ne vero schedulam ullam exigeret, prohibitum fuisse decreto Tribunalis Academici lato die 29 augusti 1699. Magistrum frion ab ipso Magistro de la pierre habere virum bonis moribus, studiisque juventuti habilem meritum tamen fuisse graves poenas, si convictores Marchianos averteret, sed Actori probandum incubuisse. injectas quidem aliquas a primario fuisse super ea suspiciones, quas ille refellerit. Certere se itaque, nullam habendam esse schedulae supradictae rationem, sed cassam et irritam esse declarandam. Cavendum ne dicto M. frion Marchianos convictores

alio queat

alio quavis de causa avertat — injungendumque
Eidem, ut omni studio atque officio se in gratiam
primarii sui restituat — Re ab amplissimo
Rectore missa ad deliberandum. Rogatis dictisque sententiis placuit schedulam
supradictam irritam et cassam declarari: dictum Magistrum de la pierre
actione sua submoveri. vetandum ne schedulas ejusmodi a professoribus quos ad
docendum admittet, deinceps exigat. vetandum pariter ne magister frion convictores
Marchianos alio quavis de causa abducat. monendum eundem ut honestis quibusque
rationibus suum sibi primarium reconciliet. atque ita ab amplissimo Rectore
conclusum fuit. |.

P Billet Rector

Eodem die munus librarii Universitatis actu nunc vacans per obitum
n. Chretien ejus ultimi possessoris postulavit suppliciter Joannes franciscus perraud
de quo cum multi deputati retulissent virum esse bonis moribus et artis librariae
peritum placuit id ei munus concedi sed more solito apud Mathurinenses ubi
sacramentum in manibus praestet amplissimi Rectoris proximis comitiis quae
ibidem habebuntur.

Die primo mensis octobris in comitiis ordinariis apud amplissimum
Rectorem habitis in collegio Sorbonae plessaeo supplicarunt pro literis
nominationis jure magisterii in Artibus et Quinquennii Claudius Paschalis
Bloquet diaconus Boloniensis. franciscus Herault presbyter Bituricensis
vicarius in Ecclesia collegiata sancti Sylvani de Leproso ejusdem diaecesis.
Georgius Maire clericus Lingonensis. Joannes Le Ridant diaconus
Venetensis Bacalaureus Thgus. Jacobus Lasseré clericus senonensis. Ludovicus
Bernardus Peuvret clericus parisinus. Michael fournier presbyter
Cenomanensis. Maturinus le Courtillier clericus Carnotensis. Olivarius
Huby presbyter Bajocensis sacrae Thgiae doctor et professor. Petrus gervasius
le febvre d'Eaubonne clericus parisinus. philippus Torrent clericus Claromon-
-tanus in arvernia. quorum in literis cum syndico referente nihil deesse
comperiretur, eas illis concedi placuit, atq; ita ab ampl. Rectore conclusum fuit. |.

Die 6 ejusdem mensis habita sunt supplicatoria Universitatis comitia
apud Maturinenses. in Angulo ubi de more concessum est supplicarunt pro
literis nominationis jure Magisterii in Artibus et quinquennii Joannes Jacobus
de Bure Acolythus Turonensis. Ludovicus Alexander le gras clericus senonensis

Renatus Gouault de Villiers clericus Cenomanus. ~~Ludovicus~~ Renatus Ludovicus Mondiere clericus Cenomanus. Easque illis concedi placuit atque ita ab amplissimo rectore conclusum fuit. |.

Deinde in comitia reditum est. Dominus Rector de prosperioribus quam sperare pene licitum erat armorum nostrorum hac aestate successibus orationem habuit suo more Eloquentissimam: partam, ad Almansam in Hispania, Exeunte vere, memorabilem inter paucas, Bervico Duce, victoriam; Perrogatam a nostris militibus, stipendiariamque factam germaniam: fractos impetus, retusas in flandria minas Angli ducis (de Marlebourouq): liberatam sub ipsis hisce diebus galliam ingenti metu quem de Tolonio, terra ab germanis sabaudisque, mari, ab Anglorum formidabili classe, obsesso habueramus, de quibus victoriis cum Regi nostro gratulandum, tum maxime Deo immortali, gratias immortales dixit esse referendas. postea literas commendatitias, amplissimumque comitatum sibi ad aedem Deo sacram sub invocatione sancti Severini processuro postulavit. re missa in deliberationem rogatis dictisque sententiis placuit, probari et rata haberi quaecunque dictus Rector Amplis. gesserat in suo annuo magistratu, Eique Eo nomine literas concedi commendatitias quam possit amplissimas. de comitatu placuit amplissimum quoque polliceri, quoniam tamen ob indessinentem a duobus diebus noctibusque pluviam, viae luto immaduerant, et Etiamnum largus imber decidebat, rogatus est D. Rector, quod jam ipse proposuerat, ~~mutare~~ locum, ut pro aede Divi Severini, in aede mathurinensium fieret supplicatio. atque ita ab amplis. Rectore conclusum fuit.

Sacrum fecit M. Joysel Theologiae Decanus, gallice sacram orationem habuit M. doctor Theologus, Mag. vero Denise professor navarricus Pontifici Academiae nomine gratias Egit. |.

Die decimo Ejusdem mensis octobris 1707. in Comitiis Rectoriis apud Maturinenses hora decima ut moris est celebratis facta supplicandi potestate Guillelmus Jehanne presbyter Lexoviensis postulavit ut biennium studii philosophici quod in Collegio Sylvano Cadomi confecit a dionysialibus anni 1696 ad solennes inducias anni 1698, cujus rei fidem fecit tam testimonio sui professoris, quam literis authenticis Academiae Cadomensis diplomate munitis, hic parisiis pro uno anno computaretur. Franciscus Soyer presbyter Bellovacensis quem

Jehanne

Soyer

quem testimonio virorum Academicorum constitit, in urbe Bellovacensi philosophiam per annos tredecim non sine laude docuisse, postularit immunitatem ab Excipiendis scripto codicibus Magistri Mordret cui nomen dedit in Collegio Dormano Bellovaco. postquam auditus est Syndicus Universitatis qui dixit nihil morari se quominus utrique supplici indulgeretur, dimissae nationes ad deliberandum per ornatissimos suos procuratores retulerunt placuisse, utrique indulgeri atque ita ab amplissimo rectore conclusum fuit.

Eadem Nationes Electos mane suos quatuor viros confirmarunt, gallicana quidem Magistrum Claudium Dehaut emeritum professorem et tribus Rhemensis decanum, picardica M. Antonium de Bacq licentiatum Theologum et philosophiae professorem in collegio Mazarinaeo, normannica M. Ludovicum Rouget humaniorum literarum in Monte Acuto professorem, Germanica vero M Martinum Martinot Antiquum ejusdem nationis procuratorem. qui quidem quatuorviri praestito prius tactis sacris solenni sacramento in conclave ingressi, per Magistrum Dehaut supradictum renunciarunt electum a se fuisse in Rectorem novum Magistrum Baltasarem Gibert celeberrimum Rhetorices professorem in collegio Mazarinaeo, Eaque Electio quo ardentius ab omnibus fuerat Expetita, eo vehementius est unanimi consensu confirmata.

Die undecimo ejusdem mensis convocati sunt a Domino Rectore novo Clarissimus Exrector M. Petrus Billet sapientissimique decani et procuratores ornatissimi per schedulas pridie datas, ad sui instructionem seu confirmationem, Dominus Rector novus congregationis causam exposuit. Deinde Clarissimus Exrector de Laudibus domini Rectoris novi pauca prae temporis angustiis praefatus de negotiis quae nunc sunt in Academia disseruit, tum vero rogatis dictisque sententiis singuli tum Decani tum procuratores singulis suffragiis factam pridie Celeberrimi viri Magistri Gibert in Rectorem Electionem confirmarunt et ratam gratamque habuerunt

Eodem die in iisdem comitiis actum est de prosyndico nominando in locum Magistri Edmundi Pourchot syndici qui pridie Electus suae Nationis gallicanae procurator non poterit hoc anno suo syndici munere defungi, re diligenter perpensa et ponderata, placuit ad id munus deligi et nominari Magistrum Joannem Dupuys professorem in collegio Mazarinaeo, Antiquum rectorem, virum spectatum

spectatæ fidei atque integritatis rerumque Academicarum scientissimum, qui quandiu dictus Magister Pourchot in procuratoria dignitate versabitur ejus locum prosyndici nomine occupabit atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. |.

Eodem die concessum est librarii Academici munus nunc vacans per obitum N. Chrêtien ejus ultimi possessoris Joanni francisco Pérraud de quo actum erat in comitiis menstruis die 27 mensis augusti apud collegium Sorbonæ plessæum celebratis. |.

Die vigesimo septimo ejusdem mensis octobris 1707. Comitia Censoria habita sunt apud Maturinenses hora septima matutina, quibus comitiis, ægrotante Magistro Gibert Rectore præfuit Magister Billet proximus Exrector. verba fecit de laudibus tam Amplissimi Rectoris quam Censorum abeuntium magistratu, quorum opera forti ac fideli usum se dixit anno superiore multoties. postea facta supplicandi potestate accessit primo M. hieronymus le veau in secundo ordine apud Regiam Navarram professor, questusque est quod adolescentem e tertia schola navarrica augustalibus induciis abeuntem, in scholam suam Rhetorices admisisset Magister de Grammont Grassinæus professor idque inscio ejusdem grassinæi collegii primario, petiitque sibi fieri jus, et statuta ac disciplinam academicam observari. secundo loco supplicavit Joannes Baptista Pajot clericus parisinus Magistri Bonnefœur in collegio lexoviæo philosophiæ professoris auditor, pro immunitate ab onere scribendi, chiragram causatus de quo morbo testimonium attulit Magistri Burlet peritissimi e saluberrima medicinæ facultate doctor. Magister Joannes Dupuis tum primum prosyndici munus publice auspicatus, modestissime de se, de Magistro Pourchot cujus obibat vices, honorifice locutus, nihil morari se dixit quominus utriusque supplicis postulatio mitteretur in deliberationem. Itaque a Clarissimo Exrectore jussæ sunt nationes secedere Censores novos eligere, ac de postulatis utriusque supplicis deliberare. cum igitur nationes secessissent per ornatissimos suos procuratores retulerunt de Censoribus primum Electos esse a gallicana natione Magistrum Nicolaum Moreau Bacalaureum Theologum. a picardica Magistrum Carolum Godde Licentiatum Theologum, a Normannica Magistrum de Laval rhetorices professorem in Marchiano, a germanica Magistrum Martinum Martinot virum procuratorium. de supplicibus vero, placere Joanni Baptistæ Pajot indulgeri, quod spectat ad negotium de quo M. le veau conquestus erat, honoranda gallorum natio censuit illud remitti ad suos deputatos qui cum ornatissimo suo procuratore rem componant. fidelissima picardorum natio ~~[illegible]~~ esse ampliandum, Normannica rem quoties

inciderit permitti oportere Arbitrio gymnasiarchorum. Constantissima denique germanorum, si per duos annos ille Adolescens de quo supra in tertia schola audierit, nihil esse quominus audiat in Rhetorica. in tanta sententiarum varietate cum duae eo inclinare viderentur ut deputati inter se capita conferrent, Clarissimus Exrector sic conclusit de negotio a M. le veau proposito rem remitti ad deputatos, atque ita ut de caeteris capitibus vobiscum concludo.

Die quinto mensis Novembris 1707 celebrata sunt menstrua comitia deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in collegio Mazarinaeo in quibus adfuerunt Magister Joysel decanus Theologiae Magister Barriere Decanus Juris Magister Poirier decanus Medicinae, Magister Pourchot galliae procurator, Magister Theru pro procuratore picardiae, Magister Morain procurator Normanniae, Magister Coyle procurator germaniae, Magister Dupuis prosyndicus Magister Billet quaestor. ~~aegrotante Ampl~~. aegrotante graviter amplissimo Rectore Magister Billet exrector proximus praefuit ut moris est in tali casu, comitiis. ibi facta supplicandi potestate, supplicarunt pro literis nominationis jure magisterii in Artibus et quinquennii Claudius Reneufue clericus noviodunaeus, Nicolaus franciscus Bayart presbyter Atrebatensis, Philbertus Pollet clericus Matisconensis. retulit prosyndicus nihil in eorum deesse literis. itaque placuit illis concedi quod peterent atque ita a Clarissimo Exrectore conclusum fuit.

Die 3° mensis Decembris 1707 in comitiis ordinariis apud amplissimum Rectorem in collegio Mazarinaeo habitis adfuerunt cum ampliss. Rectore Magistri Joysel Theologiae, Barriere jurium, Poirier Medicinae decani, Pourchot galliae Capperonnier picardiae, Morain Normanniae, Perignon germaniae procuratores, Dupuis prosyndicus Viel scriba et Billet quaestor. ibi pro literis nominationis supplicarunt Aegidius Cousin presbyter abrincensis, Jacobus Roullin des Rentes clericus Parisinus, Joannes franciscus Vallier clericus Rothomagaeus. Martinus Le Mire Acolythus Rothomagensis Nicolaus Robertus Biberon d'Egueville clericus Parisinus, Renatus de la porte acolythus Cenomanensis, Stephanus Legaré clericus Lingonensis. Retulit prosyndicus in eorum literis nihil desiderari, quamobrem placuit concedi illis quod postularent atque ita ab ampliss. Rectore conclusum fuit.

Gibert Rector

Eodem die disceptata lis est de Munere procuratorio germanicae nationis inter MM. Potin Baccalaureum Theologum et Perignon professorem Cardinalitium. M. Potin porrecto libello supplice dixit provocare se a conclusione dictae

dictæ germanicæ nationis, lata die primo decembris qua procuratorium munus ad Magistrum Perignon delatum sit contra statuta a supremo senatu confirmata quibus cavetur ne magistratus ulli in dicta natione cuiquam demandentur, nisi post absolutum Tyrocinium quod trium annorum est. Magistrum autem Perignon a duobus tantum annis in dictam nationem admissum fuisse. Magister Perignon respondit non debuisse nec potuisse dictam nationem ad procuratorium munus eligere dictum Magistrum potin ut pote qui non supplicaverit sed facta jam supplicatione, dimissoque concilio, se vero qui nominatus fuerat jam præstante sacramentum, advenerit, raroque intersit comitiis, in cujus rei fidem lecta est conclusio dictæ nationis lata die primo decembris. dici præterea Magistrum potin officium ecclesiasticum alibi possidere. se quidem pro dicto munere supplicasse et professores ab illo trium annorum tyrocinio eximi, ac citavit exemplum Magistri Parisot professoris olim Navarrici quem dixit ante absolutum tyrocinium senatus consulti authoritate factum fuisse in dicta natione decanum. Egressis partibus auditus est Magister Dupuis prosyndicus qui dixit citari quidem sed non proferri senatus consultum in gratiam Magistri Parisot, latum, antequam autem quid juris sit statuatur opus esse perpenso illo senatus consulto, consultisque antiquioribus de more atque usibus dictæ nationis. re ab amplissimo Rectore missa in deliberationem, rogatis dictisque sententiis placuit rem eam ad proxima remitti comitia, ~~interim~~ senatus consultum in gratiam Magistri Parisot latum cum prosyndico communicari, ab eodem audiri antiquiores e dicta natione de consuetudine atque usibus germanicæ nationis interim a Magistro Perignon qui nominatus sit geri munus procuratorium atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. Gibert Rector

Eodem die jussus est iterum scriba Universitatis novos impensis Academiæ commentarios conficere, ex chartis regiâ tesserâ quæ nunc est in usu, in eosque referre de integro quæ ex quo scribæ munere fungi cœpit, Rectore magistro Petro Billet conscripta sunt in illo commentario quem a Magistro l'air antecessore suo recepit, ut pote tesseræ nunc abolitæ et antiquioris atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. Gibert Rector

Eodem die deputati sunt Magistri Pourchot galliæ procurator et Billet quæstor ad procurandum id negotium quod Universitati facessit de collegio sanctæ Barbaræ publicanus quidam nomine Chappellet, jussique sunt assumere secum Magistrum Collesson clarissimum antecessorem juris, et quam primum adire Dominum Darmenonville ærarii Regii directorem, quo

in sanctiori

in sanctiore regis consilio cognitore, Academia ab similis naturae molestia mense aprili anno 1705 liberata sit adversus alios publicanos.

Gibert Rector

Eodem die negotium datum est Magistris Billet quaestori et Viel scribae ut cum Magistro Menessier collegii Sanbarbarani procuratore transigant de certa summa pecuniae quam ab Academia pro minutis quibusdam impensis aequum censet repetere. Gibert Rector

Die decimo tertio ejusdem mensis 1707. celebrata sunt comitia generalia totius Universitatis apud Mathurinenses hora de more octava. postquam in Angulo peristylii concessum fuit facta supplicandi potestate supplicavit pro literis nominationis jure magisterii in artibus et quinquennii Renatus Ruel Acolythus Constantiensis, cui cum in literis ejus nihil desideraretur, indultum est. Supplicatum processum est ad aedem deo sacram sub invocatione Divi Jacobi a Macello; ubi sacrum fecit Magister De la Rocque doctor Theologus Theologiae subdecanus gallicam orationem habuit Magister parochiae sanctorum lupi et aegidii pastor et doctor Theologus, pontifici vero gratias oratione retulit latinâ Magister Coffin professor Dormano Bellovacus.

Viel

Die decimo sexto ejusdem mensis decembris 1707. celebrata sunt comitia Rectoria facultatis Artium apud Maturinenses hora decima de more. Rector Amplissimus Elegantissima oratione laudes prosecutus est Magistri De Lenglet ante paucos dies fato functi viri ab ipsa natura ad Eloquentiam et gerenda magna quaeque negotia facti. ex urbe oriundus erat Bellovaco apud picardiam inter Alumnos collegii cholaetaei educatus ~~fuerat~~ in sinu Academiae, tum inter professores collegii Sorbonaeplessaei admissus Rhetoricam per annos complures cum summa celebritate docuerat, postea primarius Electus collegii grassinaei numerosam et nobilissimam juventutem aliquot annos rexerat, ac deinde secesserat in otium ubi annos circiter quinque et viginti traduxit et sibi et publicae rei perutiles. Syndicatum Universitatis gessit per annos admodum triginta, tot obivit Rectoratus quot nemo aut ante eum aut deinceps. Academica commoda, jura, libertates summa usque ui tuitus est. publicis suis orationibus in admirationem sui rapuit urbem, senatum, aulam, et regem. Egit in senatu pro causa medicorum adversus Chirurgos, Ludovicum decimum quartum post inaugurationem suam parisios ingredientem salutavit et inter alios variorum ordinum principes eodem salutandi munere defungentes, ipso rege praedicante palmam facile tulit. Cardinalem Chigi legatum a latere missum a summo Pontifice ad regem, eâdem dicendi praestantia salutavit. nec vero fuit arte poetica inferior Extant ejus poematia bene plurima, in quibus inest illa divina vis quae vates Egregios a

plebe

a plebe secernit. igitur ab omnibus Academicis amplissimo Rectori gratia habita est, quod ejus viri de universitate tam bene meriti memoriam aeternum charam futuram

Monteran

Excitasse. postea facta supplicandi potestate accesserunt Joannes Monteran presbyter Lugdunensis qui dixit se ~~in~~ catalogis Magistri Duham professoris sui cognomini suo particulam de, praeposuisse, quam authoritate academica demi

Gaucher

suppliciter postularit. 2° loco accessit Alexander Gaucher presbyter Lingonensis ac postularit indulgeri sibi, quod nomen suum in uno e quatuor Magistri Mallement catalogis scribere omisisset cum tamen fuisset in audiendo professore suo diligentissimus in cujus rei fidem protulit luculentum dicti Magistri Mallement testimonium.

Boutarel

3° loco accessit Carolus Boutarel sacerdos claromontensis ac postularit immunitatem ab onere scribendi sibi concedi propter insanabilem oculorum infirmitatem et testimonium quoque protulit Magistri Maillard è saluberrima facultate parisiensi doctor medicus. 4° loco accessit Gabriel Stephanus

Thibauld

Thibauld clericus parisinus postularit ne sibi fraudi esset quod Stephani nomen in catalogis Magistri Robbe scribere omisisset. 5° loco accessit

De vienne Mag. Dagoumer intercedit

Joannes Baptista de Vienne ac postularit ut Erratum duplex quod ipse imprudens in catalogis harcurianis Magistri le Metobel admisit, resarciatur, cum enim vocetur Joannes Baptista helbaut de vienne, cognomen helbaut omisisse esse, cumque sit parisinus, scripsisse se Rothomagensem, quamobrem postularit et gentilitium nomen et veram patriam restitui. Deinde auditus est Magister Joannes Dupuis prosyndicus qui dixit quando quidem, quod spectat ad Joannem Monteran ~~cum~~ constet de persona, leve id esse negotium. quod ad Gabrielem Stephanum Thibauld et Joannem Baptistam de vienne constare pariter de personis. quod ad Alexandrum Gaucher, ex testimonio magistri Mallement constare dictum supplicem in scholis toto philosophico biennio adfuisse frequentissimum. denique quod ad Carolum Boutarel, expendisse se pariter testimonium magistri Maillard, quamobrem nihil morari se quominus omnibus supplicibus indulgeretur. Itaque dimissae sunt nationes in suum quaeque locum ab amplissimo Recte ad deliberandum de supplicibus simul et confirmandos electos mane a singulis nationibus quatuor viros quae postea per ornatissimos suos procuratores retulerunt placere sibi supplicibus omnibus indulgeri. Confirmari vero quatuor viros a gallica quidem natione Magistrum Maturinum Mordret philosophiae professorem in collegio Dormano Bellovaco. a picardica natione Magistrum Joannem le Comte Emeritum e collegio Mazarinaeo professorem, a Normannica Magistrum franciscum Roussel Baccalaureum Theologum. a germanica denique Magistrum Jacobum Mary, Baccalaureum quoque Theologum

qui

qui praestito ut assolet in manibus amplissimi Rectoris sacramento, per ~~77~~ Magistrum Mordret retulerunt provogari fasces Rectoris amplissimo Rectori, et ea provogatio omnibus et singulis grata et accepta fuit. Atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

Magni nuncii Universitatis
ab Anno 1707 ad annum 1708.

I Die vigesimo secundo mensis februarii Magister ~~Joannes Dupuis~~ Joannes du puis gallia procurator et natio ~~gallicana~~ picardica in scholis suis in vico straminaeo congregata officium magni nuncii contulit Joanni Vasse civi parisiensi pro Archiepiscopatu Mechliniensi. Malines.

Vasse

2 Die septimo Aprilis Magister Carolus fourrel procurator et natio gallicana per Decanos suos apud maturinenses officium magni nuncii contulerunt Antonio pasquier civi parisiensi pro Archiepiscopatu Rhegiensi. Rheges en Italie.

Pasquier

3 Die decimo tertio Maii Magister Joannes Dupuis Picardicae nationis Procurator officium magni nuncii contulit Ludovico gouffé civi parisiensi pro Episcopatu Iprensi.

gouffé

4 Die vigesimo septimo mensis Maii Magister Carolus fourrel gallia procurator officium magni nuncii actu vacans per obitum francisci fleury contulit Nicolao guerard du Moustier civi parisiensi pro Episcopatu Bliterrensi Beziers.

guerard du Moustier

5 Die primo mensis Julii Magister Claudius Caperonnier picardicae nationis procurator officium magni nuncii contulit Nicolao des noyers civi parisiensi pro pro tractu Boscodunensi. Bosleduc

Des noyers.

6 Die Trigesimo Augusti Magister Carolus fourrel gallicanae nationis procurator officium magni nuncii pro Episcopatu Alisiensi Alez, contulit Nicolao Pommeraye civi parisiensi

Pommeraye

7 Die decimo tertio mensis septembris Magister Claudius Capperonnier picardicae nationis procurator officium magni nuncii contulit francisco selles civi parisiensi pro civitate et Episcopatu Brugensi Bruges

Selles

8 Die Vigesimo septembris Magister Carolus fourrel gallicane
Heber nationis procurator officium magni nuncii contulit Francisco
Heber civi parisiensi pro civitate et Episcopatu Blesensi.

9 Die octavo octobris Magister Coyle cum natione germanica
cujus erat procurator, apud naturinentes officium magni nuncii
Rauyer contulit Joanni Rauyer civi parisiensi pro civitate et
Archiepiscopatu gnesnensi gnesne en pologne.

10 Die nono octobris Magister Carolus fourrel gallicane
Jove nationis procurator officium magni nuncii actu vacans per
obitum guidonis Michaelis Renaudin contulit Simoni Jove
civi parisiensi pro diocesi et Episcopatu Sanitiensi Senes

11 Die quinto mensis novembris Magister Edmundus Pourchot
gallicane nationis procurator officium magni nuncii actu vacans
Adée per obitum Caroli gauvin contulit Joanni Adée civi parisiensi
pro diocesi et Archiepiscopatu Bariensi Bary en Italie

12 Die decimo mensis novembris Magister Edmundus Pourchot
Petit gallicane nationis procurator officium magni nuncii actu vacans per
obitum petri gaudereau contulit Carolo petit civi parisiensi pro
diocesi et Episcopatu Rupellensi.

Acta et Conclusiones Universitatis Parisiensis

ab anno Millesimo Septingentesimo octavo

Rectore Magistro Balthazare Gibert

Rhetorices professore in collegio Marcurinae.

Anno millesimo septingentesimo octavo die vero septimo mensis Januarii in Comitiis ordinariis apud Amplissimum Rectorem habitis in Collegio Marcurinae supplicavit pro literis nominationis Petrus Finot clericus Senonensis in Artibus Magister titulo magisterii et quinquennii, quae ipsi concessa sunt Gibert Rector

Eodem die vultus disceptata est controversia de munere procuratorio germanicae nationis inter MM. Potin et Perignon, de qua superioribus comitiis ampliari placuerat. comparuit M. Morus antiquus Rector et supradictae nationis Decanus qui dixit eam in sua natione consuetudinem vetineri ut nemo ad munera quaevis eligatur nisi qui pro iis supplicaverit. Magistrum autem Potin tardius et facta jam non modo supplicatione sed etiam conclusione in comitia advenisse tum uterque contendentium iterum auditus est, nec potuit M. Potin inficiari, cum in comitia ad supplicandum venerit supplicationi Magistri Perignon jam indultum fuisse et a procuratore dictae nationis conclusum. quamobrem audito M. Dupuis prolyndico re missa in deliberationem rogatis dictisque sententiis placuit Magistrum Potin actione sua submoveri, et Magistrum Perignon esse nationis germanicae procuratorem atque ita ab amplis. Rectore conclusum fuit. I.

Gibert Rector

Eodem die de lite quam Universitati publicanus quidam nomine Chapelet apud sanctum regis concilium pro jure morticinii (amortissement) collegii sanbarbarani intenderat, cujus procuratio litis commissa fuerat fidei ac diligentiae MM. Pourchot gallicae procuratoris et Billet quaestoris retulit dictus Magister Pourchot id negotium ad eum exitum perductum fuisse quem Universitas maxime optare potuerit: illam enim amplissimo sanctionis concilii decreto liberatam fuisse. id vero deberi cum causae aequitati, tum etiam et benevolentiae in Academiam illustrissimorum DD. Darmenonville et le Pelletier des forts, et curis ac solicitudini Magistrorum Collectorum

et Rollin, a quibus ipsi deputati egregie adjuti fuerint, itaque dictis deputatis gratias agi placuit, ac per eos referri omnibus qui universitati in hoc negotio faverint ac studuerint.

Gilbert Rector

Eodem die Magister Claudius Capperonnier Picardicæ nationis procurator Exposuit Capellaniam B. Mariæ in Ecclesia parochiali Sancti Andreæ ab Arcubus, sibi ante annos circiter duos ab Universitate collatam, Eo nunc esse seu superiorum Capellanorum incuria, seu temporum iniquitate redactam, ut ejus annui reditus vix sustinendis oneribus sufficiant. Itaque se ab Eminentissimo Cardinali parisiensi Archiepiscopo, oblato libello supplice postulasse, uti e duabus missis in dicta Capella celebrari solitis per singulas hebdomadas, unicam modo deinceps celebrari statueret pro ea authoritate quam Episcopus Parisiensis qui dictæ Capellaniæ fundationem anno 1314 admisit, sibi suisque successoribus reservavit, ut disertis verbis in dicta fundaõne continetur. Eminent. vero Cardinalem, antequam jus faciat, dictum libellum supplicem cum patrono, hoc est cum Academia communicatum voluisse. Quamobrem petiit hancce suam postulationem ab ampl. Rectore ac deputatis approbari et ratam haberi. Eo deinde Egresso lectus est a me scriba dictus libellus supplex Eminentiss. Cardinali oblatus; lecta pariter est tabula dictæ fundationis. postea auditus est M. Joannes Dupuis prosyndicus qui dixit, pro re Academica nihil morari se, quominus Universitas dicti M. Capperonnier postulationem approbet, eâ tamen conditione, ut si quando reditus prædictæ Capellaniæ ampliores facti fuerint, integrum ut prius officium restituatur, duæque missæ ad mentem fundatoris celebrentur. Re per ampliss. Rectorem missa in deliberationem placuit unanimi consensu deputatis approbari et ratam haberi postulationem dicti M. Capperonnier, Eâ tamen conditione ut si quo modo reditus ampliores dicta Capellania nacta fuerit, integrum ad mentem fundatoris officium restituatur, duæque ut prius Missæ per singulas hebdomadas celebrentur. Et quoniam ex lectione fundationis dictæ Capellaniæ apparuit fundatorem multo plura bona capellano suo reliquisse quorum minima pars supersit, cætera quo casu perierint ignoratur, Cumque E re atque honore Academiæ sit commissa clientelæ ac fidei suæ beneficia tueri et conservare, ita postulante prosyndico placuit agi cum hæredibus Magistri le gentil ultimi dictæ Capellaniæ possessoris ut si quas habent chartas ad dictum beneficium pertinentes, Universitati restituant, præterea in proximâ

in proxima Synodo Academica admoneri ac si necesse erit cogi omnes 179
Beneficiarios ut titulos beneficiorum quae possident Universitati representent
iique in Commentariis describantur. atque ita ab amplissimo Rectore
conclusum fuit. l.

Rector

Die quarto mensis februarii 1708. in comitiis ordinariis deputatorum
Universitatis apud amplissimum D Rectorem latinis in collegio Mazarineo
facta supplicandi potestate, supplicarunt pro litteris nominationis jure
magisterii in artibus et quinquennii MM. Claudius Perignon Mosicus
Virdunensis apud Cardinalitios humaniorum litterarum professor et germanicae
Nationis procurator. Franciscus Lenfant Acolythus parisinus, Franciscus
Pucelle clericus ambianensis. Jacobus Thevenin diaconus lemovix. Josephus
hubertus garnerin clericus trecensis. Ludovicus de la Barre clericus
Tornacensis. auditis et prosyndicis Universitatis qui dixit in eorum literis
a se diligenter expensis nihil desiderari, quamobrem supplicibus omnibus
placuit concedi quod postularent atque ita ab amplis. rectore conclusum
fuit. l.

Rector.

Deinde tria fuerunt capita deliberationis. primum de lite graduatorum
hujusce Universitatis adversus Illustrissimum Episcopum Audomarensem.
secundum de Jure clientelari de quo aliquid sibi ab Universitate postulat remitti
Illustrissimus abbas de Arvernia pro magnifica domo quam emere cogitat a
Domino proside Duret in fundo Universitatis. tertium ut iniretur aliqua
ratio, qua, et a Syndico cerei deinceps minoribus magistratibus, quibus solet
deferentur paulo decentius et Amplissimo Rectori atque Academiae, cum cereos
ottert supremis magistratibus, antiquos ac delitos bonos, ab eorum nonnullis redderetur.
Cum enim ad duos solum modo hoc anno adiissemus Illustrissimos nimirum
regiarum rationum et magni Consilii principes (illustrissimus gallianum
Cancellarius, et Eminentissimus Cardinalis aberant ab urbe, Illustrissimi vero
et supremi senatus et curiae subsidiorum principes, quod non possent Academicam
excipere, pridie morbum quo detinebantur, honorifice excusaverant) e duobus
primis ille nos ad summam scalam suae domus deduxit, ac deinde incomitatos
reliquit.
ad primum Caput retulit Rector amplissimus consultos a se fuisse patronos
in rebus Ecclesiasticis versatissimos qui gravissimis de causis, quas ipse exposuit,
graduatorum jus, in ea lite, certum atque indubitatum esse responderint quare

audito

audito Magistro Dupuis prosyndico placuit Universitatem ad causam graduatorum suorum adversus Dominum Episcopum Audomarensem accedere, eorumque jus quam optima ratione vindicari. cujus rei procuratio fidei ac diligentiæ Domini Rectoris commissa est. atque ita ab eodem Amplissimo Rectore conclusum fuit. |

Ad 2um caput quamvis optet Universitas gratam se præbere Illustrissimo abbati de Arvernia, tamen cum deputatis sit imposita lex ne censualium obventionum plus unquam quam tertiam partem remittant, audito Magistro Dupuis prosyndico, placuit remitti Illustrissimo abbati de jure clientelari octo denarios; atque unum assem sive duodecim denarios ab illo exigi pro dictæ domûs emptione si contingat. placuit insuper fundi Academici in illa domo latitudinem limite aliquo vel notâ literis insculpta definiri, ne quando ejus causâ cum fundi vicini dominis controversia oriatur. atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. |

De Tertio capite placuit ad proxima comitia ordinaria ampliari. |

Gibert Rector.

Die Decimo quarto ejusdem mensis februarii 1708. convenerunt apud Amplissimum D. Rectorem in collegio Mazarinæo sapient. Decani et Ornatissimi procuratores cum suis adjunctis et officiariis Universitatis ad Excipiendas rationes quas Magister Petrus Billet quæstor generalis ærarii Academici Exhibiturus erat pro acceptis et expensis a primo die jan. 1707 ad ultimum diem decembris ejusdem anni 1707. et jam ventum erat ad ultimum impensæ articulum qui est de mercede danda duobus bidellis e natione Amplissimi Rectoris pro opera quam aut navarunt aut navaturi sunt extraordinaria. cum facta mentio est succenturiati bidelli nationis picardicæ de saint martin, ut ei hoc quoque anno aliquid mercedis tribueretur, quod ejus famulatu extraordinario multoties usi essent tam clarissimus ex rector M. Billet quam M. Pourchot nunc galliæ procurator, in rebus ad Academiam pertinentibus. cumque sententiæ variassent aliis contendentibus debuisse illos uti bidellis suæ nationis, aliis vero bidellos amplissimi rectoris nihil hoc anno operæ extraordinariæ adhibuisse, tria capita rector amplissimus proposuit ad deliberandum.

primum utrum dicto de saint martin daretur aliquid pecuniæ pro famulatu quem satius fuisset ab aliis bidellis exigere, qua dere audito prosyndico placuit dari dicto de saint martin summam triginta libellarum sed pro hac vice tantum atque ita ut non trahatur ad consequentias.

Secundum caput utrum ~~licere deberet~~ conveniat amplissimum Rectorem in ministeriis ad Academiam spectantibus # ~~alios bidellos adhibere quam qui sunt suæ nationis qui tenentur~~

alios adhibere quam qui sint bidelli, putà succenturiatos.

additum, et lituras in textu probavimus. Gibert Rector

{Cum teneantur omnes bidelli qui teneatur ex statutis cujusque nationis ipsi presto esse quoties 180.
additum, et litera minuta probavimus. Gibert Rector. atque uli opus fuerit Doyen Durret famulari audito
prolydico convenire Deux Soeurs Barville placuit pluribus
suffragiis amplissimum Rectorem uti bidellis. qui sunt sunt nationis,
{qui non sint bidelli, puta succenturiatos} si alios adhibeat, eorum laboris nullam haberi deinceps in danda
additum probavimus, et litera minuta ut scripta Gibert Rector. mercede rationem.

Testium caput fuit utrum duobus bidellis nationis gallicanæ attribuerentur hoc anno summa pecuniæ, quæ ab aliquot annis addi solet in rationibus, pro opera extraordinaria, quam nullam hoc anno pro Academia ediderunt. audito pariter prolydico placuit nullam pecuniæ summam pro opera extraordinaria attribui neque hoc anno bidellis nationis gallicanæ, neque deinceps aliis cujuscunque nationis, eamque conclusionem vim legis in posterum obtinere quando tamen aliquod negocium inciderit ad quod bidelli amplissimi Rectoris laboris aliquid extra ordinem insumere tenebuntur, æquum esse illos remunerari; quid autem ipsis pro illis laboribus debeatur in mensibus sequentibus comitiis definiri ac solvi atque ita ab amplis. Rectore quoad singula capita conclusum fuit. Deinde probatæ sunt dicti Magistri Billet quæstoris rationes, eique solitæ integritatis ac diligentiæ laus persoluta.

Gibert Rector.

Die Vigesimo secundo Ejusdem mensis febr. 1708. habita sunt extra ordinem comitia deputatorum Universitatis apud amplis. D. Rectorem in collegio Marmoutier, ubi cum ipso D. Rectore Magistro Balthasare Gibert adfuerunt Magister Goisset Theologiæ. M. Barrière utriusque juris, M. Doulé Medicinæ Decani, Magister Pourchot gallicanæ, M. Capperonnier picardicæ, M. Morain normannicæ, M. Perignon germanicæ Nationum procuratores, M. Dupuis prolydicus M. Viel scriba M. Billet quæstor Universitatis. Congregationis autem causa talis fuit. Venerat ad amplis. Rectorem Dominus Durret in curia magni Consilii præses, dixeratque se tandem primo quoque die redhibiturum sortem principalem seu caput annuæ pensionis quam debet Universitati pro parte illa quam ante aliquot annos Emit præti clericalis; solutarum tamen se non præsenti pecunia, nummisque numeratis, sed schedulis monetariis ab ærario Extraordinariarum belli impensarum Exigendis (en billets sur l'Extraordinaire des guerres) in quo nihil diceret nocere Universitati, cum illa teneatur dictam sortem principalem alio collocare et secundum

et secundum regias sanctiones, praefectus et aediles urbis parisiensis, Ejusmodi schedulas monetarias jubeantur usuris semissibus accipere (au denier seize) Negante vero Amplis. Rectore Universitatem unquam sortem illam principalem redimi passuram, nisi prius et Usurae pensionis annuae a dicto Domino Duret debitae et Censuales obventiones pro domo quam Dominus de Maisons praeses infulatus emit a dicto D. Duret, persolverentur; addiderat idem D. Duret se utramque illam summam statim et simul soluturum, si pro illis quoque Universitas schedulis monetariis contenta esse vellet, quod quidem se maximi beneficii loco habiturum esse contestatus erat. quibus de rebus ab amplis. Rectore ad discutiendum propositis habita matura deliberatione, perpensis hinc et inde rationibus, auditoque M. Joanne Dupuis prosyndico, in gratiam dicti Domini Duret, maximeque quod ex domibus nuper ab eo in fundo Academico constructis, utilitatis plurimum et percipit et perceptura est Universitas, placuit recipi a dicto D. Duret schedulas monetarias quas amplissimo Rectori promisit, ea tamen conditione, ut simul et unica redhibitione solvat tam usuras annuae pensionis, dictasque Censuales obventiones, quam dictam sortem principalem annuae pensionis; atque ex iis tribus summis fieri cum praefecto et aedilibus parisiensibus (l'hotel de ville) contractum in quo notetur contineri summam sortis illius principalis a dicto D. Duret persolutae. atque ita ab Amplis. D. Rectore conclusum fuit. /.

Eodem die quod Expositum fuit accidere saepissime, ut qui Empturi, aut vendituri domos in prato clericali sitas veniunt ad Academiam postulantes relaxari aliquid de stricto jure clientelari, postea quam autem Academia cum iis benigne egerit, Emptionem venditionemve in longum tempus differant, quod cum interdum detrimento et fraudi verti possit universitati audito M. Dupuis prosyndico, placuit in posterum, primum religiose servari legem quae vetat ne cuiquam quavis de causa plus quam tertia pars censualium obventionum a deputatis remittatur. Deinde, quibus supplicibus secundum eam legem indulgeri visum erit, iisdem statim declarari, gratiam sibi ab Universitate concessam, Ea tenus valituram, si intra tres menses a die quo illam impetraverint, venditionem Emptionemve suam conficiant, et intra alios postea tres menses Contractus venditionis ab amplis. Rectore ratus et approbatus fuerit (Ensaisiner). secus et si ultra id temporis utrumque prolataverint, stricto cum iis jure agi, nihilque de viginti qui debentur denariis relaxari. hujus autem conditionis in omnibus super tali re conclusionibus, fieri mentionem. atque ita ab amplis. Rectore conclusum est. /.

MOYEN PAPIER DEUX SOLS LAFEUILLE

Die tertio Mensis Martii 1708 habita sunt comitia deputatorum Universitatis apud Amplissimum Dominum Rectorem in collegio Mazarinaeo ibi facta supplicandi potestate supplicarunt pro literis nominationis Franciscus Rossignol presbyter parisinus monachus expresse professus ordinis sancti benedicti jure baccalaureatus et quinquennii et ultra in iure canonico positi. Stephanus Martialis de la Bastide subdiaconus lemovix Guillelmus Jehanne presbyter lexovius. Carolus de Pousse mothe Lestrille de graville clericus parisinus. Carolus Dauzécourt presbyter Tullensis magistri in Artibus, quibus audito prosyndico placuit literas quas peterent concedi atque ita ab ampliss. D. Rectore conclusum fuit.

Eodem die introducti in comitia Tussanus Guerray, petrus fromont, Michael le Brun, Jacobus Guenée Magistri in Artibus, tam suo quam caeterorum in Artibus Magistrorum qui privatis in paedagogiis per urbem alunt pueros atque instituunt, nomine significarunt, habere se gratias Universitati quam plurimas, quod statuta quae die secundo mensis Aprilis anno superiore postulaverant describi ac sibi tradi, continendis in officio tam magistris quam discipulis accommodatissima curaverit; ultimum autem huicce beneficio cumulum accessurum, si vellet eadem Universitas, procurare ut illa statuta a supremo senatu probarentur ac confirmarentur. Audito M. Joanne Dupuis prosyndico placuit unanimi consensu a supremo senatu, oblato libello supplice postulare ut tradita ab universitate dictis Magistris in Artibus statuta, authoritate sua, si digna videantur approbet ac confirmet, et sic ab ampliss. Rectore conclusum fuit.

Die martis primae hebdomadis quadragesimalis sexto mensis Martii habita sunt comitia deputatorum universitatis apud maturinenses hora septima matutina ad aperiendum rotulum. M. Joannes Dupuis prosyndicus postulavit retineri antiquam aperiendi rotuli consuetudinem ad conservationem juris, reque missa in deliberationem dictisque sententiis placuit ad conservationem juris retineri antiquam aperiendi rotuli consuetudinem atque ita ab amplissimo rectore conclusum fuit.

Die vigesimo ejusdem mensis Martii 1708. celebrata sunt comitia Centuriata Universitatis

Universitatis ad obeundas supplicationes, primum in angulo peristylii constitum est illique facta supplicandi potestate, supplicarunt pro literis nominationis jure magisterii Artium et quinquennii MM. Claudius Burgensis presbyter parisinus in sacra Theologia facultate doctor. Henricus Franciscus Boulet de Guignonville clericus Carnotensis. Joannes Baptista Beligné subdiaconus Lingonensis. Joannes des Pierres Acolythus parisinus. Petrus Paulus Gaucher clericus Aurelianensis. Rogerius Langlois presbyter Abrincensis Bac. Theol. Guillelmus de Baize subdiaconus Bituricensis in Artibus Magister et Bac. Theol. e regia societate.

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE
BUREAU DES ARCHIVES

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.

MOYEN PAPIER
DEUX SOLS LAREVILLE